5. 4

MARTINI BÖECKELL
Megapolitani Jur. Utr. Doct.
de

JURE PROTECTIONIS CLIENTELARIS
COMMENTARIUS ACADEMICUS:

In quo non ſolum juris hujus principia eruuntur, ſed & de fœderibus contrahendis, de religione defendendâ, de vicinitate, de commercio commerciorumque privilegiis, de clericorum conditione, de Ratione ſtatus, nonnullisque ſimilibus quæſtionibus, veluti per excurſionem, variè diſſeritur:

Antè XVI. & quod excurrit annos in Gryphisvvaldenſi Academia, publicis lectionibus, illuſtri quidem ac frequenti auditorio propoſitus;

Nunc autem

Repetitâ lectione quibusdam locis emendatus, nonnullis auctior redditus,

Cum Præfatione, Summariis & Indice.

Adjecta ſunt occaſione capitis 7. part. 3.

Trutina Statuum Europæ; & ex Thomâ Campanellâ quæſtio: de Monarchiâ Orbis univerſali.

Saluſt. de bell. Cathilin.

Sed profectò fortuna in omni re dominatur, Ea res cunctas ex lubidine magis, qnàm ex vero celebrat obſcuratque.

LUBECÆ, M. DC. LVI.
Sumptibus STATII WESSSELII;
Typis GODOFREDI VENATORIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Trium liberarum Romani Imperii Civitatum,

LUBECÆ, BREMÆ, HAMBURGI,

CONSULIBUS, SYNDICIS, SENATORIBUS, SECRETARIIS,

PATRONIS, Collegis, Favitoribus atque Amicis meis,

Quo ſingulos omnesq́ par eſt obſequio, honore, fide & officio proſequendis,

Do, dico, dedico,

MARTINUS BÖECKEL, D. & Reipub. Lubecenſis Syndicus.

In-

Digitized by Google

INgrato homine terram nihil pejus alere, & vetus verbum eſt, & plurimis iiſque ſapientisſimis viris proditũ. Primâ autem ſummaque ingratitudine peccamus in Deum, alterâ in hominem. Hinc qui gratum eſſe docet, eum & hominum cauſam agere & Deorũ inquit Seneca. Non rectius verò intelligimus, VIRI MAGNIFICI, EXCELLENTISSIMI, SPECTATISSIMI, quomodo referenda ſit gratia, quàm ſi, quãtum cuique debeamus, ad calculum prius revocetur. Ac Deo nos quidem infinitis modis obſtringi, nemo gentiliũ, quod ſciã, negavit, nemo Chriſtianus dubitat. Debemus unicè bonitati ejus, primùm quod homines, quod ratione & ſenſibus præditi, quod ad immortalitatem nati ſumus: nec minus illud, quotquot Germani ſumus, quod

quod in moratâ nos, quod in liberâ, quod in Chriſtianâ denique Republicâ naſci voluit: denique quod in hâc ipsâ, & ſufficientibus ad vitam præſidiis inſtructi ſumus, & viam æternæ felicitatis non ignoramus. Inter homines primi ſunt Parentes, tùm vitæ Magiſtri, poſtremò Benefactores. Nec de illis, nec de iſtis nunc attinet dicere: tertium genus tantò eſt præſtantius, quantò plus liberalitatis, minus obligationis habet. Nã & parentibus naturalis ineſt ſtimulus, quô in procreata ex ſeſe nõ feruntur ſolùm ut diligant ſed ut ſuſtentent quoque; & ſtudiorũ morumq; moderatoribus plerumq; ſtipendia conſtituuntur: ſolus Benefactor regio animo ſuum impertit officiũ, quod nulla exigit neceſſitas, nulla lex jubet. Ideoque nec aliud ſpectat, quàm Virtutem; nec alterius causâ dat, quàm ut datum ſit, etiam dare cupiens cum dederit, ſoloque benefaciendi opere lætus. Quô ferè obligari di-

cendum videtur eum, cui beneficium datur nulla ex causâ debitum, arctiùs multò, quàm aut parentibus liberi, aut magiſtro diſcipulus.

Hæc ideò, VIRI INCLYTI, & repetere paucis & præmittere volui, ut quâ mente, quô conſilio, quâ affectione, Vobis hic offeratur libellus, primo ſtatim intuitu intelligeretis. Etenim in veſtro me ære conſtitutum & agnoſco lubens & ingenuè profiteor: quarum altera quidem Civitas adoleſcentem olim fortunam meam excepit non minoribus officiis quàm ſtudiis; altera oblatis aliquot occaſionibus munificentisſimè ornavit; tertia adhuc totum habet. Nempè ex Gallica peregrinatione redux, cum ad aulam & conſilia Illuſtrisſimi quondam Comitis Oldenburgenſis CHRISTIANI, vocatus, commodioris habitationis gratiâ Bremæ adhuc morarer (ſunt autem anni omninò, & ſi quid ex-

Digitized by Google

currit amplius, ſeptendecim) non equidem ut peregrinum me, non ut incolam, ſed ut civem planè recepiſtis, receptum publicè privatimqve amaſtis; imò cive hoc amplius habuiſtis, qvod cum lege ac moribus populi non liceat qvenqvam civium à cenſu, vectigalibus, portoriis eximere; me tamen ab his omnibus & immunem eſſe volueritis, & *qvibuscunqve* præterea modis potuit, *juveritis*. Qvod etſi præclaris qvibusdam in Republ. illa Viris, qvibuscum mihi jampridem ſingularis & ſtudiorum & animorũ interceſſerat conjunctio, nunc partìm Conſulatu, partìm Syndici officio, partìm Senatoriâ dignitate fungentibus potiſſimum debebam, eo tamen pulchrius mihi viſum eſt factum, qvod in beneficii ſocietatem coaleſceret, cum veteris amicitiæ privatâ memoriâ recens Ampliſſimi Senatus judicium.

Vos qvoqve conſcripti HAMBUR-

GENSIS Reipubl. Patres, benevolentis mihi animi præclara indicia, nec leviora hiſce documenta ſæpiùs præbuiſtis. Non ſolùm enim ſolemnia cœptæ felicibus auſpiciis rei domeſticæ initia & luculento munere olim, &, qvi id offerret, Legati nomine honorificè condecoraſtis, ſed & aliis occaſionibus exigua merita compenſaſtis, redhoſtimento ſatis munifico.

At Tu LUBECA inclyta, cujus Senatui atqve conſiliis jam annos octo interſui, qvæ totidem annis Larem meũ liberaliter foviſti, qvibus qvalibusq; nominibus Tibi obſtrictus ſim, vel me tacente facilè ipſa intelligis, nec cuiquam ferè obſcurũ eſſe poteſt. Singulorum illuſtria nomina, ſingulariaq; huc in me referre merita poſſem, niſi & ex merito id me facere poſſe deſperarem, & nefas eſſet tantorum Virorum gloriam laudibus attenuare.

Interea, ut compendio qvaſi conſtet, vo-

VOBIS quidem quàm cupido ſim, quoad per Vos vitamq; meā licuerit, optime porrò de Rep. veſtra merendi animo: COETERIS autē quàm lubens eorū me debitorem profitear, gratū daturus quacunq; potero, hunc libellū Omnib9 ſimul inſcribere volui. Quē ut non benevolâ tantùm manu accipiatis, ſed & patrocinii Veſtri, ſinceræq; benevolentiæ aurâ foveatis adverſus invidorum morſus, id verò deniq; eſt, quod obnixè à VOBIS contendo. Deus ter Opt. Max. cujus cœleſti ſub præſidio Veſtræ hactenus conſtitêre Reſpublicæ, easdem porrò conſervet, augeat, tueatur, Vosq; VIRI MAGNIFICI, EXCELLENTISSIMI, SPECTATISSIMI publico bono diu ſalvos ſervet atque incolumes. Valete hiſce & me uſibus rebusq; veſtris deditisſimum porrò & fovere & amare perſeverate. Dabam Lubecæ Kalend. Maji Anno æræ Chriſtianæ M. DC. LVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

Præfatio ad Lectorem.

POſtquam decreviſſem edere Academicam hanc exercitationem, LECTOR BENEVOLE, *occurrit illud* Clementis Alexandrini: *adeò nullum felici ſidere naſci libellum, qui non inveniat* contradictorem; *addam ego &* Momum. *Ut enim comparatum eſt ingenium humanum, & naturaliter ad diſſentiendum proni ſumus (undè contradictionis ſerra) & unusquiſq; ferè dum ſibi nimium tribuit, quod aliis detrahit, ſimul ac quippiam in lucem proditum eſt, vix imperat ſibi, quin ſtatim admurmuret aliquid aut mordeat. Quæ res cum naturæ humanæ vitio contingat, omniſq; prorſus careat remedio: fixum quippe manet, quod* Tacitus in vita Agricolæ *ait*: Eſſe vitia duo parvis magniſque civitatibus communia, ignorantiam recti, & invidiam: *ineptus ſim fateor, ſi unum me poſſe effugere hoc malum crediderim; imò id ut credam tantum abeſt, ut ſi quis hoc ſe poſſe efficere putet, eum,* verbo Senecæ, *ignorare dixerim, alteram partem vitæ mortalium, quæ profectò mitiſſimo optimoq; cuiq; cũm invidis & malignis; tanquam cum Larvis ac lemuribus ex æquò propè dividenda eſt. Etſi verò huic fœtui meo neq; invidia magna neq; contradictionis multum ex timeſcendum ſit, ſive me ſpectem, ſive ipſius tenuitatem: ne tamen deeſſe videatur, quod procacius laceſſenti reponi queat, brevi hoc præloquio tanquam veſtibulo quodam præmunire opuſculũ; tùm deindè pauca etiam* de fine, de materia, & de forma *ejus præfari viſum eſt.*

Primum itaq; in iſto ſive contentionis, ſive invidiæ ſibi regni partes qui ſumunt, alij rerum inſcitiâ (quas accuſant tamen) alij quadam inſuper animi improbitate laborant; iterumq; vel naturali ſimplicitate peccant, vel errore aliquo morali, vel quæſitâ deniq; malitia: omnes interim ſeu Theologi ſeu Iureconſulti eximij videri volunt, cum aut ſibi ipſis niſi tales pridem viſi eſſent, aliquo in eorum numero eſſe potuiſſent; aut ſi ſe noſſent, atq; intuerentur ſatis, modeſtiùs ſanè de aliis & loquerentur & judicarent.

Cum primis autem paulò exactius hoc hominum genus conſiderare velim, Jureconſulti *nomen (ut de his tantum nunc dicam) quàm ſanctum atq; auguſtum ſit, quàm latè pateat, quàm anguſtis verò illi carceribus idem circumdent. Qui enim ad recti juſtiq; diſciplinam hodiè ſe applicant, pleriq;, ſeu naturali avaritiâ ad turpe lucrum præfeſtinantibus, ſeu Parentum inſatiabilibus votis, magno ſtatim conatu cruda ſua adhuc, & in ipsâ diſcendi ut ita dicam infantiâ balbutientia ſtudia in forum propellunt, tanquam ad mercatum, non aliter ac ſi ad quæſtum nobis datum jus eſſet, nullumq; foret amplius ab illiberalibus ac mercenariis liberalium artium diſcrimen. Hic ubi tribus aut paulò pluribus cauſis agundis incaluêre, ſive malè conſarcinatum matrimonium peſſimè conciliaverint, ſive benè contractum, jure an injuriâ, dummodo ex voto, feliciter diſſolverint; ſive hæreditatem opimamve tutelam contra leges vulgiq; opinionem cuiquam extorſerint; ſive litem, ubi nulla eſſet, ſeminaverint; ſive quæ facilè ſopiri potuiſſet, reddiderint immortalem; & quæ ſunt alia hujus gregis egregia facinora, illicò ICti nomen invadunt, cum nihil interea crepare noverint, quicquid doceas, moneas, demonſtres, quàm forum, judicia, praxin; ac ſi qui paulò eruditiores haberi volunt, Baldum, Bartolum, Tartagnum, Rolandum, & ſimilia peregrina nomina conquirunt: quibus ſi Iuris prudentiam oſtenderis non alienarum eſſe opinionum indicem, ſed* habitum, *ſeu ut Imperator loquitur divinarum humanarum rerum ſcientiam, ſive, quod idem eſt artem juris & æqui, ſuum cuique tribuens magnam ſibi injuriam*

Digitized by Google

juriam fieri proclamabunt, qui faſtigia rerum adepti jam videantur, eos ad principia reducere velle, unde vel dupondij telam ſuam ordiri ſolent. Nec diſſimilem propè errorem errant, qui Academiis, ut illi foro ſuo, innutriti plerumq; nec ipſi regiâ viâ ad Iurisprudentia arcem gradiuntur, ſed legum explicationibus, antinomiarum conciliationibus, inutilium quæſtionũ Labyrinthis, ætatem terunt, ſive antecesſorum ſuorum ductu id faciant (veluti grus gruem ſequitur) ſive ut quisq; aut de ingenio ſuo deſperat, aut tædio laboris territus unum vel alterum commentatorem ſibi ſequendum propoſuerit. Qui profectò nihil aliud proficiunt deniq;, quàm ut Iuventutem quidem à veris principiis abducant, nihiloq; certiores, quàm Terentianus ille Demipho, ex Academiis tandem ſuis dimittant, ipſi verò cum in forum venerint, putent ſe in alium terrarum orbem delatos. Hinc illi quidem ad ſcopum nimium præproperantes, & ſæpè & gravisſimè labantur necesſum eſt, hi in mediâ viâ tanquam ad Sirenios ſcopulos obhæreſcunt; utriq; metam, quod dicitur, neutiquam feriunt: nullâ aliâ de causâ quàm quod præparatoriis diſciplinis, tanquam inſtrumentis, aut omisſis aut neglectis, ea adminicula non adferunt, quibus inſtructos eſſe decet Iurisprudentiæ ſacris ritè initiari cupientes.

Sunt autem adminicula illa, primùm quæ rem ipſam, *deinde quæ ejusdem* applicationem *& uſum ſpectant. Prioris generis ſunt, Philoſophiæ moralis doctrina; tùm Iuris in univerſum ac quodammodò in abſtracto conſiderati ideâ; tùm ejus quod inde natum eſt inter gentes, atq; ideò ICtis noſtris* Jus gentiũ, *Ariſtoteli* naturale *dicitur, quatenus ſcilicet civili opponitur. Ac* Philoſophiæ quidem moralis *cognitio, quàm ICto futura ſit utilis, jam olim à multis traditum eſt, & vel ab ipſis Pragmaticis noſtris agnitũ hoc brocardicũ deſignat* : Ibi incipere Jureconſultum, ubi deſinit Ethicus. *Quinimò Ius civile Romanum tractanti, cujus Autores, ut ex fragmentis Digeſtorum patet, Stoicæ ſapientiæ veſtigia ut plurimum ſectati ſunt, multum proderit non obiter ſaltem hanc diſciplinam attigiſſe, ſed & penitus imbibiſſe, & veterum ſimul Philoſophorum ſectas,*

 earum-

Digitized by Google

earumq́; rationes paulò exactiùs habere perſpectas. Iuris deinde ſive univerſalioris illius quod in Ethicis traditur, ſive quod gentiū dicimus, & in Politicorum libris à Philoſopho explicatur, adeò neceſſaria eſt tractatio, ut ſiquis eam omiſerit, nec ſolidā rationē videre ullius in Iure deciſionis poterit, nec legē aut ſtatutū, præſertim ubi verba deficiunt, ex ſuis principiis rectè interpretari. ut enim diſcendi ordo à notioribus procedit ad ignota, ita ordo reſolutionis, à particularibus exorſus ad ſummū paulatim genus aſcendit, quod dicimus, univerſaliſſimum. Itaq́; cauſam in foro acturo aut ſententiā in Iudicio laturo, aut de Iure ex Cathedra reſponſuro, neceſſū eſt primò cognitū habere jus particulariſſimū loci in quo controverſia agitatur ſive ſcriptum hoc ſit, ſive conſuetudine et obſervantiā introductū. Verbis deficientibus, ad Imperij ſeu regni civiles leges recurret; & deficientibus ad Ius gentiū; & hinc deniq́; ad principia doctrinæ moralis, quorū ſummū genus eſt recta ratio, nulli nō homini cognita, nulli negata. Eandemq́; ſemitam incedere ICtū oportet quoties de certitudine ſententiæ ſuæ cōſtare non ſibi tantùm ſed etiā aliis velit; quippe cujus rationē per iſtos gradus, deniq́; ad tale aliquod principiū deducet, quod omnibus benè moratis communiq́; ſenſu præditis haut minus notū ſit, eſſe certè non debet, quàm illud in Mathematicis unum & duo facere tria. Atq́; hic quidem eſt fons & ſcaturigo omnis Iuris quo utimur inter homines, ubicunq́; terrarum gentiumvè degamus.

Porrò applicationem ſive operationem ejus quod attinet, partim ad objectum reſpiciendū eſt, partim ad intellectus noſtri διάνοιαν, ſivè ratiocinationē. Objectum Reſpublica ſeu civitas eſt, in qua verſamur. Hujus tàm veteris quàm præſentis notitiā habere neceſſū eſt, de legibus ejus ſive conſultaturo ſive judicaturo; tum quia vetera recentioribus faculā & quaſi manū porrigunt, tum quia aliàs nec mutati toties Iuris (quod in nulla nō Republ. evenit) ratio ulla commodè reddi; nec cum ratione, quid ejus porrò mutandū aut retinendū, quid deniq́; ex priſtinis moribus reducendū ſit, aut definiri accuratè aut perſpicuè intelligi poteſt. Ac ideò manifeſtè aberrare, ſive in academiis ſive in foro agant, ſæpiſſimèq́; ad ſcopulos impingere neceſſū eſt, qui Iuris

noſtri

Digitized by Google

noſtri Romano Germanici Conſultos ſe glorientur, & illorũ tamẽ ferè nihil unquã attigerunt, aut ad rei familiaris, compendia feſtinantes, non niſi extremis labiis aliquid deguſtarunt. Quotus quiſq; enim eſt, qui Romanæ Hiſtoria translatiq; ad Germanos mutatiq; ibidem toties imperij ſeriẽ ſtatumq; complexus eſt animo antequã ad Iuris ſtudium intravit? Quotusquiſq;, poſtquã intravit; cui priſca formula, quales Briſſonius; cui leges antiquæ, quales Manutius; & Hotomannus; cui verborũ ſignificationes, quales Alciatus, Broſſæus, alijq; Viri cõcinnârunt, cognitæ fuerunt atq; perſpectæ? Et tamẽ univerſũ illud humanitatis, h. e. politioris literaturæ tàm Græcæ quàm Latinæ ſtudiũ inſtar clavis eſt omnis antiquæ hiſtoriæ; hiſtoria a. notitia Iuris antiqui clavis; & hoc iterum ejus quod recentiſſimo in uſu eſt. Cognito porrò Reip. ſtatu alterũ Iuris adminiculũ ſuccedit, ratiocinatio: qua intellectus noſter non ſolùm ad rectè definiendam ac dividendam totius Iuris diſciplinam dirigitur, ſed & principiis ſolidè collocatis ad ulteriora ritè progreditur, hoc eſt: concluſiones inde educit tanquã rivulos de fontibus ſuis, eaſq; cauſis & quæſtionibus propoſitis congruè applicat, excipiendo, replicando, duplicando; ſeu, ut noſtri ſeculi homines loquũtur: primò regulã conſtituit, deinde limitat, ſublimitat, ampliat, ſubampliat, declarat, ſubdeclarat: qualia ex quo non ſat lotis manibus tractari etiã à Logicæ imperitis cœpere, nata ſunt tot tractatuum, pro regulas, ampliationes, limitationes & declarationes, in infinitũ extenſa volumina, totusq; ille ætati humanæ propè inenavigabilis Iuris Oceanus. Quæ tamẽ omnia ad pauca redigi principia brevibusq; lineis comprehendi poſſent, modò à fontibus non recederetur, & recta concludendi argumentandiq; ratio quomodo iniri debeat, & à Profeſſionibus Academicis Iuventuti oſtenderetur, & à Practicis Doctoribus obſervaretur. Iuvarunt nos in hoc genere aliquâ ex parte Logicis ſuis Iuridicis: Bellonus, Schikhardus, Johannes Thomas Freigius, & quidam præterea; cum primis autem Diodorus Thuldenus Iuriſdentiâ ſuâ extemporaneâ, Hopperus, Coraſius, & ſimiles, qui de Iure in artem redigendo commentati ſunt. Neque enim tam vaſtum mare eſt ſcientia Iuris, in quo vel Elephas natet, ſed principiis ſuis

Digitized by Google

iiſq; non adeo ampliùs aut imperſcrutabilibus nititur. Qua de re cum inſignis ſit Antonii Merendæ *locus, ne meo Marte hic ſapere videar, lubet eum aſſcribere. Ita enim ille* in Præfatione ad Lectorem libro controverſiarum Juris præfixâ: Jus noſtrum, *inquit*, amplisſimo ſuo ſinu, cum omnes, quæ inter cives incidunt de æquo & bono dubitationes complectatur, fieri non poteſt, ut novæ, quæ indies incidunt Juris ambiguitates, ſecundum æqui boniq́ue normam definiantur, niſi juris magiſtri immenſam ejus amplitudinem certis coërceant præceptis generalibus, quæ nos ad auguſtisſimum æqui boniq́ue templum quandocunq́ue de Jure reſpondendum erit, velut manu ducant, quo genere ſtudii, cum plurimum veteres valerent JCti, brevibus ſuam de quacunq́ue juris dubitatione exponebant ſententiam, ea enim præceptorum generalium propria vis poteſtasq́ue eſt, ut veritatem velut digito oſtendant, paucisq́ue rem conficiant. *Sed tales libri è manibus ſtudioſæ Iuventutis excutiuntur, raro certè commendantur; à Profeſſoribus quidem, ſine dubio quod labores hâc viâ ſibi vident parari majores; à Pragmaticis autem, quod naturali rationis ductu, uſu præſertim accedente, ut ajunt, ſe idem præſtare ſatis poſſe, Logicas proinde tricas iſtas ſcholis relinquendas eſſe rentur, in eoq; ſe magnorum aliquot Virorum exemplis tuentur. Quibus ut hoc reſpondeam; ſcio equidem & novi etiam egregios in Republicâ Viros extitiſſe, tùm humanioribus literis ſapientumq; præceptis, tùm ratiocinandi genuinâ methodo à Iuventute parùm aut leviter ſaltèm imbutos; ſed & hoc ſcio, diverſi naturâ atq; ingeniis cum facere idem ſe putant, non eſſe idem, quiq; ſine accurato Philoſophiæ ſtudio ita inclaruêre, eos naturali Iudicii facultate ſupra vulgus longè excelluiſſe: errores interim ſuos depravatamq; Iuventutis ad Iuriſprudentiam manuductionem, in ſcholis, in foro, graviter eſſe conqueſtos memini. Et quid aliud eſt niſi quod intelligunt tandèm arctiſſimam aliarum diſciplinarum cum Iuriſcientia cognationem; quando jam ad Reipublicæ con-*

conſiliorumve clavum ſedentes maturimq́; judicium rebus jam inferentes, velut retrogradi facti ad Hiſtoricos redeunt, ad Philoſophos, ad Oratores denique: jamq́; Platonis, Ariſtotelis, Ciceronis, Senecæ, ſimiliumq́; bonorum Autorum lectione non delectantur modò, ſed & ipſos Iurisprudentiæ fontes ibi ſeſe haurire demũ & vident & teſtantur? At quorſum hæc, inquis Benevole Lector? Nempe ut præjudicium eorum qui fœtulum hunc naſo, quod dicitur, adunco ſuſpendere velint, paulò hic in veſtibulo ſuſpendam prius, quiq́; de aliorum ſcriptis temerè nimis ſententiam laturus ſit, is uti ad hunc velut Lydium lapidem deductus, ipſe à veri ICti ſublimitate longius an propius adhuc abſit, ſimul animadvertere diſcat.

Et tamen non eos tantùm qui inſcitiâ laborant, ſed & alios præterea ad examen ſui hic revocatos velim. Sunt enim qui cum nec ſtudiorum aſſiduitate, nec ingenitâ de moribus rectè judicandi facultate præditi, ICtorum tamen loco vulgò & habentur, & haberi ſeſe cupiunt, & niſi habeas iraſcuntur: adeoq́; retinendæ ſaltem exiſtimationis cauſa aliena ſcripta & dicta, neq́; lecta ſæpè neq́; intellecta ſatis, ſugillant, ſubſannant, incuſant, damnant. Quorum, ſi non repelli temeritas hac cautione meâ poteſt, ſententiam facilè ſuſtinebo, non ampliùs apud cordatos atq́; eruditos valituram, quàm ipſi valent. Alij cum ipſi quidem aliquo ingenio polleant, errore tamen æqui rectiquè, animo quamvis non malo, judicium ſibi de controverſiis & quæſtionibus ſumunt aliorum autoritate, quas ſi curatius ſuo ſecum Marte perpenderent, rectiùs quoq́; dijudicarent. Et hos quidem eô faciliùs feram, quod ſuperſtitione magis aliisq́; ducibus quàm ſuâ voluntate errare videantur. Peſſimos autem omnium eos habeo, qui ſeu à natura ad diſſenſionem & invidiam facti; ſeu moribus ita aſſuefacti & confirmati ſunt, ut Theoninum dentem ubiq́; figant, invideant, mordeant, lacerent, calumnientur, nullo magnoperè affectu inſtinctuq́; alio, quàm ut cæteris ægre faciant, ſua (ut opinantur quidem) unicè hâc viâ & extollant & ſtabiliant. Idq́; ut eò facilius aſſequantur, intelligentioribus quidem adulantur; vulgum autem ſua natura ſpecioſis

magis quàm veris intentum, verborum tumore fandiq; licentiâ ineſcatum ludunt: mediocribus deniq; vix locum relinquunt, dum ipſi tumultuando quaſi omnia ſubſellia ſoli complent, omnia ſtrepitu ſuo obtundunt. Maledicentiam præterea, oris libertatem & ingenuam quandam parrheſiam: impudentiam, magnanimitatem: avaritiam, pium debitumq; ſibi omni jure lucrum: invidiam, publici boni amorem vocant; alia cuncta ſua malefacta, ut unicuiq; virtuti finitimum eſt vitium, aliis honeſtis nominibus involvunt, fidem ſibi ubiqvè praſtruentes in levioribus, in majoribus ut eò graviùs fallant. At profectò ita animati qui ſunt, cum ſit Deus, qui quæ nos gerimus auditq; & videt, tutius forſan aut ſuis moribus aut cœleſti arbitrio relinquemus: à me quidem hic pro defenſione meâ ne verbulum ullum exſpectent jubeo, tum veteri dicto monito; fruſtra corvum lavari, fruſtra laterem; tum vernaculâ noſtrâ paræmiâ, quâ cum luto luctantem nihil efficere dicimus aliud, quàm ut ipſe collutuletur.

Cæterum, ſive hujus ſive illius ſive alterius ordinis ſit de hoc commentariolo noſtro iniquè judicaturus, per me quidem placeat ſibi licet, Suffeni inſtar, quouſq; libuerit ipſi: mihi conſtat interea, primùm: veteres ICtos, Vlpianum, Labeonem, Papinianum, (at quanta nomina!) longè alia via inceſſiſſe, ac non ſolum tam Philoſophiæ, quàm rectè diſſerendi rationem cum Juriſprudentia conjunxiſſe, ſed & ad veram illam nec ſimulatam Juris ſcientiam rectumqvè ejus in Republica uſum, ſine odio, ſine invidia, ſine maledicentia, recta ſemper collimaſſe. Deinde & hoc conſtat, non tàm exiguos ſibi cancellos circumdediſſe, ut hodie noſtri faciunt, qui ſatis habent poſt trium privatarum cauſarum patrocinium, ICti ſibi nomen præſcribere, nec ulterius ferè aſſurgere cupiunt: Cum tamen majora quidem à ICto exſpectanda ſint, majora veteres præſtiterint, & majoribus etiam noſtra indigere tempora videantur.

Sed ne exaſperem nimis illud invidiæ malum, ſua ſponte ſatis hiſpidum atqvè acutum, deſinam hujus querimoniæ, ac de opuſculo

Digitized by Google

meo pauca adjiciam. Ejus edendi finem, ut primò hoc dicam, nullum habui alium, quàm ut liberarem me quodammodo nexu, quo ſibi devinctum habent Mæcenates & Benefactores nonnulli, illuſtri quidem loco poſiti ac ſuperiores officiis meis; quibus tamen aliqua gratitudinis teſtificatione oſtendere malui quomodo affectus ſim, quam perpetuo ſilentio premere debitum. Id facere me ſcripti alicujus dedicatione poſſe exiſtimari. Tantum igitur abeſt, ut hinc famæ aut gloriolæ aliquod aucupium quæſiverim, ut iſtum finem ſi obtinuero, ſatis præmij me retuliſſe videar. Nec enim ignoro quid qualiterve ſcribendum ſit ijs, qui nominis æternitati ſtudent, & quomodo mihi etiam opus fuiſſet ſi vel loco meo vel exſpectationi aliorum facere ſatis voluiſſem. Nihil autem eorum hic mihi quæſitum eſt.

Nam & materiam libelli quod attinet, ſi quis hic vulgaria, ſi quis Academiam ſapientiæ, ſi quis Philoſophica, multa etiam aliena deprehendere ſe poſſe criminetur, parum me fortè habebit diſſentientem. Academicum quippè ſcriptum eſt, ante ſeptendecim annos in inclyta Gryphiſvvaldenſi, ubi tum Doctoris honorē merebar, ſub manu promiſcuè natum. Ac eo quidem tempore curſoriis lectionibus, quarum honores illos ambientibus ex more & legibus Academiæ incumbit neceſſitas, publico multorumq; egregiorum Virorum frequenti Auditorio propoſui. Inde relectum mihi nuper & in capita parteſq; diſtinctum, locis quibusdam interpolavi, nonnullis, ſed paucis admodum, dedi auctis, cæteris omnibus, ut erant ſuo tempore nata, relictis. Mirum itaq; videri non debet, ſi, ut in Cathedra ſolet, communia, quamvis familiaria, quæſtionibus alicubi præmittuntur. Fateor enim atq; adeò lubens fateor, me in ſtudiis quæ ex ratione fluunt, eò ſemper animo verſatum eſſe, ut non contentus nudis Interpretum traditionibus, fundamenta rerum à Principiis ipſe potius arceſſerem, quàm ut aliorum ſola fide atq; autoritate niterer, cum id tantùm religionis noſtræ ſecretioribus capitibus, utpote humanam rationem excedentibus deberi, iu cæteris rationem dominari

 intel-

Digitized by Google

intelligerem. Demittat itaq; mecum ſeſe Lector in haſce diſputationes, quæ vulgares ei videri poterant, ut ad illa altiora juxta mecum eo robuſtior exſurgat, ut in ſimili ferè cauſa loquitur Seneca lib. de ira 2. cap. 1. pr. *Porrò* excurſionibus, *quibus nonnunquam indulgeo, ne quis offendatur quaſo. Accidit enim mihi hâc in parte, ut verum dicam, quod viatoribus ſolet, qui locorum amœnitatibus illecti, ſæpè itinere decedunt, in ijsq; ſe plus juſto oblectant quidem, regreſſi tamen eò alacriùs quod reſtat itineris abſolvunt. Neq; verò prorſus aliena deprehendes, Lector, quæ primâ fronte aliena fortè videantur, ſi vel rationes rei propoſitæ vel rem ipſam diligentiùs inſpexeris, quorum utrumq; ut & repeterem paulò altius & ſtabilirem, occaſio non tàm anſam præbuit quàm impulit. Iam illud quoq; non excuſo operoſè, ſi cui fortè privatas cauſas agenti exigua materia hujus utilitas appareat. Meminiſſe enim, qui ita ſentiunt, debent, & quod ſuperius diximus de amplitudine genuinæ illius nec ſimulatæ Iuriſprudentiæ, & quod* Cicero *in eandem ſententiam, ſummus quondam florente Romanâ Republicâ, & Orator &, Philoſodhus & ICtus* lib. 1. de leg. *magnificè ſcriptum reliquit*: Memini, *inquit*, ſummos fuiſſe in civitate noſtra viros, qui Jus interpretari populo & reſpondere ſoliti ſunt: ſed eos magna profeſſos in parvis eſſe verſatos. Quid enim eſt tantum, quantum Jus civitatis? Quid autem tàm exiguum, quàm eſt munus hoc eorum, qui conſuluntur libellos conficere, de ſtillicidiorum aut parietum Jure, aut ſtipulationum aut Judiciorum formulas componere &c. quæ & conſcripta ſunt à multis diligenter, & minora, quàm illa quæ à vobis exſpectari puto.

Deniq; methodus, ſtylus, promiſcuæ Autorum allegationes, *ſi cui diſpliceant, primùm in genere idem* Cicero *hic mihi patrocinium ſuum largiatur, qui* in Fragment. de univerſo fol. m. 692. Quocirca ſi fortè, *inquit*, de Deorum natura ortuque mundi diſſerentes, minùs id, quod habemus animo, conſequimur, ut tota dilucidè, & planè exornata oratio ſibi conſtet

ſtet

ſtet & ex omni parte ſecum ipſa conſentiat : haud ſanè erit mirum ; contentique eſſe debebitis , ſi probabilia dicentur : æquum eſt enim meminiſſe , & me, qui diſſeram, hominem eſſe : & vos qui judicatis : ut ſi probabilia dicentur , nil ultrà requiratur.

Deinde ut conjecta ferè erant Gryphswaldi, ſtylo & calamo ſatis calenti ac fugitivo, ita immutaſſe omnia quæ mihi ipſi ferè diſplicebant relegenti, nihil aliud fuiſſet quàm ex integro condere opus. Id verò nec erat nunc propoſitum , nec magnoperè neceſſarium videbatur, quod animus erat Academicū potius ſpecimen edere , quàm pro officio locoq; ſcribere in quo jam verſor. Philoſophorum autem Politicorumq; allegationes *cum Interpretibus Iuris noſtri conjunctas , eò libentius etiam ſivi , ut & illorum cum hiſce quanta ſit cognatio , ſecundum ea quæ ſuperiùs diſſeruimus, appareret, nec ipſi in eo videremur à nobis diſſentire.*

Atq; his igitur rationibus ſi non omnes ac ſinguli ſibi exiſtimant ſatisfactum eſſe, id tamen impetraturum me ſpero atq; omnino confido, ut & æquiores habeam Iudices, & ſi quid præterea jure merito in me deſideretur, id Lector benevolus pro æquanimitate ſuâ ſuppleat. Momis, ac quod reliquū eſt malevolorū agmini, unū hoc deniq; reſponſum volo : ſiquidem ipſi pro libertate ſuâ in me judiciū arrogare ſibi & me condemnare non verentur, ægrè ne ferant ſi juris in ipſos dicendi viciſſim mihi poteſtatem ſumā atq; ex Edicto Prætoris aut inter ignaros aut moroſos, aut maledicos aut ſimilem aliquem cenſum meâ ſententiā referam. Meminiſſe enim debent non magis ipſorum judicato me teneri, quàm illi meum detrectent, quod ſi ego ſcribendo , illi certè temerè judicando in ſe provocarunt. Unicum eſt quod addam, Lector, de adjectis opuſculo corollarijs duobus. Id enim quo conſilio factum ſit ſcias, & tua & mea intereſſe deputo. Occaſionem præbuit Ratio Status, *cujus tùm uſum tùm naturam* part.3 cap.7. *oſtendimus. Ex illis, quæ ibi leguntur, quid de uſu rei ſtatuendum ſit, quid*

de abuſu ejus, ſatis cum liqueat, adnectere libuit quæ libellis iſtis duobus prodita ſunt: Eâdem tamen cautione adhibitâ, quam ſemel toti huic Commentario præfixam velim. Nihil enim eorum approbo, nihil defendo: ſed ut conſtaret poſteris etiam, quibus ſive erroribus ſive conſilijs agitatus & actus fuerit noſtro ſeculo Chriſtianorum orbis in tantum furorem h. e. in tot tamq; diuturna internecina bella, tuendi, protegendi, conſervandi nominibus ut plurimum ornata; intereſſe publicè exiſtimavi talia ne interirent penitus. In his jam ſi quid boni repereris, in lucro mecum deputes velim: ſi quid invidioſi, ſi quid partium ſtudio, ſi quid minus ex verò, qualia & multa ipſe obſervavi & cuivis legenti facilè patent, vel eò locô habeas quo venena in Pharmacopœis ſolemus, noxia illa quidem, niſi peritè ſumantur, aſſervatu digna tamen, & nonnunquam ſalutaria: vel ſi mavis, quomodo etiam hoſtium conſilia ſcire conducit, taceri ac ſupprimi perquam periculoſum eſt. Vale Benevole Lector, & me tui ſtudioſiſſimum ama.

Cum

Digitized by Google

B. L.

Cum ſupereſſet ſpacium, libuit explere illud parte Epiſtolæ

Nobiliſſimi Viri ac ICti celeberrimi,

DN. DAVIDIS MEVII, adfinis & amici multos jam annos conjunctisſimi, quam nuper ad me X. Martii 1656. ſcripſit, in quâ de editione commentarii hujus ità reſpondet:

QVod de editione memorati ſcripſi deſtinatum eſt, ut proſequaris non poſſum non ſuadere, non modo quod materiæ utilitas id commendat, ſed & quod Viro tantoperè literato decorum puto, tali documento & ſe orbi monſtrare & lterarium orbem ſibi devincire. Taceo quàm & ad præſentem & futuram poſt nos memoriam faciat, dum vivimus erexiſſe operæ noſtræ monumentum. Ipſemet ſenſi ex qualibus qualibus mei ingenioli fœtibus aliquod non leve ad mea juvanda momentum. Undè non deſino inter graviores functionis labores, quod his decerpi poteſt tempus, ejusmodi ſtudiis impendere; quæ etiam in recudendo Juris Lubecenſis Commentario, & edendis aliquot conſiliis publica feciſſem, niſi me aliquamdiu detinuiſſet Juriſprudentiæ Gentium Communis, ex naturalibus humanæ ſocietatis principiis & præceptis eruendæ cura, Cujus aliquam partem confeci, &, ſi Deus vitam otiumque largietur, quæ reſtat, intrà annum complebitur. Interim me accingam ad repetendum emendandumque, aliquantiſper etiam augendum, quæ ad Juris veſtri memoratum faciunt commentarium, &c.

DE

Digitized by Google

Digitized by Google

De
ADVOCATIA SIVE JURE PROTECTIONIS CLIENTELARI COMMENTARIOLUS ACADEMICUS,

Prolegomena.

Summaria.

1. *Advocatorum duo genera.*
2. *Advocati togati.*
3. *Advocati armati.*
4. *Sedes materiæ.*
5. *Tria notabilia circa togatos.*
6. *Advocati ſunt nobiliſſimi.*
7. *Nobilis advocatum agendo non amittit nobilitatem.*
8. *Advocati deſcriptio ex Terminæo.*
9. *Ejus præclarum munus.*
10. *Advocati togati ſunt etiam milites Imperii.*
11. *Eorum præcipua requiſita.*
12. *Eorum ſcientia.*
13. *Eorum examen.*
14. *Eorum facundia.*
15. *Eorum experientia & judicium.*
16. *Rabularum artificia.*
17. *Advocati officium.*
18. *Advocatus debet à calumniâ & ſordibus abſtinere.*
19. *Pœna advocatorum in officio malè verſantium.*
20. *Juſticia res ſancta.*
21. *Advocatorum immatriculatio.*
22. *Tranſitio ad præſentem materiam.*
23. *Advocatiæ nomen hoc loco quid ſignificet.*
24. *Uſus & obſervantia hujus vocabuli.*
25. *Advocatus quid olim deſignârit.*
26. Beyſtand im Gericht.
27. *Advocatus, patronus, hodiè ſunt ſynonyma.*
28. *Advocatio latiniùs dicitur quàm advocatia.*
29. *Diſtributio operis in 5. partes.*
30. *Invocatio numinis divini.*

ADvocatorum ex uſu Juris noſtri duo ſunt
1 genera: Alterum eorum, qui dirimunt am-
2 bigua cauſarum fata, ſuæq; defenſionis viri-
bus confiſi, rebus publicis privatisq; lapſa e-
rigunt, fatigata reparant, de quibus *l. advocati*
14 C. de advocat. diverſor jud. Alterum eorum, qui collegii,
3 civitatis, provinciæ aut Eccleſiæ alicujus tutelam ita ſuſcipi-
unt, ut etiam armis eam defendere teneantur, ſi opus ſit, ad-
verſus vim iniquè & præter jus fasq; clienti illatam, ac de his
4 ſolet tractari *in Conſtit. Frederic. 1. Imperat. de pac. tenend. §. 7. in*
Uſ. Feud. lib. 2. & in l. non dubito 7. ff. de captiv. & poſtlimin. re
verſ. differuntq; de illis *Bartol. in l. 1. C. de excuſ. mun. Iaſ. in l. qui*
ſervum ff. de verb. oblig. & vol. 3. Conſil. 57. Schurff. cent. 3. Conſil. 23.
& alii paſſim. nuperrimè autem integro abſolutoq; opere Martin. Ma-
ger. de advocat. armat.
5 In prioribus (quod hic prælibare liceat proœmii loco)
tria occurruut notabilia: Encomia, Requiſita, & Officium.
6 Inter encomia gemmæ inſtar eſt, quod nobiliſſimi dicuntur,
Dd. in l. pen. in princ. C. de poſtul. & quod nobiles, cauſas agen-
7 do, nobilitatis jura non amittant, *per l. 5. in fin. C. de dignitat.*
Bald. in l. 2. C. de Senator. col. 2. diſſentiente licet *Tiraquello tr.*
de Nobil. cap. 30. Magis autem elucet claritudo illorum ex
notabili deſcriptione, quam *ex gloſſ. ad tit. C. de advocat. diverſ.*
jud. deſcribit Petr. Termin. proceſſ. judic. tit. de Iud. perſon.
8 Advocatus eſt vir gravis, *inquit*, autoritate & exiſtima-
tione præditus, qui propter excellentem juris cognitionem,
nativam prudentiam, eloquentiam ac rerum multarum u-
ſum, ad patrocinium gravibus litigantium negociis præben-
dum, vocatus eſt, idq; facit plerumq; ſcriptis pugnando &
9 conſulendo, *vid. etiam Speculator. tit. de advocat.* Quid enim
præclarius eſſe poteſt, quàm glorioſæ vocis munimine con-

fiſum,

Digitized by Google

ſiſum, laborantium ſpem, vitam ac poſteros defendere? Quid utilius, quàm vitam ſubditorum ad obediendum Deo & Magiſtratui conformare? *d. l. advocat. 14. C. de advoc. diverſ. jud. junct. Auth. Habitâ C. ne fil. pro patre.* Unde & Imperio 10
militare hoc eſt ſtatum & ſalutem Reip. non minus tueri dicuntur, quàm qui gladiis clypeo, aut thoracibus utuntur, *d. l. 14. C. de advocat. diverſ. jud.* quem textum ideo albo labillo notandum togatis commendat, *Gail. 1. Obſerv. 43. n. 4.*

In Requiſitis præcipua ſunt: Juris ſcientia, facundia de- 11
cens, judicium & uſus. Scientia quidem, ne per imperiti- 12
am eorum, noxa fiat hiſce, qui ſe fidei ac induſtriæ illorum committunt, *l. idem 19. §. 1. ff. ad L. Aquil. gloſſ. & Bart. in l. 2. ff. de poſtul. pr. Inſt. de obligat. quæ ex delict. naſc.* eamq; ob cauſam 13
prius examinandos in collegio Jurisperitorum, ut jurato horum teſtimonio demum Advocatorum ordini inſerantur, jubet *l. nemini C. de advoc. diverſ. jud. vid. Zaſ. conſil. 76. n. 7.* Facundiâ opus eſt, non profeſſoriâ illâ ſtudiis inertibus & 14
juvenum imperitiæ ſuetâ, ſed vividâ & incorruptâ, tuendisq; civibus aptâ, ut loquitur *Tacit. 11. ann. 14. num. 42.* non ſolum ad cauſas clientum perſpicuè explicandas, ſed diſertâ etiam oratione Judicem in partem juſtitiæ eo promptius & efficacius movendum, unde clariſſima eloquentiæ lumina dicuntur, *l. 6. C. eod.* Deniq; uſus & judicii dexteritas requi- 15
runtur, ne qua in litis proceſſu, qui plurimis corruptelis captionibusq; obnoxius, nec facile niſi uſu comparabilis eſt, aberrent, aut hallucinentur, *Sapè d. l. 14 C. de advocat. div. Iud. ibi: ambigua cauſarum fata, & arg. l. quotiens 3. ibi ſolens quæſitor C. de naufrag.* Quâ in re ſæpè eruditiſſimis JCtis poſſe â vili ra- 16
bulâ imponi, experientia teſtatur & paſſim queritur, *Iurg. Valentin. Winther. in parthen. litig. Adam Keller in tr. eleg. de offic. juridicopol. poſt Bart. Bald. & alios in d. l. 6. C. de advoc. diverſ. judic.*

17 Officium autem eorum eſt, cauſis agendis operari, *l. 1. §. in honorariis ff. de var. & extraordin. cognit.* patrocinia deſide-
rantibus præſtare, clientum negocia tueri, *l. 1. & 2. C. de poſtul.*
18 *l. 5. C. eod. c. infames §. ſi quis vero 3. q. 7.* convitiis autem & cal-
lidâ ſive adverſarii ſive judicis à ſcopo abductione abſtine-
re, *l. 6. §. 1. C. eod. & poſt Bald. Cravet. Conſil. 42. n. 2. Conſil. 105. n. 2. Ordinat. Cam. Imperial. part. 1. tit. 13.* iniquis cauſis auxilium
denegare, *Ruland de Commiſſ. part. 4. lib. 6. cap. 10. memb. 4. n. 27.*
lucri cupiditatem averſari, omneq; turpe compendium vi-
vendiq; deformem ſtipem contemnere, *d. c. infames §. nam ſi*
19 *quis 3. q. 7.* niſi velint ipſi inter viliſsimos haberi, aut puniri
arbitrio judicis, aut ab officio planè removeri, *l. rem non no-
vam 12. §. patroni C. de Iudic. l. 5. 6. & ſeqq. C. de poſtul. l. 9. ff. de pœn.*
20 *Rul. de Commiſſ. d. loc.* Quam ob cauſam, & ne juſtitiæ defen-
ſio, res minimè profana, cujusvis libidini proſtituta, *l. 1. §. 5.*
21 *ff. de var. & extraord. cognit.* aliis quàm probatis viris com-
mittatur, jam olim in certum numerum redactus eſt ordo
eorum, hodieq; in benè conſtitutis Judiciis non recipiun-
tur, niſi præſcriptæ formulæ juramento ſeſe prius obſtrinxe-
rint, *arg. §. 1. Inſt. de pœn. tem. litig. d. l. rem. non novam C. de Iud. Vult. 2. Iurisprud. cap. 30. verſ. hodiè, Gail. 1. Obſerv. 43.* adeoq;
nullum ferè celebre in Germania nunc Judicium reperias,
ubi ſimilis obſervantia non vigeat, quod teſtantur tot omni-
um fere Principatuum ac Civitatum peculiaria ſtatuta, **Land-
Hoff-Ober und Nieder-Gerichts-Ordnungen** / hoc eſt provin-
cialia, aulicorum ſuperiorum ac inferiorum judiciorum or-
22 dinationes, ſuis locis. Sed nos in præſentiarum iſto relicto
genere ad alteram quam diximus Advocatorum ſpeciem,
23 id quod noſtri nunc inſtituti eſt, nos accingemus. Accipi-
mus autem nunc Advocatiæ nomen, non ſolum quatenus
uſus ejus maximus in terris Germaniæ patet, quando Status
aliquis imperii in alterius Status, aut ipſius Imperatoris pro-
tectio-

rectionem ſpecialiter eſt receptus, ſed generaliùs etiam pr
defenſione, quam Princeps ſeu Reſp. alteri Principi ſeu Reip.
præſtat, ſive ex fœdere id fiat, ſive quo alio communiori aut
tacitæ conventionis jure. Eáq; acceptio, etſi ab uſu juris 24
Romani, quod corpore noſtro continetur, videatur alieni-
or; non tamen ſi antiquitatem ſpectemus, adeo eſt incom-
moda. Nam advocatus quidem olim non is erat, qui cau- 25
ſam agebat in judicio, ſed qui ideo advocabatur, advoca-
tusq; in judicio comparebat unâ cum cliente, ut præſentiâ
ſuâ reum ſublevaret; id quod vernaculâ hodie propriè di-
cimus: Jemand vertreten helffen / beyſtand leiſten im Gerich- 26
te: Patronus è contra dicebatur, qui cauſam perorabat, *quod
& poſt Aſcon. Pedian. notat. Manut. in Comment. epiſt: Cicer. 3. ad Q.
Fratrem f.m. 95. verb. advocatus.* Mutavit tamen poſtea arbi- 27
ter dicendi uſus harum vocum ſignificationem, proq; patro-
no advocatus, iterumq; pro advocato patronus dici cœpe-
re, uti jam ſuo tempore obſervavit, *Tacit. in præfat. Dialogi de
Orator.* Horum *inquiens* temporum diſerti cauſidici & Ad-
vocati & patroni, & quidvis potius quàm oratores vocan-
tur. Illud ſaltem obiter hic adjicere liceat, Advocationem 28
latinius dici quàm advocatiam, obſervante, *Paul. Manut. com.
in lib. 7. epiſt. famil 10. ad verba: quam in advocationibus f.m.* 728.

Cæterum in hâc Commentatiunculâ noſtrâ, ut eo cer-
tius curſum, quem propoſuimus nobis teneamus, ambitum
dicendorum ad 5. partes revocabimus. Primò, *quid* ſit & 29
quotuplex Advocatia eo quo cœpimus dicere ſenſu accepta
ediſſeremus: Deinde *ſubjectum* ejus, tùm *cauſas* præſtandi
quærendiq; hinc inde patrocinii videbimus: Quartum lo-
cum ſibi vindicabit *effectus*. Tandem quibus modis advoca-
tia *finiatur* ſubjiciemus. Tibi vero æternũ Numen ut hono- 30
ribus tuis cedat exiguum hoc inſtitutum noſtrũ, ita ſupplico:

*Magne Deus! labor hic ſeritur tibi, cœlitus aſta
Conanti, uberior nam tua meſſis erit.*

Ma-

Pars I.

De JURIS hujus Definitione & Diviſione,

Caput. I.

De Definitione Juris Clientelaris.

Summaria.

1. *Advocatia armata deſcriptio.*
2. *Definitio Menochii.*
3. *Adhærentiam Itali dicunt pro advocatiâ armatâ.*
4. *Jus defendendi, & defenſio quid differant.*
5. *Defenſio magis facti eſt quam juris.*
6. *Juſticiæ definitio illuſtratur.*
7. *Sapere quid differat à ſapientiâ.*
8. *Advocatia juris nomen eſt.*
9. *Defendere & defendi ſunt relata.*
10. *Defenſio præſupponit offenſionem.*
11. *Advocatiæ & clientelæ differentia.*
12. *Clientela, advocatia, promiſcuè uſurpantur.*
13. Vogtey/Schutz/Schirm.
14. *Albertus Auſtriacus,* Mann/Vogt/ und Vorſteher der Niederlande.

1 ADvocatiam definiemus jus defendendi perſonas & bona aliena, adverſus vim injuſtam, lege hominisve conventione conſtitutum, *Muter. diſſertat. de Advocat. §. 1.* Aliter. *Menochius* deſcribit: nem-
2 pe quando Dominus alicujus Civitatis vel oppidi recipitur ſub protectione Principis, in quem tamen non dicimus transferre dominium vel Jurisdictionem ipſius civitatis vel oppidi, *conſil. 725. n. 30. poſt Bartol. Laudens. Zabarell. Socin. Dec. Natt. Brun. &c.* Ubi hoc jus barbarè *adhærentiam* vocat, ex
3 uſu linguæ Italicæ, & pactum protectionis inire, *adhærentiam facere* indeq; *caſtrum adhærentiatum* quod protectioni alteri-

us

us ſubjectum eſt, *Menoch.d.Conſil.725. in facti ſpecie ibi : ei conceſſit caſtrum in adhærentiam ; & paulo poſt , adhærentiam fecit cum Franc.Sportia,&c.*

In definitione dico: *Ius defendendi*,non defenſio : quo- 4
niam differre hæc duo inter ſeſe videntur , quantum â jure factum ex jure ortum,ſive quantum cauſa & effectus, *arg.l.ſi ex plagis 52.§.in clivo ff.ad L.Aquil.l.1.§.divus ff. ad L.Cornel.de Sicar.* Defenſionem enim in facto conſiſtere non in jure tra- 5
didit *Bartol.in l.pater ff. de ſervit. legat. Menoch. Conſil.29. n.25.* & vulnera non ad menſuram infligi , hoc eſt, dum infliguntur nullo juris vinculo , ſed infligentis affectu terminari adeoq; in ſolo facto conſiſtere , lepidè quidem ſed verisſime ſcripſit, *Baldus & poſt eum Hyppolitus in l. ut vim ff.de Iuſt.& Iur.* eodemq; modo Juſtitia definitur voluntas unicuiq; ſuum 6
tribuendi potius quàm tribuens, quia illud habitum, hoc actionem meram determinat, *Weſenb.§.1.Inſt. de Iuſt. & Iur. Matth.Stephan.de arte jur.cap.5.verſ.cæterum in fin.* Uti & *Senec.* 7
epiſt.117. ſapere,tanquam actionem â ſapientiâ tanquam habitu diſtinguit,& ſaperè ſapientiæ uſum appellat.

Advocatia autem Juris nomen eſt, qualitatemq; ſeu fa- 8
cultatem inhærentem denotat , correſpectivam tamen, ut cum noſtratibus loquar,ad objectum quod defenditur,quo- 9
niam relata ſunt, defendere ac defendi , mutuoq; ſe ponunt ac tollunt,*egregie Zaſ. lib.2. conſil. 7. n.6. ibi: cum enim dicimus, feudum advocatiæ, intelligimus intrinſecam qualitatem defendendi.* Cui illud conſequens eſt ; regulariter nullum patroci- 10
nio,nullum defenſioni locum eſſe, niſi præceſſerit offenſio, *Salomon.ad d.l.3.ff de Iuſt.et Iur.Nobiliſſ.Dn.* Obrecht/ *diſput.juris Civil.3.propoſ.53 54.&c.* Atq; hactenus etiam accuratè loquendo,clientela (quæ reſpectum habet paſſivum) differt 11
â jure protegendi, quod actioni magis confine eſt. Quanquam voces iſtæ: *Ius clientelæ, jus protectionis, advocatiæ, adhæ-*

renati,

12 *rentia*, *&c.* quoniam alterum alteri adhæret alterumq́ſ ſine altero nec intelligi poteſt nec poni, promiſcuè uſurpentur,
13 *Menoch.conſil.29.n.23. & d. conſil.725. diverſ.numm.* Sicut etiam hæc germanica: Vogten/Schutz und Schirm/ interdum pro regimine, itidem Vogt/Schutz: und Schirm-Herr/ pro
14 Gubernatore accipiuntur, exemplo Alberti Auſtriaci, qui civitatibus Belgii alß Mann und Vogt oder Vorſteher/ una cum Clarâ Iſabellâ Eugeniâ conjuge, alß Erb-und eigenthümlichen Beſitzerin/juramentum præſtitit, *obſervante ex Hiſtoria Meterani Beſoldo lib.1.polit.cap.5.n.11.vid.etiam Zaſ. d.conſil.n.14.*

CAPUT. II.

DE OBJECTO JURIS CLIENTELARIS: obiter de defenſione ſui ipſius, tum in ſpecie perſonarum & rerum ad eundem pertinentium.

SUMMARIA.

1. *Perſonis & rebus conſtat totius Reip. ambitus.*
2. *Jure dominii cuiq́ licitum eſt ſua defendere.*
3. *Idq́ duplici modo.*
4. *Deficiente judice, quiq́ ſui juris legitimus eſt defenſor.*
5. *Judiciorum finis & uſus.*
6. *Ceſſante vindictâ publicâ, ſuccedit privata.*
7. *Deficiente judice, defenſio privata eſt juris naturalis.*
8. *Exemplo Britannorum.*
9. *In naturali defenſione ſervandum eſt moderamen.*
10. *Armorum imparitas, non ſemper vitiat defenſionem.*
11. *Favorabilior eſt cauſa defendentis quàm offendentis.*
12. *Senſus l. Corneliæ de ſicariis.*
13. *Ictus evitabilis, vitiat juſticiam defenſionis.*
14. *Legitima eſt defenſio contrà invadentem gladio educto.*
15. *Gladius pugno vel alapæ an rectè opponatur?*
16. *Limitatur in ſene vel alias debili.*
17. *Jus quod ex poſtfacto reparari non poteſt, incontinenti licet defendere.*

18. *Am-*

18. *Amplia: etiam cum internecione invaſoris.*
19. *Militis ſtuprum metuentis juſta defenſio.*
20. *In latrones & fures nocturnos, etiam ablata de facto recuperandi, jus eſt.*

DEinde in definitione dico; perſonas & res. Quæ duo vocabula quicquid Reip. ambitu continetur usquam, comprehendunt. Sive enim libera ſit Respubl. ſive Municipalis civitas, ſive alia univerſitatis ſpecies, quæ protectioni alterius ſeſe committit, nihil eorum eſt, quod non ad ſummam hanc perſonarum & rerum diſtributionem queat referri, *Giſan. 1. comm. polit. Ariſt. cap. 5. in pr. & 2. politic. 5. text. 2. Vultej. 1. Iurispr. Rom. cap. 4.* 1

Porrò dicitur *perſonas & res alienas.* Quæ enim ſingulorum hominum dominio aut familiâ continentur, ejusdem ſive dominii ſive domeſticæ poteſtatis jure ab his, quorum in dominio vel poteſtate ſunt, peculiari ratione defenduntur, *l. ut vim. ff. de Iuſt. et Iur.* Sive per viam juris ordinariam legitimosq; tramites hoc fiat, hoc eſt coram Magiſtratu inſtitutis actionibus, ſive deniq; eo jure quod omnium gentium ipſiusq; adeò naturæ ratio ſuppeditat, cum ſcil: neceſſitatis caſus & præſens periculum ad Magiſtratum ire non permittunt, ſeu (ut loquuntur Imperatores) ubi ſerum eſt punire judicio, *l. 1. C. quand. liceat unicui. ſe vind. Damhaud. prax. civil. cap. 13. et 14.* Ut enim *Comicus* ait; omnia verbis quàm armis prius experiri ſapientem decet: eoq; fine comparata ſunt judicia & Magiſtratus, ut ſi quis aliquid ſibi deberi aut ſe læſum eſſe exiſtimet, legitimis modis cum reo confligat, & competentibus actionibus experiatur, non vi agat, non ſua ſibi autoritate jus dicat, aut vindictam ſua manu exerceat, *l. extat ff. quod met. cauſ. l. unic. C. ne quis in ſua cauſ. jud. Ordin. Cam. part. 2. tit. 9. Receſſus Imperii de pace publica* 1548. *cum ſimil.* quod auxilium ubi ceſſat aut haberi non poteſt, per- 2 3 4 5 6

B missa

miſſa cuiq; licentia eſt, digno ſupplicio adverſarium ſubju-
gare potius, quàm poſt exitum vindicare, *l. ult. C. in quib. cauſ.*
major. in integr. reſtit. & jure quiſq; feciſſe exiſtimabitur,
quod ob corporis ſui tutelam fecerit, *d. l. ut vim. ff. de I. & I. Go-*
meſ. 3. reſol. 1. n. 30. Gail. 2. pract. obſerv. 110. add. l. 1. §. 27. ff. de vi et
vi armat. l. 44. §. 4. ff. ad L. Aquil. l. 4. in pr. eod. l. 2. & 3. *C. ad L. Cor-*
7 *nel. de Sicar.* Illud tenebimus, quemq; ſui juris eſſe vindi-
cem: ideo manus nobis datæ: maſculè ſcribit de hujusmodi
caſibus eandem rationem ſecutus *Hugo Grotius de jure bell.*
& pac. lib. 1. cap. 5. n. 1. *in fin.* Sua cuiq; dextera aut ultionem
tot malorum aut finem pariet, ajunt illi apud, *Curt. 5. cap. 8. n.*
8 *19.* & Britanni cum nullum ſibi reſtare præſidium viderent,
Manus *inquiunt* & arma nobis ſunt & in his omnia, *Tacit. in*
Agricol. Eaq; adeò vera etiam, ut in hâc naturali defenſione,
9 ſi modo aliàs inculpatæ tutelæ moderamen juxta doctri-
nam *gloſſ. & text. in l. 1. verb. moderamine C. unde vi et Dd. comm.*
in d. l. 3. de Iuſt. & Iur. & in c. ſignificaſti X. de homicid. obſerva-
10 tum fuerit, ex legum doctrinâ non adeò ſpectanda veniat
armorum ſive paritas ſive imparitas, ſed quomodocunq; vi-
11 tam corpusq; tuenti ſit ignoſcendum, tum quod per ſe fa-
vorabilior eſt cauſa defendentis, quàm injuria inferentis,
Obrecht. Diſput. de defenſ. neceſſ. theſ. 150. & paſſim. Coraſ. ad d. l. 3.
ff. de Iuſt. & Iur. Maſcard. de probat. concluſ. 1126. n. 35. Donell. We-
ſenb. & alii ad d. l. 1. C. unde vi, tum quod ipſa *l. 3 ad l. Corn. de ſicar.*
12 non diſtinguit, ſed ſimpliciter percuſſorem ait, adventan-
13 tem gladio poſſe repelli. Quod tamen ita accipiendum eſt,
ſi percusſio quæ metuitur, non ſit aliâ ratione evitabilis, vi-
tæq; periculum ex eâ veriſimiliter immineat, *l. furem. 9. ff.*
eod. l. 51. ex plagis 52. §. 1. ff. ad l. Aquil. id quod eo ipſo contin-
gere exiſtimatur, ſicubi armis ad percusſionem arreptis eo-
dem actu ſimul vis intentetur, *l. licet. § armata ff. de vi & vi ar-*
mat. gloſſ. & DD. com. in l. ſed et ſi quemq. in pr. ff. ad l. Aquil. Angel.

Aretin.

Digitized by Google

Aretin. tr. de maleſic. verb. & Titius ſe defendendo n. 11. Unde in 14
puncto probandæ legitimæ defenſionis communiter infertur probatam inter alia videri, probato quod occiſus venerit cum gladio evaginato contra occidentẽ, *Bartol. in d. l. ſed et ſi quemcunq; n. 2. Bald. ibid. Iaſ. in d. l. ut vim de Iuſt. & Iur. n. 9. Berous conſil. 184. n. 12. vol. 3. Petr. duen. Reg. Iur. 192. n. 6. Bonacoſſ. commun. opin. lib. 2. lit. D. §. defenſio mea dicitur, &c.* Solis vero pu- 15
gnis te impetentem aut alias vim ſine telo intentantem non rectè gladio exceperis (quanquam *Bald. & Angel.* ita alicubi ſenſerint) niſi forte ſenio aut imbecillitate notabili adeo ſis impar, ut vel ex pugni ictu, (fortè quod invadens ſit ex robu- 16
ſtioribus athletis) de vita periclitari poſſis, *argum. l. ſcientiam 25. § qui cum aliter ff. ad l. Aquil.* aut niſi honori ſaltem, licet 17
non vitæ etiam, talis immineat vis atq; injuria, quæ ex poſt facto, Magiſtratus autoritate reparari nullo modo poſſit; veluti, ſi quis honeſtæ virgini matronæve ſtuprum inferre conetur. Nam hujusmodi caſibus defenſionem usq; ad in- 18
ternecionem offendentis parti læſæ permittunt *Doctores comm. teſte Petr. de Petr ſig. ſing. 33. n. 4. Gail 2. obſ. 100. n. 8. & ſeq.* Eoq; pertinet illa Mariani militis, tribunum, Marii propinquum, vim ſibi inferentem perimentis juſtiſſima defenſio, quam honeſtiſſima ratione munivit, Ubicunq; inquiens, 19
periclitatur pudicitia ſuam legem habet, *apud Calpurn. Flacc. declam. 3.* Deniq; in genere cautum reperitur quoties Judi- 20
cis copia nec haberi nec ſperari poteſt, non defendendi ſolum, ſed & juris ſui vel adipiſcendi vel recuperandi licentiam eſſe, veluti in graſſatorem & obſeſſorem viarum, furem nocturnum in agris, *l. 1. & 2. C. quand. lic. unic. ſin. jud. arg. á contrar. ex l. ſi quis in tantam C. unde vi, poſt. Bart. Bald. Hoſtienſ. Salycet. Felin. Marſ. aliosq; Farinac. de Furt. quaeſt. 174. n. 19. & 20. part. 7. oper. crim. Matth. Stephan. lib. 1. de juriſdict. cap. 34. n. 18. 19. 20. erudite Vandus lib. 1. var. quaeſt. 13*

CAPUT III.

DE DEFENSIONE PERSONÆ VEL REI ALIENÆ, UBI DE PRINCIPIIS JURIS PROTECTITII.

SUMMARIA.

1. *Ut privatus jure dominii, ita princeps jure territorii ſua defendit.*
2. Lands-Fürſtlicher *et* Vogteiliſcher Schuz und Schirm *quid differant.*
3. *Defenſio territorialis regulariter eſt cum juriſdictione.*
4. *Patrocinium ſubdito ſpecialiter promiſſum, refertur ad ſuperioritatem.*
5. *Defenſio clientelaris cum juriſdictione nihil habet commune.*
6. *Alia advocatiæ & territorialis defenſionis differentia.*
7. *Advocatia quatenus ad Regalia referatur.*
8. *Quatenus ad gubernationem.*
9. *Nobilis an habeat per ſe jus armorum? Qui habet merum imperium, an habeat jus defendendi: & an ordinarius concurrat in defenſione exſtante Patrono?*
10. *Caroli IX. Galliarum regis adverſus Pontificem pro Navarræa ſuſcepta defenſio.*
11. *Ratio dubitandi ad hoc caput.*
12. *Juriſdictionum limites non confundendi.*
13. *Pax univerſalis.*
14. *Jure gentium, principatuum introducta eſt diſtinctio.*
15. *Juſtitiâ non gladio fines terminandi.*
16. *Neptuni contrà Æolum actio.*
17. *Ad rationem dubitandi n. 11. reſponſio.*
18. *Jus civile ad defenſionem alienam neminem obſtringit, n. 21.*
19. *Eandem tamen permittit.*
20. *Apud Macedones, antidoralis obligatio erat civilis.*
22. *Vaſallus tenetur dominum defendere.*
23. *Aliæ exceptiones à regulâ n. 18.*
24. *Naturale & civile vinculum, fortius ligant.*
25. *Jus naturale ſine civili, non habet juris neceſſitatem quoad jus civile.*
26. *Ita liberalitas exercenda, nè ipſi egeamus.*
27. *Ordinata charitas incipit à ſe ipſâ.*
28. *Jure Canonico circà defenſionem alienam quid ſtatuendum.*
29. *Dilectionem proximi nullum excludit periculum.*

30. *Homi-*

Digitized by Google

30. *Homicida eſt qui periturum non liberat.*
31. *Necare videtur, qui alimenta detrahit.*
32. *Dilectionis perfectio excludit proprium intereſſe.*
33. *Jure naturali circà defenſionem quid ſtatuendum.*
34 *Naturaliter invicem ad beneficia tenemur.*
35. *Beneficio non afficit, qui non defendit.*
36. *Seneca Tragedi locus.*
37. *Naturalis ratio mutuam defenſionem flagitat.*
38. *Homo naturâ animal ſociabile.*
39. *Nulla ſocietas ſine defenſione.*
40. *Natura ſui defenſionem cuiq; commendat.*
41. *Tholoſani duplex Reſpub.*
42. *Maior ſeu univerſalis Reſp.*
43. *Minor ſeu particularis reſp.*
44. *Senecæ eâ de re locus illuſtratus.*
45. *Alii duo Senecæ de majori Rep. loci.*
46. *Socrates mundanus.*
47. *Major Reſpub. omnes homines complectitur.*
48. *Minor, ſingulos populos.*
49. *Privatorum felicitas ad familiam, familiæ ad Remp. referenda.*
50. *Politica ex privato bono facit publicum.*
51. *Singularum Rerump. finis ordinatus ad tranquillitatem univerſi.*
52. *Intereſt ſingulorum, omnia regna eſſe quieta.*
53. *Lesbus inſula fidei causâ laudatur.*
54. *Fides univerſi generis humani bonum.*
55. *Veneti publicæ inſidiæ à Gallo accuſati.*
56. *Itidem Lacedæmonii ab Athenienſibus.*
57. *Et ab Ageſilao.*
58. *Reges totius orbis rationem habere debent.*
59. *Via reducendæ pacis univerſalis.*
60. *Vulgò à conſiliis vera principia exſulant.*
61. *Querela de hodiernâ juſtitiâ.*
62. *Objectio.*
63. *Dolo facit, qui ſcit nec prohibet.*
64. *Culpa dupliciter admittitur: omittendo et committendo.*
65. *Solutio objectionis.*
66. *Interpretatio l. 50. & l. 109. de reg. jur.*
67. *Ex culpâ civilis obligatio ad extraneos non pertinet.*

PAri autem ratione, ſicuti privatis nonnunquam res ſuas vitamq; defendere privatâ ultione permiſſum, eâ ſcil: in locum publicæ vindictæ intereâ ſuccedente, ita Princeps quoq; tuendi ea quæ finibus ditionis ſuæ continentur, non ſolum licentiam habet, ſed & propter excellentius 1

 vincu-

vinculum id facere utiq; obligatur ; non quidem ſpeciali hoc, de quo nos agimus, protectionis nomine, ſed ſive Majeſtatis ſive ſuperioritatis territorialis, ut noſtrates loquuntur, jure proprio & peculiari, *arg. l. 2. C. de evict. ubi gloſſ. & Dd. Menoch. Conſil. 29. n. 22. Ioan. Franc. Rip. tr. de peſte tit. de privil. contra cauſam peſt. n. 148. Bonacoſſ com. opin. lit. D. verſic. defendere de-*
2 *bet princeps.* id quod vernaculâ noſtrâ Lands-Fürſtlichen Schutz und Schirm/contradiſtincto dem Vogteilichem Schutz und Schirm vocabulo, appellamus, *Ioan. Iac. Spei del. in notab. I. Iuridicopolit. lit. L. num. 6. Franciſc. Pfeil. vol. 2. conſ. 94. n. 45.* Quæ duo â ſe invicem diſtingui, aliamq; eſſe naturam ac rationem defendendæ rei, ſive noſtræ, ſive imperio noſtro ſubjectæ, ab eo genere quod in jure advocatiæ conſiſtit, in eos ſcil. competente, eorumq; bona, qui quæve nec dominii, neq; imperii lege ad nos pertinent, ſatis quidem manifeſtum eſt.
3 Alterum enim ex lege cuilibet Reip. aut Principi jure Magiſtratus competente, ſive ſupremus ille ſit, ſive alterius poteſtati ſubordinatus, manat, ſemperq; annexam habet jurisdictionem, adeò ut protectio ſubditis aut regno unitis
4 ſpecialiter promiſſa, ad territorii jus nihilominus referatur, *And. Knich. quem citat & ſequitur Ioan. Godd. in conſil. de reſtitut. Baron. Vallendar. n. 297. & hunc iterum celebris ICtus Reinking. de*
5 *regim. ſecul. & Eccleſ. lib. 1. Claſſ. 5. cap. 4. n. 57.* Alterum ſpeciali jure nititur, & per ſe neq; cum jurisdictione, neq; cum imperio quicquam commune habet, *Menoch. conſil. 725. n. 30. verſ. in*
6 *quem non dicimus transferre dominium, & pluribus infra.* Sed & prius illud quod jam diximus, genus ab eo quod jus merum naturale dictitat, neceſſariaq; defenſio alias vocatur, iterum differt; Illud enim ſolis Magiſtratibus jure gentium competit, hoc etiam cuilibet alii, jure merè naturali. Ac de prio-
7 ri genere intelligendus eſt, *Cuiac. lib. 5. Feud.* Ubi advocatiam inter Regalia recenſet. H*yppolit. item â Collib. de increment. urb.*

urb. cap. 8. Ubi eam ad jus concedendi aſyla refert, & quod
ſcripſit, *Dauth. in hypolyp. de jur. lib. civitat. Imperial. Section. 4. in*
fin. fol. m. 168. Integræ gubernationis quatuor eſſe partes, 8
atq; in hiſce, curiam hoc eſt jus Cancellariæ, Cantzley/ leges,
judicia, & defenſionem, Schutz/ eoq; fine jus habendi mili-
tes & præſidium. Quod autem porrò ibidem inſerit: Ein 9
Edelman hat nicht mehr alß Dörffer/ non habet curiam, non
habet defenſionem, iſt nicht ein Standt / der von jhm ſelber
Schutz hätte/ quatenus verum ſit, alio pertinet, *videatur interea*
Gail. de pignor. cap. 8. Cothmann. vol. 3. conſil. 38. n. 169. Intereà
benè notandum, territorialem illam defenſionem ad jus ſu-
perioritatis propriè ſpectare, neq; cum ſola jurisdictione ſi-
ve etiam mero imperio eſſe connexam: indeq; pendet quæ-
ſtionis deciſio, concurrente eo qui merum habet imperi-
um cum Protectore, utrum uterq; in defenſione concur-
rant? Quod negandum quidem, propterea quod jurisdi-
ctionem habenti non competat jus armorum, adeoq; nec
armata defenſio, *Thom. Maul. de homag. tit. 10. n. 1.* At verò ſu-
perior ordinarius ſi cum protectore concurrat, quin etiam
in defenſione admittatur, non eſt dubitandum; cum enim
protectio nec jurisdictioni ordinariæ nec ſuperioritati præ-
judicet, cur ſtare effectus earum prohibeantur, argumenta-
tur *ex l. ſancimus. C. de teſtam. P. Frid. Mind. de proceſſ. extrah. lib. 2.*
cap. 14. §. 5. Atq; hanc diſtinctionem ut exemplo aliquo 10
in quo utriusq; generis allata eſt ratio comprobemus,
præclarè factum eſt olim à Carolo IX. Galliæ Rege, qui Na-
varræ Reginam, quæ jam Gallicæ ditionis erat, peremptorie
ac ſub pœna publicationis bonorum ad Pontificis tribunal
vocatam, vetuit comparere, factæq; inhibitionis hanc Pon-
tifici rationem reddidit, quod non ſolum propinquitate ſibi
conjunctisſima eſſet Regina, inq; Regum Galliæ fide obſe-
quio ac patrocinio ſemper fuiſſet, ſed nunc etiam Galliæ uni-

tum

Digitized by Google

tum eſſe Navarræ regnum, ideoq; contra morem majorum, contraq; Regum ac Pontificum pacta conventa, eam ad alienum tribunal non poſſe trahi, quam ipſe duplici nexu, patrocinii ſcil. ac ſuperioritatis defendere teneretur, referente *Bodino lib. 5. de Rep. c. 6. f. m. 911.*

11 Sed cum Pomponius *ICtus in l. 36. ff. de R. I.* Culpam eſſe dicat, immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti, & curioſè magis quàm rectè atq; ordine tractari videatur quod alienum eſt, *l. 19. in fin. ff. de novat. l. 17. ff. ad SCtum Vellej. l. 3. §. 9. de in rem verſo c. tua de homicid. l. in provinciis C. de numer. actuar. lib. 12.* dubitari poſſit, annon injuriam faciat, qui extranearum perſonarũ rerũve, nullo ſubjectionis aliove aliquo ſingulari jure ad ſeſe

12 pertinentium defenſionem ſuſceperit? Et ſanè ſatis attentè hoc agitur Romanis legibus, ne jurisdictionum ac territoriorum limites moveantur aut confundantur, *§. 4. Inſt. de Atilian. tut. l. pen. ff. de juriſdict. Bart. in l. 1. §. is videtur ff. ſi quis jus dicent. non obſ. t. t. C. de juriſd. omn. jud. & t. t. de foro compet. in 6 c. 1.*

13 *de off. deleg. ubi Dd. Gail. 1. obſ 3. n. 6. & obſ. 119. n. 2. eod.* Idq; pariter ad juſtitiæ præcepta ac ſapientiæ leges ſpectare, imò pax orbis univerſi quodammodo exigere videtur, ut ſuæ quisq; Reip. moderetur, alienam ſuis juribus relinquat, ſicuti eleganti oratione Senatum Romanum hortatur Lepidus apud

14 *Salluſt. lib. 1. fragm. hiſtor. f. m. 404.* Jure quippe gentium publicæq; utilitatis gratiâ ad evitandam fœdam rerum confuſionem, ſicut dominiorum, principatuum, regnorum introducta eſt diſtinctio, *l. ex hoc jure, ubi Iaſ. & Dd. de I. et I. Anchor. in rubr. de for. comp. Hieron. Brixian. fin reg. cap. 2. n. 10.* ità viciſſim non gladiis, ſed juſticiâ Rerumpub: fines terminandi,

15 quemadmodum rectè Pompejus olim Parthorum Regi di-

16 xiſſe fertur, *Bodin. lib. 5. de Rep. cap. 6.* Eodemq; argumento Neptunus ille apud Poëtam pro tuendis regni ſui finibus, tumul-

multuantes in Siculo mari ventos graviſſimè increpat,

—— —— —— *regiq́; hæc dicite veſtro*
Non illi imperium pelagi ſævumq́; tridentem
Sed mihi ſorte datum: tenet ille immania ſaxa
Veſtras Eure domos; illâ ſe jactet in aulâ,

inquit apud *Vergil.1.Æneid.* quaſi dicat: præter morem Regis vicini, contrâq; fas gentium ab Æolo fieri, quod ſine denunciatione, veniâq; nullá impetratâ ventos immiſerit in alienam ditionem: quin potius juri æquitatiq; conſentaneum eſſe, ut quisq; Rex ſe intra limites Regni ſui contineat, ac ſi quâ potentem ac magnificum ſe oſtendere velit, in aulâ ac ditionibus ſuis faciat, aliis porrò moleſtus eſſe deſinat. Qualia & quæ in hanc ſententiam plura afferri poſſunt, ne meri- 17
tò nobis etiam ſcrupulum faciant, in propoſitâ quæſtione duplex hic cardo vertitur: primum an liceat? deinde an eo amplius quis teneatur? Et jure quidem civili Romano cer- 18
tis modis licere, quod diximus, conſtat, neceſſitate autem ſeu juris vinculo ad hoc obſtringi (quanquam etiam hoc videatur *Zoannetto in l. ut vim ff. de I. & I. arg. l. nullum crimen ff. de R.I. l. in ſumma §. quanquam ff. de aqv. & aqu. pluv. arcend.*) vix eſt ut defendi poſſit, ut enim nulla lege aliis opitulari prohi- 19
bemur, imò alterius conditionem meliorem facere omnia jura permittunt, *l.34. ff. de Negoc. geſt.* aliorumq; negocium ſuſcipientes de geſto tenemur, *l.8. §.1. ff ad l. Aquil. tot. tit. ff. de negot. geſt.* Ita nulla tamen actio prodita eſt, in eos, qui pro liberandâ alterius vitâ, quanquam beneficio anteà affecti, ſanguinem ſuum non expoſuerint, aut alienæ litis defenſorem non egerint. Noſtri Majores, inquit *Romanus ſapiens*, maxi- 20
mi illi viri, beneficia magno animo dabant, magno perdebant: Exceptâ Madonum gente non eſt in ullâ data adverſus ingratum actio, *Seneca lib.3. de Benef. cap.6.* Atq; hoc ita 21
de civili jure pro definito atq; comperto haberi, teſtatur

 poſt

Digitized by Google

poſt Nic. Boer. Conſil. 179. n. 5. vol. 3. Bonacoſſius comm. opin. part. 2. lit. D. §. defendere aliquem quis non tenetur. quibus *add. Bart. in l. ut vim. ff. de J. & J. in l. merum. §. 1. ff. quod met. cauſ. Iaſ. Angel. in d. l. ut vim.* diſſentiente fruſtrà *Phil. Matth. in l. 50. de reg. jur.* autoritate Baldi & Decii: nam uterq; *in d. l. ut vim.* communem ſibi eſſe contrariam teſtantur; quemadmodum & *Zoannettus d. loc. part. 1. n. 97.* idem fatetur, ut adeò de communisſimâ non ſit dubitandum, *Mich. Graſſ. commun. opin. lib. 1. cap. 2. q. 5.* Certis ſolummodo perſonis & caſibus exceptis, in quibus regu-
23 la iſta perdit officium: Quales ſunt Vaſallus; qui Domino in periculis conſtituto auxilium ferre tenetur, idq; detrectans aut negligens, non ſolum honeſtatis reus fit, ſed & feudo privatur *§. præterea tit. 24. lib. 2. §. ult: tit. 28. eod. in uſ. feud.*
24 *Sonsbeck de feud. part. 12. n. 10. 15. Borcholt de feud. c. 9. n. 106.* Ejusdem ordinis ſunt perſonæ quædam, quas ſi indefenſas relinquamus, aliud delictum jure ac legibus prohibitum per conſequentiam incurrere judicamur; puta parricidii, *l. 6. ff. ad l. Pomp. de parricid.* Majeſtatis, *l. 5. §. 3. C. ad l. Iul. majeſt.* negligentiæ, ex SCto Sillaniano puniendæ, *l. 1. & 19. ad SC. Sillan.* ingratitudinis erga patronos, *l. 4. ff. de obſeq. parent. & patron. præſt. l. 1. C. de libert. & eor. lib. junctâ l. generaliter. ff. de in jus voc.* Cujusmodi exceptionum ratio manifeſta eſt, quòd in his perſonis duplex vinculum; non ſcilicet naturale tantùm,
25 ſed & civile concurrant. In cæteris enim, ubi merum naturale jus absque civili vinculo aſſiſtit: id præſtare Romanorum legibus ſatis eſt, quod nobis non nocet, *l. 2. §. item verſ.*
26 *quondam ff. de aqu & aqu. pluv. arc.* Dabo egenti, *ait iterum Seneca,* ſed ut ipſe non egeam: ſuccurram perituro, ſed ut ipſe
27 non peream. Ordinata quippe charitas incipit à ſe ipſa, *l. Præſes. ubi gloſſ. C. de ſervit. & aqu. Rol. à Vall. conſ. 86. v. 1. n. 69. Anton. Hering. de fidejuſſ. c. 8. n. 29.* Et pertinet huc illud Græcorum celebre proverbium apud *Ariſtotel. IX. Eth. Nicom. c. 8.*

γόνυ

Digitized by Google

γόνυ κνήμης ἔγγιον, hoc eſt genu ſurâ propius. Quod aliis verbis *Baldus lib.4.conſ.312.* effert: Charitas, *inquiens*, ordinata ſe plus amat in ungue pedis, quàm extraneum in vertice capitis, *referente Berchολt de feud.c.7.n.41.in fin.*

De jure Canonum, quod ut plurimum primævi juris 28
ſimplicitatem affectat, diſſentiunt Interpretes. Alii chari-
tatis regulam præciſè, & ſecundum literam ſectantur, Dilige 29
proximum tuum ſicut te ipſum, *Matth.c.22.v.37.* Non au-
tem diligit ſicut ſe ipſum, qui non cum periculo proprii ſan-
guinis defendit, *Ambroſ.in c.non inferenda, verſ.qui poteſt obvia-
re, 23.qu.3 c.negligere 2.qu.7.c.quanta, de ſent.excomm.c.dilecto, eod.
in 6.* Alii eò amplius pro homicida habent non eum tan- 30
tùm, qui, cùm potuiſſet, hominem à morte non liberavit, au-
toritate Alexandri III. Pontificis *in c. ſicut dignum. X. de homi-* 31
cid. Sed & qui neceſſaria vitæ, cùm habeat largiri unde
posſit, denegat: juxta illud, ſi non paviſti, occidiſti, *vid. Co-
varr.in relect.c. peccatum part. 2. §.3. n.4. de reg.jur.in 6.* Idq; 32
non ſolùm, ubi noſtrum aliquod ſeu lucrum, ſeu damni præ-
ſentis, futurive periculum imminet (quod vulgariter *inter-
eſſe* dicimus) verùm etiam per ſe, ſoliusq; honeſtatis causâ,
nullo ad nos, noſtramve utilitatem habito reſpectu, *c. ab Im-
peratoribus 23. qu.3.*

Juris porrò naturalis quoad hanc rem duplex eſt ef- 33
fectus; cujus utriusque nomine extraneo cuivis, ac modò
homini nato, obſtringimur: primò, ne lædamus; deinde, ut
beneficio inſuper afficiamus, *Cic.lib.1.offic.paſſim.* Non ſolùm 34
enim inſidiari homini hominem nefas eſt, *l. 3. ff. de juſt. & jur.*
ſed intereſt quoque beneficiis affici, *l.7. ff. de ſerv.export.* Be-
neficio autem non afficit, qui injuriam, quæ alicui infertur, ſi 35
poteſt, non declinat, *Proverb.24.v.11.* Imò qui non defendit
in periculo conſtitutum, tam eſt in vitio, quàm qui infert pe-
riculum, qualia gravisſimè tractat ex intimis ſapientiæ pe-

 netra-

36 netralibus, *Cic.d.lib.1.offic.* eademq; perſequitur *lib.3.* Unde
illud Senecæ *in Troad.act. 2.verſ. 288.289.*

Non patiar: in me culpa cunctorum redit,
Qui non vetat, vetare cùm poſſit, jubet.

37 Idq; ita non ſolùm naturalis ratio, ſed & communis hu-
manæ ſocietatis utilitas ac propè neceſsitas flagitare videtur.
38 Ad quam quia naturâ factum eſſe hominem conſtat, ſimul
defendendæ hujus ſocietatis jura agnoſcamus neceſſum eſt:
39 eò quòd nulla univerſitas ſine aliquâ ſui tuitione, non tam
ſui primævâ naturâ, quàm gentium jure, quod ſecundarium
dicimus, propter hominum ad injurias inferendas proclivi-
tatem, posſit conſiſtere, *Ariſtot.1.Polit.c.2. Covarruv.c.1.pract.*
40 *quaſt.n.2. Althus,c.1.Polit.n.3. & c.9.n.8.* Indeq; verisſimum
apparet: jura defenſionis per ſe ac primariò naſci ex eo,
quòd natura quemque ſibi commendet; ſecundariò de-
mum ex injuſtitiâ & peccato alterius, *Hug. Grot. lib.2. de jur.*
41 *bell. & pac.c.1.n.3.* Eruditum itaque, & ipſius naturæ princi-
piis conſentaneum maximè eſt, quòd ex hoc fonte, *Cic. lib.3.*
offic. Tholoſan.de Republ.lib.5.c.5.§.8. Seneca, & Socratici paſſim,
rempublicam, hoc eſt omnem humanam ſocietatem, aliam
majorem conſtituunt, aliam minorem, ſive particularem.
42 *Majorem* illam, ſeu *univerſalem*, quæ totius humanæ habita-
tionis ambitum complectatur, cujus cives ſumus, quotquot
43 ſumus homines. *Minorem* verò, ſeu *particularem*, quatenus
ſinguli principatus, regna, reſpublicæ, ſuis limitibus circum-
44 ſcribuntur. Utrumque comparatione inſtitutâ deſignat *Se-*
neca ad Lucil.epiſt.118. Ubi laudatâ primùm eorum felici-
tate, quibus cum ambitu Conſulatuum, Comitiorumq; Ro-
manorum nihil rei eſſet; mox à Romanæ reipubl. orbe
ad univerſum, hoc eſt à particulari ad majorem illam con-
verſus: *Quanto*, inquit, *hic majore gaudio fruitur, qui non*
Prætoria, aut Conſularia (Romanæ tantùm urbis) *comitia*
ſecurus intuetur, ſed magna illa (totius orbis) *in quibus alii bono-*

Digitized by Google

res anniverſarios (ut in democraticis præſertim rebus publ.)
alii perpetuas poteſtates (ut in monarchiis, & pleriſque ariſto-
cratiis) *alii bellorum eventus proſperos, triumphosq́, alii divitias,*
alii matrimonia ac liberos, alii ſalutem ſuam, ſuorumq́ (ut in anar-
chiis, tyrannide, omniq; aberrante formâ) *petunt*, &c. Et 45
de provident. c. 5. poſtquam de ſenatu Romano paucula di-
xiſſet: Idem *in hac magnâ*, inquit, republ. fit: totam hu-
mani generis compagem deſignans. Dilucidiùs autem *in*
lib. de vit. beat. c. 31. in pr. Duas, *ait*, res publicas animo com-
plectamur: alteram magnam & verè publicam, quâ Dii
atque homines continentur: in quâ non ad hunc angulum
reſpicimus, aut ad illum, ſed terminos civitatis noſtræ cum
ſole metimur: alteram, cui nos adſcripſit conditio naſcen-
di. Hæc aut Athenienſium erit, aut Carthaginenſium, aut
alterius alicujus urbis, quæ non ad omnes pertineat homi-
nes, ſed ad certos. Nec aliò reſpexiſſe videtur *Socrates*, quan- 46
do cujas eſſet, interrogatus, *Mundanum* ſeſe dicere, quâm A-
thenienſem, maluit, *Senec. epiſt. 28.* Hujus igitur majoris rei- 47
publ. intuitu, naturaliter ad benefaciendum, ipſiusq; adeo
mutuæ defenſionis officium, univerſa inter ſe gens humana
obligatur. Altera illa ſpecies ſingulorum populorum ani- 48
mos arctiori neceſſitudine devincit. Suntq; hæc duo re-
apſe quidem diſtincta, finibus tamen ſubordinata. Uti e- 49
nim privata virtus ad tranquillitatem & felicitatem refer-
tur ſuæ familiæ: atq; iterum cujusque familiæ felicitas ad
commune bonum reipubl. in quâ degit (is enim Politicæ fi- 50
nis eſt, ut ex privato bono publicum, viciſſimq; ex publico
privatum efficiatur, *Althus. Polit. c. 1. n. 25. Ariſtotel. 1. Ethic. c. 2.*
& l. 7. Polit. c. 1. & 2.) ita ſingulorum regnorum ac rerumpubl.
utilitas, felicitasq; omnis (dummodo cuncta recto ſtent ta- 51
lo) ultimò terminanda eſt in τῷ bene eſſe, ſeu tranquillitate
orbis univerſi, *Pet. Greg. Tholoſ. d. l. 5. c. 5. de republ.* Quomodo

Digitized by Google

2.Pet.c.1.v.7. dilectionis privatæ terminus ponitur in dilectione communi : & *Grot.l.2.de jur. bell.& pac.c.15.§.12.* ad populos,quà populos, & reges, quà reges, ſcriptum eſſe ait,
52 quod aliàs privatis ſcriptum eſt. Rurſum, uti civium cujuſvis intereſt, ne ſinguli in civitate cæteris dominentur : ita Regum,Principum,Rerumpubl. ut, quo ſingulæ reſpublicæ loco ſunt,quietè & ſine cujuſquam injuriâ ac moleſtiâ,fru-
53 antur. Huc reſpexiſſe videtur Pompejus, cùm in fugâ nuſquam receptus à clientibus ſuis, ac jam profligatam undique terrarum fidem queritans,tandem in Lesbo inſulâ integram adhuc deprehendens, totius mundi nomine gaviſus dicitur.
54 Quaſi hoc dicere voluiſſet ; fidem non unius hominis, non unius terræ privatum bonum eſſe, ſed totius humani generis:

— — tali pietate virorum
Lætus in adverſis ; & mundi nomine gaudens,
Eſſe fidem,

55 inquit *Lucan. Pharſal. ſeu de bell. civil.l.8.* Ex eodemq; principio defendi poterit illa Gallici quondam fetialis ad Venetos,acris alioquin dictu, formula, quà bellum denuncians, *infidos eos* vocat, atque omnia vicina ad ſe rapientes. Infidos quidem, non tam ob violatum fortè pactum aliquod ; quàm propter ruptum, ut videbatur, omnis fidei,ſecuritatisq; humanæ obicem,invaſione factâ in alienas terras abſq; legitimâ causà,ſolo proferendę augendæq; potentiæ ſtudio.
56 *Sleidan. in apolog. libris de Stat. relig. præmiſſâ.* Idem Lacedæmoniis objiciunt Athenienſes ; quòd ipſi inter ſe plurimùm virtute uterentur ; quales verò eſſent adverſus alios, breviter ita exponunt : honeſta eis videri quæ ſuavia ; juſta, quæ
57 ſibi tantum utilia, *apud Thucydid. l.5.* Et de iiſdem ſimilis eſt apud *Plutarch. in Ageſil.* locus. Lacedæmones, *inquit*, primam honeſti partem ponentes in patriæ ſuæ utilitate, jus

aliud

Digitized by Google

aliud nec nôrunt,nec diſcunt , quàm unde Spartam putent
augeri poſſe. Contrà aurea, imò divina illa eſt, *Themiſtii in*
orat. ad Valent. ſententia : *Reges, quales exigit ſapientia regu-* 58
la,non unius ſibi creditæ gentis habere rationem, ſed totius humani
generis ; & eſſe, ut ipſe loquitur , non φιλομακέδονας tantùm,
aut φιλοῤῥωμαίους, ſed φιλανθρώπους. *H. Grot. in prolegom. de jur. bell.*
& pac. Nec enim dextrè tuam geſſeris rempubl.niſi cogno-
veris hanc communem omnium mundi civitatem, *ait Mi-*
nut. Felix. adverſ. gent. Vincent. Cabot. l. 2. diſput. jur. civ. c. 2.
Qualia ſi animadverterent, aut ſaltem moneri ſeſe pateren- 59
tur hodierni gentium rectores : paulò æquiùs opinor ſeſe
haberet publica generis humani ſalus, faciliusq; ſecum redi-
rent in gratiam tot conturbatæ nationes. Sed quoniam 60
vulgò talibus conſiliis vera principia non adhibentur, non
injuria hic querimonia uti licebit, qua ſuo tempore uſus Ro-
manorum facundiſſimus : nos veri juris, germanæq; juſti- 61
tiæ ſolidam & expreſſam effigiem hodie tenere nullam; um-
bra & imaginibus uti , atque eas ipſas utinam ſequeremur,
Cic. lib. 3. offic. Fortun. Garc. tr. de ult. fin. jur. civil. & canon. in pr.
de quo alibi fuit commentandi occaſio. Videat interea qui
volet, *Beſold. tom. 2. oper. polit. de præced. & ſeſſ. prærog. c. 1. § 9. verſ.*
concludo hæc, Bort. de natur. jur. majeſt. & regal. c. 3. § atq; hactenus;
Senec. all. loc. cum ſimil.

Et hæc quidem tam canonum, quàm naturali jure ita 62
ſe habent. Quod autem civili jure nullam alienæ defenſio-
nis obligationem exſtare diximus , non ideo infringitur
quòd leges noſtræ quaſi in dolo verſantem notent, qui ſcit, 63
nec prohibere contendat, *l. 50. ff. de reg. jur.* & ſicut culpæ ac-
cenſent facere, quod fieri non debebat, ita etiam omittere,
quod facere oportuerat, *l. 30. § fin. cum l. ſeq. l. 52. pr. & ſeqq. ff.*
ad l. Aquil. l. 131. ff. de regul. jur. Unde etiam utroq; modo, & 64
committendo, & omittendo , culpam admitti, vulgare eſt
bro-

brocardicum, *gloſſ. & Dd. ad l. ſi mora, ff. ſolut. matrim. per l. 50. et*
65 *109. de reg. jur. cum ſimil.* Quoniam enim, ut antè obſervavimus, nulla in univerſum ea de re ſanctio civilis exſtat: neque actionem eo nomine lex dedit, aut Prætor, quod poſt communiſſimam *ſuprà. n. 21.* allegatam confirmat, *Graſſ. l. 1. comm. opin. c. 2. qu. 5. in fin.* ubi, Hæc communis, inquit, concluſio intelligenda eſt quem non obligari vinculo efficaci, ut conveniri poſſit; quia non legitur actio aut pœna in his ſpeciebus conſtituta. Sed humanitatis nexu teneri non du-
66 bito, quatenus homo homini officium debet, &c. allegati etiam textus & Interpp. civile aliquod vinculum inter eas perſonas, quæ de culpa omiſſionis v. c. litigant, præſupponunt; veluti inter ſervum & dominum, ad hoc ut dominus ex facto ſervi, quod prohibere potuiſſet, teneatur læſo, &c. ideoq; ad extraneas perſonas, hoc eſt, quæ tali vinculo non ſunt affectæ, referri nequeunt, ut eleganter & eruditè diſtinguit,
67 *Pet. Fab. in d. l. 50. ff. de reg. jur. n. 8.* Hinc conſequens eſt, manetq; immotum, nullam inferri defenſionis, noſtro ſenſu præſertim acceptæ, neceſſitatem, *pr. Inſt. de obligat. verſ. jur. vinculum. gloſſ. in l. naturaliter, C. de non num. pec. Ant. Oliban. de action. part. 2. lib. 1. c. 8. n. 8.* Perſonis & caſibus, quos ſuprà attigimus, nonnulliſq; ſimilibus exceptis: de quibus Dd. in materia defenſionis plena manu. Nobis hìc digitum hactenus intendiſſe ſufficiat.

CAPUT. IV.

DE RELIQUIS DEFINITIONIS VERBIS, ET QUALIS HIC VIS INTELLIGATUR.

Sum-

SUMMARIA.

1. *Brevis reaſſumptio præcedentium.*
2. *Protectio juriſdictioni alterius non non adverſatur.*
3. *Jus advocatiæ eſt naturalis obex contra tyrannidem.*
4. *Mali puniendi, boni defendendi.*
5. *A defenſione falſi prætextus removendi.*
6. *Humana ambitio propria negligit, alienis intenta.*
7. *Quidam dolus bonus.*
8. *An omnis vis injuſta?*
9. *Erronea verborum, vim & injuriam, in l. 3. de juſt & jur. interpretatio.*
10. *Eadem refellitur.*
11. *Ubi offenſio licita, ibi defenſio illicita.*
12. *In l. 3. de juſt. & jur. duplex vis exprimitur.*
13. *Vis juſta ex Livio aſſeritur.*
14. *Item ex formulâ ſalvi conductûs;* Für unrechter Gewalt.
15. *Olim rem vi licitâ in jus trahebatur.*
16. *Ita tractum eximens in edictum incidebat.*
17. *Pater filium, dominus ſervum, caſtigantes de injuriâ non tenentur.*
18. *Magiſtratus jus exſequendo injuriam non facit.*
19. *Exſecutoribus magiſtratûs reſiſtentes puniuntur.*
20. *Malitiis hominum non ſubveniendum.*

UNiverſim itaque illud conſtet, & naturali, & canonum 1
jure teneri nos, civili non prohiberi omnino, eorum
defenſionem ſuſcipere, qui nullo quamvis ſive ſubje-
ctionis ſive quo alio ſpeciali vinculo ac reſpectu nos atti-
nent; ſive ſui juris ſint, ſive alienæ poteſtati ſubjecti: cùm 2
hoc protectionis jus nec juriſdictionem legitimis dominis
imminuat, ſed vinculum ſolùm juris ſit naturalis, ac veluti
obex quidam illorum libidini oppoſitus, qui iniquè & per 3
vim illicitam graſſantur in aliena; id quod omnibus modis
impediendum, *l. illicitas §. ne potentiores, ff. de offic. Præſid.* cu-
randumq; ut & malis delinquendi facultas adimatur, & bo- 4
nis ac innocentibus in tuto eſſe liceat, *c. ab Imperatoribus 23.
qu. 3.* Quæ omnia uti rationem per ſe habent æquisſimam,
ita cavendum tamen, ne alienæ defenſionis prætextibus, 5

quâm veris cauſis, velandæ ambitioni utamur; latrociniaq́;
& publicas prædationes exercere, ſpecie defenſionis ſeu
quæſitæ, ſeu conceſſæ videamur, *d.l.illicitas, §.illicita, verb. prætextu adjuvantium, ff. de off. Præſ.* Semperq́; meminerimus
6 præclari moniti: *Que la trop petite conſideration des biens, que nous avons, & la trop aſpre convoitiſe des biens, que nous n'avons pas, va multipliant nos miſeres*, hoc eſt, Fundi noſtri calamitatem eſſe, quòd negligimus ea quæ habemus, & nimium appetimus aliena, *Monſ. de la Noue in diſcurſ. polit. 7. fol. 209. Vid. Auguſtin. l. 4. de civit. Dei c. 4.*

7 Ut reducamur quaſi in gyrum, porrò in definitione diximus *vim injuſtam.* Ut enim quidam dolus bonus eſt, qui ſolertia dicitur, puta, ſi quis in hoſtem, aut latronem quid machinetur, autore Ulpiano *in l. 1. §. 3. ff. de dol. mal. l. 26. ff. de*
8 *captiv. & poſtlim. reverſ.* ita non omnis vis injuſta eſt, quanquam ita videatur *Angelo, Decio*, & aliis nonnullis, qui verba
9 *l. 3. ff. de juſt. & jur.* vim atque injuriam, explicant *vim injurioſam*: quaſi declarandæ qualitati inſeparabili adjecta vox *injuria* ſit, nullaq́; vis committatur, quæ non habeat injuſti-
10 tiam comitem. E contra *Seneca*, repugnanti, ait, non volenti, necesſitas eſt, *epiſt. ad Lucil. 61.* Si itaque jure poſſunt repugnare, quibus ea vis, ſive necesſitas accidit, vis ipſa injuſta fuerit: Sin injuriâ reſiſtatur, vis juſta fuerit neceſſum eſt.
11 Hinc illud brocardicum: ubi offenſio licita, ibi defenſio illicita; & contrà, *vid. Paul. Caſtrens. in l. 3. de juſt. & jur. n. 5. Schrader. de fend. part. 9. c. 4. n. 82. Valent. Volz. ad l. Corn. de ſicar. c. 7. n. 17.* & quod JCtus ait *in d. l. 1.* vim vi repellere omni ju-
13 re licere, *ubi Salomon. & alii Dd. Socin. reg. fallent. 539.* Hic enim vis, quæ repellitur, non poteſt non injuſta, quæ autem repellit, non aliter quàm juſta omnino & æqua videri. Sic Campanorum Legatus: quandoquidem, inquit, noſtra tueri *adverſus vim atque injuriam juſtâ vi* non vultis, veſtra certè de-

Digitized by Google

defendetis,apud *Liv.l.7.c.31.* Ubi juſta vis idem quod inju-
riæ depulſio, legitima defenſio. Eodemq; modo in literis 14
ſecuritatis,quas reis fugitivis ſolemus concedere , & vulgò
ſalvum conductum appellamus,ſecuritas promittitur : non
tamen adverſus vim legitimam , quæ innocentiâ non ſatis
probatâ ipſis nihilominus contingere poteſt ; ſed adverſus
vim injuſtam. Und ſol derſelbige (reus) zum rechten für un-
rechter Gewalt/und nicht weiter vergleitet ſeyn. Ut habet fre-
quens in foro formula *ex ordin. conſtit. crimin. Caroli V. art.
156. in fin. vid. Matth. Coler. de proceſſ. execut. part. 4. c. 1. n. 260. &
ſeq. Pet. Prem. de ſecurit. promiſſ. quæſt. 6. fol. mihi 30.* Ita quòd
obtorto collo in jus quondam rapiebatur , qui nec ſolvere, 15
nec vadari paratus erat : lege permittente vis licita fuit, 16
Cujac. 7. Obſerv. 17. adeo ut vim injuſtam facere cenſeretur,
ſi quis ita tractum eximere voluiſſet, *tot. tit. ne quis in jus voc.
vi exim.* Ita pater filium immorigerum,aut flagitioſum,do- 17
minus ſervum caſtigans, ſi modus ſervetur, vim infert,nul-
lam tamen injuriam,*l. ſi filius C. de patr. pot. Dd. in l. 4. ff. ad l. A-
quil.* Deniq; magiſtratus,qui juris executionem habet, ex- 18
ſequendo vim facit,injuriam non facit ; niſi quatenus mo-
dum executionis legitimum, aut aliàs præſcriptum,excedit,
*l. injuriarum 13. §. 1. ff. de injur. l. 3. §. 1. ff. quod met. cauſ. Caſtrenſ. in
d. l. 3. ff. de juſt. & jur. n. 6.* quiq; eorum miniſtris & executori- 19
bus reſiſtunt,offendentium partes ſumere, ideoq; ab illis re-
pelli poſſe,non dubitatur, *l. milites 13. §. 4. ff. de re milit.* Ejus- 20
modi igitur in cauſis omnibus , ubi ceſſat legitimæ defenſio-
nis juſtitia , ceſſat quoq; jus advocatiæ , ſive protectionis.
Non enim malignitatibus hominum,ſed injuriam paſſis ſub-
veniendum eſt,*l. 2. §. ff. 1. ad SC. Vellei.* & proviſio facta in fa-
vorem ceſſat , ubi in dolum res convertitur , *Bart. in
l. 10. ff. eod.*

Digitized by Google

CAPUT V.

DE DIVISIONE JURIS CLIENTELARIS.

SUMMARIA.

1. *Advocatici juris efficiens & diviſio.*
2. *Advocatiæ plures poſſunt conſtitui ſpecies.*
3. *Magerus notatur.*
4. *Defenſio territorialis non eſt ſpecies Advocatiæ.*
5. *De conſervatione univerſi divinâ agere, aut Theologi eſt, aut Metaphyſici.*
6. *Termini diſciplinarum non ſunt movendi.*
7. *Advocatia dividitur in conventionalem & legalem.*
8. *Conventionalis deſcriptio.*
9. *Clientes dicuntur ſuſcepti.*
10. 11. *Advocatia perficitur conſenſu.*
12. *Error & dolus conſenſui adverſantur.*
13. *Pactum clientelare dicitur ſadus.*
14. *Non ſemper contrahentium ſolus ſufficit conſenſus.*
15. *Legalis advocatia duplex.*
16. *Legitimum ſtrictè dicitur, quod ex ſpeciali lege ortum habet.*
17. *Conventionalis advocatia differt à reliquis.*
18. *Legitima advocatio in ſpecie quænam.*
19. *Naturalis quæ?*
20. *Naturale ICtis eſt, quod eſt juris gentium.*
21. *Tres conſtituuntur advocatiæ ſpecies.*
22. *Conventionalis & legitima à Magero latè, naturalis obiter tacta.*

1 POſtremò Advocatiam jus eſſe diximus *lege*, aut *conventione hominis* conſtitutum. Quibus verbis cauſa hujus juris efficiens indigitatur, ac ſimul (quod propoſitæ methodi ratio poſtulat) diviſioni via aperitur. Etſi enim plu-
2 res advocatiæ ſpecies ſecundùm varios reſpectus & conſiderandi modos poſſent conſtitui, quas latiſſimè congeſſit *Dn. Martin. Mager. tr. de hac materiâ pecul. c. 3. per tot.* Nos tamen ſpicilegium hîc potiùs quàm meſſem facere cupientes,
3 lubenter ea omittimus: illud obiter annotantes, æquivoci in

in ſua æquivocata meras eſſe diſtinctiones, non diviſiones rei, ſaltem analogicè dictas, quando non ſolùm facultatem defendendi ſua, jure magiſtratûs ordinario competentem, ſed & Dei providentiam, totius orbis, & præcipuè humani generis conſervatricem, ſpecies ſui diviſi facit. Planè enim 4
illa juris protectitii, de quo tractare inceperat, partem non conſtituit, quamvis cognata ſit ei: *hujus* autem tractatio 5
partim Theologica eſt, partim, quatenus ex naturalibus principiis abſtractivè conſideratur, in Metaphyſicis locum habet. Talia igitur ad id, quod ſibi tractandum ſumſerat, 6
cùm non ſint movendi facultatum ac diſciplinarum termini, eo modo non erant transferenda. Princeps autem di- 7
viſio nobis commodiſſimè fieri videtur in *conventionalem* & *legalem*: quarum altera ex proviſione hominis, altera ex diſpoſitione juris, ortum habet. Illa eſt jus defendendi eos, 8
eorumve jura ac bona, qui pacto ſeſe protectioni ac tutelæ noſtræ commiſerunt: quos inde, quòd in fidem noſtram 9
ſuſcepti ſunt, in ſpecie *ſuſceptos* appellari teſtatur, *Cujac. ad l. quidam 132. ff. de verb. obl. & ex loco Salviani lib. 5. de gubernat. Dei, Arnis. de jur. majeſt. c. 3 n. 2.* Conventione autem, mutuâq; 10
obligatione hanc ſpeciem perfici, vel ipſum nomen ſatis indicat. Unde & conſenſu utriusque partis opus eſſe conſtat; totiesq; vitiari contractum, quoties libertas arbitrii aut er- 11
rore impeditur, aut ſimulatione, dolo, ac fallaciis involvitur. Non conſentiunt enim qui errant, *l. 55. ff. de obl. & act.* dolus 12
autem nunquam non inutilem reddit conventionem, *l. 1. ff. de dol. mal.* Hinc & pactum clientelare, fœdus dicitur inæ- 13
quale, quo jus advocatiæ conſtituitur, *Pet. Fab. l. 1. ſemeſtr. c. 7. Grot. lib. 2. de jur. pac. & bell. c. 15. paſſim.* Imò interdum nec ſolus 14
conſenſus paciſcentium ſufficit, veluti in iis, qui ſub aliorum imperio degunt, quorum aſſenſum requirere opus habent, quod ſeq. capite dicetur.

15 *Legalis* autem advocatia vel ex diſpoſitione juris genti-
um eſt, vel juris cujusdam civilis, ſive ſcripti, ſive non ſcripti:
quam in ſpecie *legitimam* rectè dixeris cum *Bechtio tr. de ſalvo*
16 *conduct. theſ. 38. circa med.* prout legibus noſtris ea, quæ ex
ſpeciali civium Romanorum jure ortum habent, legitima di-
cuntur; iisq; ; quæ vel ex jure gentium, vel humano actu,
fundamentum capiunt, perpetuò opponuntur, *l. 11. ff. de te-*
17 *ſtam. tut. l. 1. §. pro illo. ff. pro ſoc.* aliisq; locis ſimilibus. Quoti-
es itaque pactum intervenit (ſicut in plerisque Germaniæ
advocatiis) etſi juri gentium pariter & civili conſentaneum
ſit, ea, quæ ſemel placuerunt ſervari: tamen propter inci-
dens factum hominis, à quo fundamentum capit obligatio,
ea protectionis, ſive advocatiæ ſpecies, rectè *conventionalis*
18 dicetur. Quoties autem juris civilis & legis alicujus diſpo-
ſitio quem in tutelâ ac patrocinio alterius conſtituit, *legiti-*
19 *mam in ſpeciè*: at verò cùm neque factum hominis interve-
nit neque lex aliqua civilis; ſed alia quædam ex communi-
bus naturæ principiis depromta ratio eam inducit, *naturalem*
20 vocabimus: interpretes juris noſtri imitantes, qui naturale
vocant id, quod ubique gentium eandem vim obtinet, *§. 2.
Inſt. de jur. nat. gent. & civ. §. ſingulorum 11. Inſt. de rer. div.* quod
non tam primævæ rationis luce ortum eſt, quàm ratiocinan-
do collectum, & uſui, humanisq; neceſſitatibus accommo-
datum, *Ariſt. 5. Nicom. c. 7. Diod. Tuden. comment. Inſtit. de jur.
nat. gent. & civ. c. 2.* Quibus autem caſibus hæc ipſa natura-
lis ratio defenſionem juris, rei-ve alienæ admittat, inferiùs
21 dicemus *part. 3.* Interea apparere ſatis ſit, à dichotomiâ ſi
recedere lubet, tres univerſim eſſe advocatiæ noſtræ ſpeci-
es: naturalem, conventionalem, & legitimam, quarum illa
gentium jure, iſta pacto, hæc civili aliquâ lege nititur, *Becht.
de ſalvoconduct. c. 10. verſ. Altera protectionis iſtius.* Suntq; hæ
22 poſteriores duæ ſpecies à Magero ſatis copiosè explicatæ:
pri-

primam nemo, quod ſciam, ſeorſim tractavit; fortè quia maluere aliorum ſcrinia compilare, quàm rei ipſius veſtigia indagando, à fundamentis principia arceſſere, quo vitio hodie paſſim laborat juriſprudentiæ ſtudium.

PARS II.

De his, qui poſſunt ſeſe in clientelam dare, quique recipere: ſeu de clientibus, & protectoribus ipſis.

CAPUT I.

DE EORUM CLIENTELA, QUI SUI JURIS SUNT.

SUMMARIA.

1. *Continuatio.*
2. *Clientum duplex conditio.*
3. *Liber populus clientelam poteſt ſubire.*
4. *Ratio ejus.*
5. *Libertatem olim vendere licebat.*
6. *Quilibet ſtatus ſui, non etiam membrorum dominus.*
7. *Quilibet in ſuo poteſt alteri ſervientem conſtituere.*
8. *Arrogatio eſt capitis diminutio.*
9. *Formula deditionis Campanorum.*
10. *Item Collatinorum.*
11. *Item quorundam Græcorum.*
12. *Aliæ deditionis formulæ.*
13. *Ovidiana deditionis deſcriptio.*
14. *Germanica dedendi formula.*
15. *Deditiones pleræque coactæ.*
16. *Coacta voluntas non eſt, quæ alterum ex duobus eligit.*
17. *Etiam juſto metu extorta voluntas obligat.*
18. *Pacta cum hoſtibus ſervanda.*
19. *Turcarum & Ludovici Mediolanenſium Ducis perfidia.*
20. *De conſenſu tertii.*

21. Li-

21. *Liberæ clientelæ exempla.*
22. *Pomerania & Megapolis Imperio unitæ.*
23. *Causæ ejus rei impulſivæ.*
24. *Pomerania à Friderico Barbaroſſa in obſidione Lubecenſi recipitur in matriculam Imperii.*
25. *Megapolis à Carolo IV. Comitiis Metenſibus.*
26. *Pomerania & Megapolis antea ſui juris.*
27. *Barbaris regia manus pro lege.*
28. *Tholoſani de coalitione Germanicarum provinciarum opinio.*
29. *Levior eſt clientela, quàm deditio.*
30. *Græci Romanorum clientelæ ſe dedunt.*
31. *Idem alio exemplo probatur.*
32. *Lotharingia à Carolo V. libera declaratur.*
33. *Eadem iterum fit clientelaris Imperio.*
34. *Tranſactiones Lotharingica & Burgundica.*
35. *Etiam Imperator poteſt ſe in clientelam dare.*
36. *Pontifex eſt in perpetuâ clientela Imperatoris.*
37. *Pontificis arcanum in electione plurium Patronorum.*
38. *Pontificis inepta majeſtatis affectatio.*
39. *Ignominioſum Romano Imperatori alieno uti patrocinio.*
40. *Imperatori reliqui Reges primas cedunt.*
41. *Legati Gallici cedunt Cæſareis in conventu Caletenſi.*
42. *Turcarum Monarcha Imperatorem ſalutat patrem ſuum.*
43. *Imperator, corporalis Deus in terris.*
44. *Alii Monarchæ Reſidentes habent in aulâ Imperatoris: non contrà Imperator in aulis ipſorum.*
45. *Sithonis judicium de causâ affectatis ab aliis Regibus Imperii Romani.*
46. *Imperium Romanum etiam hodie ſatis per ſe validum.*
47. *Duo præcipua conſtituendi juris clientelaris fundamenta.*
48. *Conſenſus intereſſentium requiritur ad perfectionem actus.*
49. *In judiciis ſinguli citandi, quorum intereſt.*
50. *Subditorum intereſt, quales patronos accipiant.*
51. *Subditorum conſenſus requiritur ad translationem regni.*
52. *Clientela non mutat, afficit tamen Rempubl.*
53. *Populi conſenſus an neceſſarius in fœderibus.*
54. *Senatus Romani & Scipionis eâ de re teſtimonia.*
55. *Ordinibus & Vaſallis inſciis non licet Principi aut Domino alienare territorium, ſeu feudum.*
56. *Ad clientelam, ſubditorum conſenſus de æquitate ſolum requiritur.*
57. *Fœdera ad jus majeſtatis ſpectant.*

58. *Sub-*

58. Subditi non poſſunt parere & regere ſimul.
59. Intereſſentium conſenſus tunc requiritur, cùm de jure actus illius participant.
60. Subditi alienari non poſſunt, propter tacitam inter eos conventionem.
61. Pactis confraternitatum ſubditis conſulitur.
62. Clientela ſtatum Reipubl. non minuit, ſed confirmat.
63. Vaſalli & Ordines alienari inviti nequeunt; dari in clientelam poſſunt.
64. Limitatio ejus.
65. Principes Belgii non habebant majeſtatem,
66. Hollandi olim ſub tutela Imperii, ſed ſine libertatis præjudicio.
67. Multa licent, quæ non expediunt.
68. Præſtat ſubditos in conſilium adhibere.
69. Petrus Medices ob excluſum civium conſilium notatur.

EXplicatâ in genere naturâ juris clientelaris, videamus 1 qui ſeſe in clientelam dare, qui itidem ſuſcipere eam poſſint. Ac primò quidem eorum, qui de Advocato 2 ſibi conſtituendo laborant, duplex eſt conditio: Aut enim libera gens, princeps, civitas, ſeu quæcunque univerſitas ſunt, aut alterius poteſtati ſubjecti. Si liberi, planèq; ſui ju- 3 ris; dubitari nequit, quin ſponte ſeſe, re compertâ ſatis ac deliberatâ, maturoq; quorum intereſt habito conſilio, in alterius clientelam dare poſſint: cùm unicuique à natura 4 conceſſum hoc atque permiſſum ſit, de ſe, rebusq; ſuis ſtatuendi quomodocunque voluerit, *l. 21. C. de mandat. cum ſimil* Et privatim quidem libero homini facultas erat olim in ſer- 5 vitutem ſe dandi, acceptâ pretii parte ab eo, à quo venundari ſe tanquam ſervum pateretur, *§. pen. Inſt. de jur. perſon.* non 6 enim, ſicut vitæ membrorumq; ſuorum nemo eſt dominus, *l. liber homo 13. pr. ff. ad l. Aquil.* ita & conditionis ſtatusq; ſui mutandi eſt ademta poteſtas, *l. 3. & 4. ff. de ſtat. hom.* Imò ſi- 7 cut in prædio meo poſſum alteri ſervitutem conſtituere ita & mei ipſius conditionem deteriorem facere, *l. Frid. Huſan. de propr. homin. c. 3. n. 5.* Ac ſi is, qui ſuæ familiæ caput eſt, pot- 8

 eſt

Digitized by Google

eſt arrogari, tranſeundoq́; in poteſtatem patris arrogantis, pars fieri extraneæ familiæ, *l.2.ff.de adopt.* Cur non igitur pari ratione liber, ſuiq; juris populus, libertate abdicatâ ſe poſ-
9 ſit alienæ ſubjicere poteſtati? Campani ſanè, ſui arbitrii populus, pleno jure tranſibant in ditionem Romanæ urbis: Populum Campanum, *ait legationis princeps*, urbemq́; Capuam, agros, delubra Deum, divina humanaq; omnia in veſtram P. Conſcripti, populiq́; Romani ditionem dedimus, *apud Li-*
10 *vium lib.7.cap.31.* Et de Collatinorum deditione exſtat vetus formula apud eundem, *Liv.lib.1.cap.37. Deditis ne vos, populum Collatinum, urbem, agrum, aquas, terminos, delubra, utenſilia, divina, humanaq́; omnia in meam poteſtatem, populiq́; Romani? Dedimus.* Ubi paulò antè quæſierat Rex: Eſtne populus Collatinus in ſuâ poteſtate? *Liv.d.loc.* Cui formulæ non diſ-
11 ſimilis videtur illa Darii, quâ Græcos nonnullos *venire* jubebat, *fortunam, quam ipſe dediſſet, habituros*, apud *Curt. lib. 6. c.5.*
12 *n.8.* Seu, ut *Liv. lib. 30.* habet: Victoris ſe arbitrio permittere, ut quodcunque ipſius ferat animus, de nobis ſtatuat: Vernaculâ noſtrâ, auff Gnad und Ungnad ſich ergeben: Gallis; ſe rendre à la merci, ou à la diſcretion du victorieux: quod & *Ovidius epiſt.12.* hoc verſiculo complexus eſt:

13 *Jus tibi & arbitrium noſtræ fortuna ſalutis*
Tradidit, inq́; tuâ eſt vitaq́; morsq́; manu.

14 itemq́; illa noſtris temporibus uſitata formula: Ein Königreich oder Herrſchafft übergeben mit Städten/Dörffern/Ackern/Wieſen/Strömen/Geiſt- und Weltlichen/beweg- und unbeweglichen Gütern/Hoheit/Recht und Gerechtigkeiten/ſampt ſeinen
15 Gräntzen und Scheiden/und allen anderen pertinentien. Et ſi verò in hujusmodi exemplis extorta, adeoq́; coacta potius, quam ſpontanea videatur traditio, bello quippe victis Sabinis, Collatiâq́; jam (ut hiſtoria teſtatur) Romano præſidio ſub Eugerio, Regii fratris filio confirmatâ; Græcis quoque

illis

illis jam ad extrema redactis: tamen quia ſtipulatio inter- 16
poſita, populiq; ſubſecuta eſt promiſſio, non coactum, ſed
voluntarium, non quidem abſolutè, ſed pro re natâ, cenſe-
tur factum, quòd deliberato conſilio aliud pro alio eligen-
tes Romanam denique ditionem ſubierint, *Althus Polit. c. 19.*
n. 51. verſ. Hiſceq; affines ſunt. nam & aliàs metu legitimo ex- 17
torta voluntas pro voluntate habetur, *l. ſi mulier. ff. quod met.*
cauſ. & qui ex occaſione juſti belli metus infertur, jure gen-
tium nihil vitii habet, nullamq; præbet exceptionem, *Beſold.*
lib. 2. Polit c. 8. §. 43. verſ. ut dolus. Unde pacta hujusmodi de- 18
ditionibus adjecta, non minus, quàm pure voluntaria, aut
ſpontanea eſſe ſervanda; neque metûs, aut violentæ extor-
ſionis, uti *contra Alexand. Dec. Bald. &c.* diſputat *Bodin. lib. 5.*
cap. 6. fol. mihi 929. aut aliquo talionis prætextu, ob fractam 19
olim ex adverſo fidem; ut piè contra Turcas, Rhodios E-
quites poſt deditam Tripolim hoc prætextu trucidantes, ut
& contra Ludovicum Morum, Mediolani Ducem, in ſimili
causâ, diſſerit, *Nicol. Betſ. tr. de pact. fam. illuſtr. c. 3. fol. mihi 49.*
Quin ut cunque iſta ſe habeant, planeq; inviti ad clientelam 20
paciſcentes deſcendant, illud inpræſentiarum hic potiſſi-
mum ſpectamus, ex parte clientum ne quid impedimenti ob
jus tertii adſit; veluti ſi forte ad contrahendam clientelam,
quorundam præſcitu & conſenſu opus ſit, quorum conſenſu
deficiente neceſſum fuerit ipſum violari quod actum eſt.
Propiora tamen liberiori aſſenſui exempla ſi quis deſideret:
in Genuenſibus, qui Hiſpano; Ducibus Parmæ, & Valle Telli- 21
nâ, qui Gallo; Belgio federato, qui Angliæ quondam Regi-
ná protectoribus uſi, aliaq; non exigua numero, ſuppedi-
tant Hiſtorici tam priſci quàm recentiores. ex quibus con- 22
finia duo nunc ſolum referre libet, Pomeraniæ ſcilicet ac Me-
gapolitani Ducatus. Utraque enim terra nullâ Germano-
rum vi adacta, nullá neceſſitate compulſa, verum liberrimâ 23

 volun-

voluntate, ſeu Majeſtatis Imperialis, Germaniciq; non. tacita veneratione, ſeu quòd ita rebus ſuis rectiùs conſultum putarent (ut de populis quibusdam aliis Romanos faſces ultro ſubeuntibus *Beſold. d. lib. 2. c. 8. §. 44.*) in Imperii ditionem
24 venere. *Illa* quidem Friderico Barbaroſſa rerum potiunte, qui cùm Bardevicum in agro Lunæburgenſi invaleſcens oppidum, mox Lubecam obſideret, fratres duos Pomeraniæ tunc Dominos, Bogislaum I. ſcilicet & Caſimirum I. per legatos in caſtra ad ſe vocavit, amiceq; habitos, Ordinibusq; Imperii adſcriptos, primos Pomeraniæ Duces creavit. *Helmold. in Chronic. Slavor. Cramerus hiſt. Pom. Eccleſ. l. 2. c. 4. Herm. Bonn.*
25 *Chron. Lubec. lib. 2.* Megapolis autem tempore Caroli IV. Imperatoris demum, qui & ipſe ad exemplum Friderici, Albertum & Joannem, Henetorum atque Obotritorum, nec non Vandalorum pro parte Principes (Regio enim titulo jam inde à Pribislao abſtinuerant) comitiis Metenſibus, eâdem prærogativâ Ducalium inſignium ornavit, Imperiiq; matriculæ inſeruit. *Munſter. Coſmograph. lib. 3. tit. de Magnopoli. fol. mihi 765. Cuſpinian. in vit. Caroli IV. ubi paulo aliter hac*
26 *refert.* nam fuiſſe hoſce Duces, *illos* quidem Pomeraniæ, Sclavorum, Luticiorum; *hos* Obotritorum, Henetorum; utrosque ex parte Vandalorum ſui arbitrii, ſuæq; poteſtatis ſeu
27 Reges, ſeu Principes, Regiâq; majeſtate ac manu cuncta adminiſtraſſe, barbarorum more, quibus pro legibus ſemper dominorum imperia fuere, *ut Liv. ait lib. 37. c. 54.* id verò docent tum alia hiſtoriarum monumenta, tum *Cranz. & Munſt. dd. locis.* eſtq; haud ita inveriſimile, quod *Tholoſan. de republ.*
28 *l. 19. c. 1.* ſcribit: Regulos illos, quos teſte Ammiano Marcellino, Germania habuit per quam plurimos, potentioribus Sueviæ, Franconiæ, & Saxoniæ Principibus paulatim acceſſiſſe, quemadmodum hi deinde in unum corpus ipſi coaluere: indeq; eſſe, quòd aliæ civitates immediatè ſub Imperatori-

tori-

toribus degant, aliæ certorum Principum poteſtati manci-
patæ, ſub generali tamen, ut ille loquitur, imperio, hoc eſt,
ſummâ Imperatoris jurisdictione, permanſerint.

Hæc ideo autem attulimus, ut appareret, multò adhuc 29
facilius eſſe libero populo in clientelam alterius tranſire,
quàm plane alieno ſubdere colla jugo. Quomodo Græcia, 30
quæ hactenus Romanis controverſum reddebat orbis prin-
cipatum, ſibi tandem perſuaſit, ut bonâ ſui parte in Romano-
rum fidem & clientelam concederet, uti elegantisſimâ Rho-
diorum oratione explicatur, quorum legati: Græci, *ajunt*,
ſuam fortunam, veſtros animos gerunt, domeſticis quon-
dam viribus etiam Imperium amplectebantur: nunc impe-
rium ubi eſt, ibi ut ſit perpetuum optant, libertatem veſtris
tueri armis ſat is habent, *Liv. lib. 37. d. c. 54.* Sic alias quoque 31
Græcorum civitates proprio motu, liberaq; voluntate, in fi-
dem & amicitiam populi Romani veniſſe, pactæ cum Am-
bracienſibus Ætolico bello induciæ teſtantur, *apud eund. Liv.
lib. 38. c. 9. circa fin.* Et ſeculo ab hinc ſuperiori, imperante 32
Carolo V. cum de libertate Lotharingiæ diſceptaretur, ipſa-
que tandem libera eſſe à nexu Romani Imperii juberetur,
Dux Lotharingiæ Antonius, Princeps & Germanici nomi- 33
nis, & Imperii ſtudioſisſimus, ſe, ditionesq; ſuas ultro ejus-
dem Imperii tutelæ ac protectioni ſubmiſit, vigore trans-
actionis, quam exhibet *Waremund. ab Erenb. in append. medita-
ment. pro feder.* cujus transactionis, ut & Burgundicæ clien- 34
telæ meminit quoque *ex Thuan. hiſt. l. 5. Reinking. de regim. ſe-
cul. & Eccleſiaſt. lib. 1. claſſ. 5. cap. 4. n. 53, 54.*

Quemadmodum igitur quilibet Rex, aut Princeps, 35
quatenus majeſtatem habet, & ſuæ poteſtatis eſt, alienæ cli-
entelæ ſe poteſt ſubmittere: ita idem facere poſſe nec Im-
peratori noſtro Romano, nec Pontifici (ſummâ utriusque
poteſtate præſuppoſitâ) negabimus. Idq; in facto, quod 36

Digitized by Google

Pontificem attinet, perpetua illa advocatia, qua Imperatorem, ut legitimum defenſorem, ſibi obſtrictum habet, ſatis reddit liquidum. de qua advocatia *part.* 3. *c.* 1. pluribus agetur.
37 Quin imò ipſe Pontifex non ſoli Imperatori hoc jus tribuit, ſed & Hiſpaniæ, & Galliæ, & Angliæ Regibus, & ipſis adeo Helvetiis: quorum alios *Catholicos*, alios *Chriſtianiſſimos*, alios diſertè *Catholicæ fidei defenſores* conſtituit; aſtuto ſanè conſilio, ſcilicet ut orta cum uno vel altero lite ipſe nunquam ſine canibus, quod dicitur, & retibus venatum iret, illos eò feliciùs ludificaret, *vid. Feſch. de fœderib. th.* 5. *l.* 1. *Wurſtiz. in Chron. Baſil. l.* 7. *c.* 3.
38 Quomodo verò clientelæ hujusmodi cum affectata alioquin ſupra omnes mundi Reges Majeſtate poſſint conſiſtere, aut conciliari, viderint illi, qui Pontificem in tam altum culmen extollunt, ac tantùm non Deo omnipotenti æqualem collocant; quod faciunt ſanè, *Rob. Bellarm. de poteſt. Pontif. Rom. Stapleton. de magnitud. Eccleſ. Rom l.* 2. *cum ſimil.*
39 Quoad Imperatorem Romanum; uti nunquam vel legiſſe, vel audiviſſe memini, ex quo præſertim ad Romanos vis Imperii pervenit, cum ullo Rege aut populo hujusmodi fœdus contraxiſſe: ita nec fieri ſine ignominia Romano-Germanicæ majeſtatis poſſe credendum eſt, ut in aliena tutela præſidium, &, ut vulgò loquimur, ſubſiſtentiam ſuam quærat. Olim certè non Italiam modò ſuam tutam habebat Roma, ſed & omnes ſocios in ultimis oris auctoritate imperii ſui ſalvos præſtabat, *Cic. orat. pro leg. Manil. pag. mihi* 247.
40 Et adhuc hodie Imperatori noſtro, tanquam Soli inter ſtellas reliquas, tum ob tacitum characterem quartæ monarchiæ, tum ob Electorum, Principum, cæterorumq; nobilitatem, tum ob juſtitiam, conſtantiam, aliasq; inſignes prærogativæ notas, primas tribuit univerſa Regum curia. uti inter alia ex
41 conventu Legatorum Caletis, adeoq; in ſolo alieno, anno 1521. celebrato conſtat, teſte ipſo *Chaſſanæo in catal. glor. mund. part.*

part.5.c.29. vid. Anton. Queſt. Conſ. 11. per tot. Pacian. de probat, l. 2. c. 35. n. 38. diſſentiente licet Auberio *in ſuo tractatu de la praeminence de nos Roys & de leur proſeançe Sur l' Empereur, & le Roy d' Eſpagne, part. 2.* Imò ipſe Turcarum Monarcha ei paren- 42
tis honorem, non tanquam ætate majori, ſed tanquam digniori obtulit, ſeq; filium ejus nominari cupiit in federe, quod deſcribit, *Thuan. lib. 136. hiſtor.* Qui (poſtquam Augu- 43
ſti nomen ſuſceperunt Imperatores) tanquam præſens & corporalis Deus venerandus eſt, ut loquitur, *Veget. lib. 2. c. 5.* Ideoq; licet alii Reges legatos & oratores apud ipſum Reſi- 44
dentes habeant; ipſe tamen ad eos viciſſim nullos tales mittit, *Arnis. lib. 1. de jur. majeſt. c. 2. n. 9.* Cujus denique faſtigium, 45
tanquam baſin eminentioris inter Chriſtianos loci, ne dicam univerſalis Monarchiæ, tanta contentione à quibuſdam Regibus affectari, candidè quidem & diſertis verbis atteſtatur, *du Silhon en la ſeconde part. du miniſtre d' eſtat. liv. 3. diſcourſ. 2. § Faiſons icy une ſtation, &c.* Ubi ait: *Il eſt certain, qu' entre les dignites ſeculieres du Chriſtianiſme il n' y a point de ſi haute, que l' Imperiale, ny dont la lumiere brille ſi vivement, que la ſienne.* hoc eſt, Certum eſt inter omnes ſeculares dignitates Chriſtianiſmi, non eſſe celſiorem Imperiali, nec cujus radii ſplendidius coruſcent, quàm illius. Et toto diſcurſu deinde oſtendit *ce que la poſſeſſion de l' Empire peu contribuer au deſſein de la monarchie univerſelle*, hoc eſt, quid & quantum poſſeſſio Imperii Romani poſſit facere ad obtinendam monarchiam univerſalem. Ut taceam has ipſas reliquias, quas tenui & exſan- 46
gui, vix oſſibus hærenti, corpuſculo jam ſuo tempore comparavit, *Sleidan. de quat. ſumm. Imp. l. 3. circa fin. fol. mihi* 324. ſi modò ſe nôrint & virtutes ſuas, poſſe adhuc majeſtatem ſuam tueri, eandemq; nec contundere conglobatum licet terrarum orbem. Itaque cùm non poſſit non redundare tanta ignominia ſimul in proceres, Statusq; Imperii: horum conſilio

ſilio & conſenſu, tanquam in re maxima, opus Imperatori fore, ſi (quod bonus nunquam permittat Deus) ad alienæ tutelæ cogitationem eum redigeret neceſſitas, nullus dubitem, *vid. tractat. viri longe nobiliſſimi Dn. Gotlieb ab Hagen, Conſiliarii & Legati Danici, etc. quem inſcripſit, Splendor Imperii Romano Germanici adverſus Caſſanum, &c. fol. 55.*

47 Atque hæc quidem, quam diximus, ſtatuendi de ſe, rebusq; ſuis licentia, primum ac præcipuum juris clientelaris fundamentum eſt, cùm ſcilicet à principio externo, hoc eſt, poteſtate ſuperiori, nihil impedimenti ſe ingerit: alterum, eò ſpectat, ne quod ex inferiori Reipubl. parte impedimentum occurrat, habetq; ſeſe ad inſtar principii interni; ſcilicet cum hoc quæritur: Liceatne Principi, vel his qui Reipubl. præſunt, absque Procerum, Ordinum, Vaſallorum (ſi qui ſunt) denique absque ſingulorum civium conſenſu fœ-
48 dus clientelare paciſci? In quo dubitandi rationem præbet inprimis, quòd naturaliter ad perfectionem actus requiratur eorum conſenſus, quorum intereſt, aut aliquo modo intereſſe poteſt, actum illum celebrari, vel non celebrari;
49 per axioma ICtis noſtris familiare, ad quosvis actus omnes & ſingulos, quorum intereſt, eſſe citandos, eaq; citatione omiſſa nihil actum videri, ſed rem, quæ geritur, manere propter nullitatem, ut loquuntur, in ſtatu priori, *Dd. comm. ad tit.*
50 *ff. de in jus voc. per text. in l. de unoquoque ff. de re jud.* Intereſſe autem omnium ac ſingulorum civium, ut ſciant, & ſecum conſiderent ipſi, quorum tutelæ ac patrocinio commendentur, quos Patronos, quibusq; conditionibus accipiant, tum propter commune fortunarum periculum, tum propter obligationem, nexumq; obſervantiæ Patronis debitæ, aliosq; juris clientelaris effectus, qui in ipſos ſubditos ſimul devol-
51 vuntur, rationi videtur conſentaneum. Deinde in caſu haut planè diſſimili, qui de alienando imperio, ejusve parte quæ-

quæritur; ex eâdem ratione ad ſummam alienationis, populi conſenſum requiri, nemo eſt qui diſſentiat. *Bald. in c. intellecto, de jurejur. & Conſil. 327. n. 7. Cephal. lib. 1. conſ. 18. n. 1. Hotoman. illuſtr. quæſt. 1. Th. Michael. de juriſdict. Imp. Rom. concluſ. 138. Reinking. de regim. ſecul. & Eccleſ. lib. 1. claſs. 5. c. 9. n. 43.* Etſi ve- 52
rò patrocinio nulla inſit alienatio, neque in clientelâ imperii transferendi modus, dubitari vix tamen poſſit, ſtatum quodammodo Reip. pactis hiſce, ſi non labefactetur, ſaltem per conſequentiam quandam affici: cùm multum interſit, etiam ab hoc nexu liberam eſſe civitatem, *Beſold. tr. de appellat. c. 4. ſect. 5.* Quin & in aliis fœderibus contrahendis po- 53
puli conſenſum, tanquam ſubſtantiale requiſitum, nonnulli deſiderant, *Wahremund. ab Erenb. meditam. pro fœd. fol. mihi 274. n. 223.* referuntq; illud apud Salluſtium: Senatus, uti par 54
erat, decrevit, ſuo ſuiq; populi injuſſu nullum potuiſſe fœdus fieri, *Grot. lib. 2. de jur. pac. & bell. c. 15. §. 3.* & quòd Scipio legatos Carthaginenſes olim à ſe Romam proficiſci juſſit, ut quæ ab ſe de conſilio legatorum acta eſſent, patrum populiq; juſſu confirmarentur, *Liv. lib. 30. circa fin. Arnis. de jur. majeſt. lib. 2. c. 5. n. 14.* De ordinibus verò, nec non vaſallis, eorumq; ad 55
fœdera, conſenſu, idem aſſerit, *Bodin. lib. 5. de rep. c. 6. paſſim.* & quemadmodum vaſallo ſine conſenſu Domini haud licet alienare feudum, ita nec Domino permiſſum eſſe, jus ſuum directi dominii, invito aut contradicente vaſallo, alienare, & facere ut vaſallus ipſius, fiat vaſallus alterius, à Feudiſtis vulgò traditum eſt per *c. 1. §. ex eadem, de leg. Corrad. in Uſ. Feud. gloſſ. in l. invitos, ff. de fideicomm. lib. Hartm. Hartm. de feud. obſ. 40. Menoch. vol. 1. conſ. 32. n. 20. & ſeqq. Roſenthal de feud. c. 9. concl. 53. &c.*

Hiſce tamen non obſtantibus, quoad conſtituendum 56
legitimè jus advocatiæ clientelaris, aliud dicendum eſt. Ad id enim ſufficit voluntas & conſilium eorum regulariter, qui

de majeſtate, vel ſuperioritate reipubl. participant: reliquorum conſenſus potius ex æquitate, quàm neceſſitate deſiderabitur. Ut enim belli & armorum jura ad ſolam majeſtatem pertinent; ita ad ejusdem majeſtatis officium ſuis, an ſociorum viribus ſe, remq; publicam defendere velit, ſtatuere, proinde & ſocietatem ac fœdera eo nomine paciſci. *Mart. de jurisd. lib. 1. c. 39. in fin. c. 40. 41. ipſe VVaremund. ab Ehrenb. de fœder. part. 1. c. 2. fol. mihi 125.* Subditorum igitur, quia per rerum naturam eodem reſpectu, eodemq; tempore, & circa idem (hoc eſt circa majeſtatis exercitium) ſimul occupati eſſe, & ſimul obſequii partes obire non poſſunt, *l. qui hominem. 34. §. 8. ff. de ſolut. Chriſt. Sturz ad l ubi repugnantia, 188. vel, ut vulgata habet, 148. de reg. jur. n. 8.* nullo ad hanc rem conſenſu opus eſt, *arg. § ſed. & quod Principi, Inſt. de jur. nat. gent. & civ. l. 1. § cum enim. C. de vet. jur. enucleand. Arnis. lib. 2. de jur. majeſt. c. 5. n 1.* Et quod ſuprà in genere de iis, quorum intereſt, dictum aliter intelligi non debet, quàm ſi illi de negotio, quod agitur, ſtatuendo, ejusq; jure, vel æqualiter, vel modo aliquo participent, *Tiraquell. ad tit. C. reſ. inter al. act. aliis non præjud. in pr. verſ. 69. ſed et hac multis modis limitanda, fol. mihi 93. Hug. Grot. de jur. pac. & bell. lib. 2. c. 5. n. 32.* Alienandæ verò Reip. ſeu totius, ſeu partis alicujus (quod erat alterum argumentum) multò eſſe aliam, quàm clientelæ rationem, facilè patet. Præterquam enim, quòd durius ſit alienare, quàm ſocium facere, cùm alienatio ſæpe cum deſtructione conjuncta ſit, raró ſine ſtatus & libertatis imminutione; tacita ſanè inter ſubjectos, eorumq; rectores conventio (quâ non ut in commercium venirent, ſed ut honeſtum conſervationis ſuæ præſidium haberent, parendi conditionem ſubiiſſe cenſentur) impedit, ne alienari inviti, ignariq; unà cum regendi jure ac principatu debeant, *Hug. Grot. d. lib. c. 6. n. 4.* Unde ſimilis in pactis de mutuâ Principum ſucceſſione hereditariâ, in denen con-

57
58
59
61

Digitized by Google

confraterniteten und Erbverbrüderungen/& quidem non infima ratio ineſt; quòd ſucceſſoribus hoc freno quaſi injecto, dematur omne alienandi conſilium, ſcientibus non ſubſtiturum firmo talo, ſi quid contrà moliantur. cujus iterum ratio eſt, ne ſcilicet aliquando inviti ſubditi alieno dominio ſubjiciantur, quin ſucceſſores potiùs in regimine quos qualesq; habituri eſsent, maturè conſtet, *Brautlach. juriſpr. publ. lib. 2. c. 7. §. 13. Reink. de regim. ſec. & Eccleſ. lib. 1. claſſ. 4. c. 18. n. 5.* Quod autem ſtatum reipubl. affici dictum, clientela tantum 62 abeſt ut vel ipſam rempubl. vel ſtatum ejus imminuat, ut etiam roborandæ, tuendæq; illi conducat, ſicut fœderum omnium hæc eſt ratio, quòd eas muniendis rebus noſtris humana ratio adverſus potentiorum injurias ad invenerit, *Novell. Leon, 102. Petr. Greg. Tholoſ. lib. 11. de republ. c. 11. Caſp. Fac. polit. Livian. part. 1. art. 19. Mornix. 6. polit. reſolut. 2.* Denique ordi- 63 nibus provinciæ & vaſallis etiam, quod dictum eſt, alienari invitis ipſis territorium, feudumve non poſſe, verum eſt: in hac ipſa materia verò limitationem haut iniquam admittit. Nam alienare quidem invitos, noviſq; dominis obſtringere (extra paucisſimos caſus) Dominus non poteſt quoniam tacitæ hoc eorum conventioni haut minus, quam ut de ſubditis meris oſtendimus, refragabitur: patrocinio autem & 64 fœderibus munire, niſi de ipsâ majeſtate communicent, aut ſingularibus pactis moribusve aliud cautum reperiatur, etiam inſcios poteſt. Itaque ſi verum eſt, quod de Batavorum regimine, *Guicciardin. in deſcript. Belg.* ait: Principes olim 65 multis rationibus atque argumentis Ordines in ſententiam ſuam perducere ſolitos, neque aliter ei, quàm perſuaſionibus, impetratoque Ordinum conſenſu quicquam agere licuiſſe, cum non ſicut alibi, ita in Belgio dicere licuerit: Sic volo, ſic jubeo, &c. profectò haut ſine ratione inde arguit Hu- 66 go Grotius, *lib. de antiquit. reip. Batav. c. 5. fol. mihi 34.* patroci-

 nium

nium à quibuſdam Hollandiæ Comitibus quondam apud Imperatores Romanos quæſitum, poſterorum juribus nihil derogare potuiſſe, ſiquidem *Ordinibus Provinciæ diſſentientibus* eâ de re actum fuiſſet.

67 Interea tamen ſicuti multa licent, quæ, ſi alio modo fiant, expediunt magis; ita, cùm de ipſa majeſtatis poteſtate quæritur, ad ea obeunda, quæ ſui ſunt officii, nihil ipſi conſenſu ſubditorum opus fuerit, ſi ſtrictum jus ſpectemus; at in arduis, & conſequentiam aliquam trahentibus negotiis
68 (qualè certè patrocinii ſtipulatio) & æquius fuerit, ſicut paulò ante diximus, & expediet magis conſervandæ reipubl. in conſilium cives, maximè prudentiores, expertosq; viros adhibere, ut ſapienter in hac materiâ monuit, *Tholoſan. lib. 24.*
69 *de rep. c. 7. verſ. verum dico.* Itaque Petrus Medices, quod omiſſo hoc temperamento juvenili ardore, nullo cum optimatibus civitatis ſuæ conſilio habito, Alfonſum Arragonenſem in ſocietatem advocarit olim, referente *Guicciardin. lib.* I. *hiſtor.* eo nomine meritò temeritatis notam patitur à *Caſp. Fac. Polit. Livian. part.* I. *art. 19. in fin.* Ac eo quidem modo, ſicut diximus, ii, qui ſuperiorem non recognoſcunt, clientelam contrahunt. Sequitur de his, qui alterius poteſtati ſubjecti ſunt.

CAPUT. II.

DE CLIENTELA HORUM, QUI SUNT SUB POTESTATE, NEC SUI JURIS OMNINO.

SUMMARIA.

1. *Tam ſubditi, quàm Proceres debent abſtinere à clientelis invito Principe.*
2. *Conſenſus ad ſubſtantiam actus requiſitus ab initio debet intervenire.*

3. Pro-

3. *Proteſtatio actu perfecto inutilis.*
4. *Anguſtia temporis admittit ratihabitionem.*
5. *Intereſt Principis, ne ſe inſcio ſubditi patronos quærant.*
6. *Aliena defenſio in noſtro territorio eſt toleranda.*
7. *Subditorum facto non poteſt interverti jus ſuperioris.*
8. *Libertas clientelæ extraneæ periculoſa.*
9. *Eadem Imperii conſtitutionibus vetita.*
10. *Eadem & in terris Eccleſiæ vetita.*
11. *Abbas ſine conſenſu Diœceſani clientelam non contrahit.*
12. *Objectio.*
13. *Reſpondetur objectioni.*
14. *Contrarietas legum declinanda.*
15. *In caſu neceſſitatis etiam inſcio ſuperiore licet clientelam ſubire.*

Qui alterius poteſtate tenentur, ſive merè ſubditi ſint, 1
ſive aliquam Reipubl. partem faciant, ejus cui parent, cujusve Reipubl. partem faciunt, conſenſum decentibus modis requirere, & priusquam impetraverint, nihil agere debent, *Matth. Stephan de jurisd. lib. 2. part. 2. c. 2. n. 132. & 133. Pet. Frid. Mindan. de proceß. & mandat. judic. lib. 2. c. 14. §. 4.*
Imò ſtatim ab initio conſenſum hunc, aut certè in ipſo tra- 2
ctatu adhiberi æquum eſt, *Socin. jun. lib. 1. conſ. 77. n. 114.* Ut 3
enim poſt litem conteſtatam, ita etiam poſt actum perfectum fruſtra proteſtationes interponuntur, *l. fin. C. de neg. geſt. l. apud eos. 13. C. de fid. inſtrum.* niſi fortè temporis anguſtia ex- 4
cludat, aliudve haud evitabile impedimentum ſine dolo malo intercedat: tunc enim ſuffecerit ratihabitione ſubſecutâ, quæ geſta ſunt, comprobari, *Afflict. deciſ. 286. Zaſ. epit. feud. part. 9. n. 32* Etſi verò, ut ſæpius dictum, & infra pluri- 5
bus dicetur, nec jurisdictio patrono quæratur, nec majeſtati, ſive ſuperioritati eò quicquam detrahatur, omnino tamen intereſt Principis, ne ſeſe invito, aut inſcio, liceat ſubditis, vel ipſis proceribus etiam ac Ordinibus peregrina auxilia & ſocietates affectare, *Reink. de regim. ſec. & Eccleſ. lib. 2. claß. 3. c. 3 n. 26.* Primùm, quòd hæc ipſa deliberatio, an ſit talis aliqua 6

ſocietas ineunda, majeſtatis & ſuperioritatis curam per ſe attinere videatur : ut pote cujus officium eſt, quietem & ſecuritatem ſuis aſſerere , imò & peregrinis in territorio ſuo eandem concedere ; nequaquam vero permittere, ut conturbatis quaſi jurisdictionum limitibus territorii ſui ſecuritatem aliis debeat, *l. 1. §. 12. ff. de off. præf. Vrb. l. 3. l. 6. §. 2. ff. de offic. Præſid. Chaſſan. catal. glor. mund. part. 5. n. 159. Fichard. vol. 2. conſ. 36 n. 8. in fin. vid. P. M. wehner. pract. obſerv. lit. G. verb.* Glaid.
7 quod porrò jus ei nudâ ac ſolâ ſubditorum voluntate mutari nec poteſt, nec debet, *l. id quod noſtrum ff. de reg. jur. Menoch.*
8 *in terminis Conſ. 2. n. 292.* tum quod licentiâ hac potius quàm libertate captus populus facilè ad indecora conſilia intumeſcat, *Menoch. conſ. 28. n. 7.* tum quod protectoribus ad conciliandos ſibi arctioribus indies vinculis animos, legitimæq; ſuperioritatis terminos intervertendos quodammodo via aperiatur, *Thom. Mich. de jurisd. Imp. concluſ. 138. Pet. Frid. Mind. de proceſſ. & mandat. jud. lib. 2. c. 14. n. 4. & 5.* Unde & publicis
9 Imperii receſſibus, ne quis alterius, ſive extranei, ſive concivis, protectionem ambiat, diſertè vetitū Reichs Abſch. *de Anno 1529. §.* wie auch / *& de anno 1541. §.* und damit *aliisq; ſimill. apud Denais, jur. Cam. tit. 211. §. 2. Ruland. de Commiſſ. part. 4. lib. 2. cap. 3.*
10 *n. 12.* Idq; non in provinciis ac ditionibus ſecularibus obtinet tantum, ſed ad Eccleſias etiam, resq; & bona Eccleſiaſtica extenſum, conſtitutumq; Pontificiis canonibus, ne & illis absque Prælati, Epiſcopi, Pontificis denique conſenſu liceat Patronos adſciſcere, *c. hoc conſultiſſimo, de reb. Eccleſ. non alien. in 6. ibi : vel ipſos patronos, vel advocatos Eccleſiarum , ſeu bonorum ipſarum perpetuo, aut ad tempus non modicum ſtatuendo, Becht. de ſalvo cond. c. 10. ibi : & quidem ex conſtitutione Gregorii X. &c.*
11 Itaque cum Prior Gradenſis monaſterium ſuum alienæ Abbatiæ patrocinio ſubjicere conaretur, Pontifex rem, licet à Metropolitano approbatam, juſſit eſſe irritam, Prioremq; illum

lum ad Diœceſanum ſuum remiſit. quem textum ad hoc ſumma vocat allegabilem, *c. ſicut, 7. de exceſſib. prat. & ſubd. juncto d. c. hoc. conſultiſſimo.* Nec obſtant hiſce *c. recepimus in* 12
fin. de privileg. ubi Clerici ſubjecti Diœceſano poſſunt ſe dare in protectionem aliorum; & *c. ex parte, eod.* ubi etiam ſingularis perſona clerica poteſt recipi ſub clientelam, &c.
Quia enim lex legis interpres eſſe debet, *l. 2. 25. 27. ff. de leg.* 13
maximè ſi aliâ generaliter cum exceptione, limitatione, & determinatione loquatur, *arg. l. 21. pr. ff. ad l. Falcid. l. 64. de verb. obl. junctâ l. 5. de aut. tut. Stephan. Feder. de interpretat. leg. part. 1.*
fol. mihi 73. in fin. Hunn. de interpret. jur. c. 6. fol. mihi 249. ideo 14
quod præcedentibus capitibus dictum eſt, fieri id non poſſe absque ſuperioris conſenſu, id ſimul præſupponendum eſt in hiſce, ubi fieri id poſſe generaliter aſſertum reperitur, ad evitandam contrarietatem, *Franc. Aret. Conſ. 9. in pr. Cardin. Tuſch. pract. concluſ. tom. 2. lit. C. concl. 1008.* Generaliter tamen excipiendus hic erit quoque neceſſitatis, & inevitabilis de-
fenſionis caſus; cum enim ſæpe accidat, ut invalidum ſit le- 15
gum auxilium, quæ vi, ambitu, poſtremò pecuniâ turbantur, *Tacit. 1. annal. c. 2. n. 4.* ideo quoties damnum, quod metuitur, ordinariâ ſuperioris imploratione declinari non poteſt, fœderibus ſe & patrociniis munire omnia jura cuivis permittunt, *l. ult. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. &c.* Uti ſuperius generaliter indigitavimus, & infrà adhuc ſuo loco dicetur pluribus.

CAPUT III.

DE JURIS CLIENTELARIS IN GERMANIA USU, ET LIBERTATE STATIBUS EO NOMINE SINGULARITER COMPETENTE.

SUM-

Digitized by Google

Summaria.

1. *Regula de conſenſu ſuperioris fallit in Germania.*
2. 11. *Etiam quoad Clericos.*
3. *Clerici olim paucis contenti.*
4. *Clericorum avaritia crevit ſuper ſtitione hominum.*
5. *Eccleſia eſt in Republ. non contrà.*
6. *Clericorum bona in ſeculari clientela manſerunt.*
7. *Pontifices jus Patronatus ſecularibus eripere ſtudent.*
8. *Henrici V. Imp. & Paſchalis II. eâ de re conventio.*
9. *Epiſcopatuum, aliorumq; beneficiorum inveſtitura in Galliâ pendet à Rege.*
10. *Gregoriana conſtitutio fallit in Germaniâ.*
12. *Status Imperii etiam inconſulto Imperatore et fœdera, et clientelas contrahunt, num. 25.*
13. *Id probatur exemplis.*
14. *Fœdus Suevicum, ſeu Bavaricum* Schwäbiſcher Bund.
15. *Dicitur etiam* die Ainung des löbl. Bundes zu Schwaben.
16. *Socii fœderis illius* Bunds-Verwandte/Bunds-Glieder.
17. *Tres eorum claſſes.*
18. Bundsgericht/ Bunds Richter/ Bunds Schreiber.
19. *Iudicium fœderis ſuperius, conſtans ex* Bunds- Hauptleuten und Bunds-Richten.
20. *Comitiorum ſocialium ratio:* Bundstäge.
21. *Eorundem objectum, ſive materia tractandi.*
22. *Executio decretorum fœderis per* Obriſten Bunds - Feldhauptman / *ejusq; Aſſeſſores* Kriegsrähte.
23. *Fœdus Suevicum defenditur à ICtis.*
24. *Ejus ſocius fuit ipſe Cæſar, ut Princeps.*
25. *Fœdus Schmalcaldicum ſine conſenſu Cæſaris initum.*
27. *Origo & progreſſus illius.*
28. *Socii illius.*
29. *Fœdus Noricum, ejusq; ſocii.*
30. *A judicio Cameræ Spirenſis probatum.*
31. *De fœdere Unionis Proteſtantium.*
32. *Fœdus Lovvenburgenſe.*
33. *Fœdus Lipſiacum:* Der Leipzige Schluß.
34. *Fœdera contra Imperatorem.*
35. *Status Imperii ſunt in quaſi poſſeſſione juris fœderum.*
36. *Ea poſſeſſio eſt notoria.*
37. *Idem eſt quoad jus clientelarum.*
38. *Hæc concluſio ſtabilitur autoritatibus textuum & Dd.*
39. *Objectio & reſponſio.*
40. *Erfurdia eſt in protectione domus Saxonicæ*, Erbſchutz.
41. *Annua penſio, ſeu Advocaticum Erfurtenſe.*

42. *Spi.*

Digitized by Google

42. Spira, & aliæ civitates Imperiales habent Patronos.
43. Exempla fœderum, quæ ſtatus Imperii habuere cum exteris.
44. Ducis Pomeraniæ fœdus clientelare cum Rege Sueciæ.
45. Landgravius Haſſiæ in tutelâ Galliæ.
46. Elector Trevirenſis pariter.
47. Jus fœderum cum exteris firmatur textibus, & Dd. auctoritate.
48. Confœderationes generaliter prohibitæ.
49. Maximilianea conſtitutio non eſt in uſu.
50. Prohibitiones ligarum in genere meros ſubditos ſpectant.
51. Status Germaniæ à regulâ illâ excepti.
52. Quales ligæ prohibitæ.
53. Conjurationes jam olim prohibitæ.
54. Conjurationum catalogus remiſſivè.
55. Confœderationes quatenus licitæ, quatenus prohibitæ.
56. Pax publica non tollit naturalem defenſionem.
57. Etiam contra Imperatorem licita eſt clientela.
58.60. In omni contractu ſuperioris cauſa excepta habetur.
59. Mauritius Saxo etiam contra Imperatorem pro Imperio arma ſumit.
61. Carolus Auſtriæ Dux diſtinguendus eſt à Carolo Imperatore.
62. Intereſſe Imperii vincit intereſſe Imperatoris.
63. Diſtinctio Imperatoris, quà Princeps et quà Imperator.
64. Imperium majus eſt Imperatore.
65. Pro libertate Imperii non deneganda ſunt ſtatibus extera patrocinia.
66. Status Imperii non eſt propriè Monarchicus.
67. Majeſtas perſonalis cum reali & conſiſtit, & ab eâ diſtinguitur.
68. Jus clientelarum etiam non Statibus competit.
69. Civitates liberæ Imperiales hodie utuntur jure Statuum aliorum.
70. Earum libertas.
71. Earum encomium.
72. Jus clientelarum competit etiam Civitatibus pactionatis.
73. Pactionatæ Civitates in certis partibus tantum ſubjectæ.
74. Differentia Reichs-Städte und Käyſerliche Freye Reichs-Städte.
75. Jus illud ſtabilitur autoritate.
76. Civitates Saxonicæ à Carolo M. liberæ.
77. Civitates Saxonicæ & maritimæ habent jus fortalitiorum.
78. Civitates merè municipales quatenus clientelam contrahant.

Porrò quamvis præcedenti capite dicta communiter ita ſe habeant: in Imperio tamen Romano-Germani- 1

co, im Römiſchen Reich Teutſcher Nation/ paulo aliter obſer-
2 vantur ; quod & hîc obſervandum erit. Primo enim,
quod Eccleſiis & Monaſteriis diximus, clientelam extrane-
am affectantibus, opus eſſe conſenſu ſuperioris : non peræ-
3 què ubique in Germaniâ obtinet. Nam poſtquam & ſu-
perſtitio humana, & Clericorum avaritia ſuperioribus ſecu-
lis eò dementiæ eſſent progreſſæ, ut decimis, primitiis, obla-
tionibusque voluntariis non contenti clerici (quibus tamen
ſolis ferè tam in Veteri fœdere, *Num. 16. verſ. 20. Levit. 27. verſ.*
30. c. 18. verſ. 4. & 5. Deut. 26. verſ. 12. quàm in primitivâ Novi
fœderis Eccleſiâ gaudebant, *Act. Apoſt. 11. verſ. 29. Paul. in epiſt.*
4 *ad Rom. c. 13. verſ. 1. & 2. Tertullian. in Apologet. c. 39.*) bona etiam
immobilia ad ſe raperent, eorumq; cupiditatem Principes,
religionis fuco deliniti, ac prout quisque erat opulentior,
ſtulta prodigalitate indies attollerent, *Baſil. epiſt. 140. Niceph.*
lib. 17. c. 40. Cedrenus, & ex eo Otto Friſingenſ. lib. 4. hiſtor. c. 3.
5 adeo ut jam non in Republ. Eccleſia, ſed Reſpubl. in Eccle-
ſiæ facultatibus propè tota eſſe inciperet ; contrà quàm fie-
ri debere ex Pontificiis ſeniores ipſi docent, *Molin. tr. de juſt.*
& jur. diſp. 13. verſ. ſexta concluſio. Marſil. Patavin. defenſor. pac.
lib. 2. c. 14. quibus adde Hieronymum in epiſt. ad Nepotian. de vit.
6 *Cleric. et ſacerd. juncto c. vaſa in quibus de conſecr. diſt. 1.* inde fa-
ctum eſt, ut quam plurimæ Eccleſiæ ac monaſteria, ſeu fun-
dationis, ſeu dotationis, ſeu quâ ſimili ratione, unâ cum præ-
diis, poſſeſſionibus, regalibus, dominiis, quibus abunda-
bant, quæq; non alio quam humano jure poſſidebant, *Auguſt.*
tract. in Johann. 6. relatus in c. quo jure. ubi gloſſ. diſtinct. 8. in
ſecularium quoque Principum, unde profecta erant omnia,
non ſolùm Eccleſiaſtico, ſed etiam ſeculari patrocinio, unà
7 cum jure conferendi, Pontificibus licet Romanis variè in
contrarium machinantibus, ac alios atque alios præfractè
eximentibus, ut patet ex conſtitutione Gregorii X. in Lug-
dunen-

dunenſi Concilio editâ, quæ exſtat *in d. c. hoc conſultiſſimo de reb. Eccleſ. non alienand. in 6.* aut permanerent, aut eſſe deſiderarent. Et hinc eſt, quod in lite, quam Imperiali culmini 8
movit aliquando Romana curia de Eccleſiaſticorum inveſtituris, inter Henricum V. Imp. & Paſchalium II. Pontificem anno 1119. inter alia hoc quoque, ut Advocatias Germanicarum Eccleſiarum Pontifex reſtitueret, conventum fuerit, uti ex hiſtoria illius temporis refert ac deducit *Autor* kurtzer Anleitung und *information* wegen der Hildesheimiſchen Stiffts-Güter/Hildesheimb *contra* Braunſchweig *remiſſionis, &c. anno 1630. editæ fol. mihi* 10. Quin ne in Galliâ quidem Prælati à 9
Pontifice, ſed ab ipſo Rege inveſtituras ſuas accipiunt; adeo ut nec pontifici fas ſit, ullam Eccleſiam, Monaſterium, aut aliud Collegium Eccleſiaſticum ab ordinariâ Dioeceſi eximere, & ſibi immediatè ſubordinare, ſine licentia & permiſſu Regis, *Marc. Vulſon. de poteſt. Pap. & libert. Eccl. Gallican. l. 3. c. 21. §. 4. et 24.* Ut cunque igitur prædicta Gregorii de conſenſu 10
Ordinarii, vel etiam ipſius Pontificis, in electione Patroni neceſſario, conſtitutio, *junctis c. 1. eod. cum. Interpp. & Dd. ſimilia tradentibus*, in terris Eccleſiæ Romanæ, & qui præterea juriſdictionem ejus hac in parte ſive agnoſcunt, ſive admittunt, locum inveniant; fallit tamen in terris Imperii: pleris- 11
que Eccleſiis, Prælaturis, Monaſteriis Germaniæ ſub protectione ſeculiarium Principum, nobilium aut civitatum conſtitutis, *Paurmeiſt. de juriſdict. lib. 2. cap. 9. n. 28.* quarum ſummus præterea Advocatus (ut paulò inferiùs dicetur) ipſe Imperator eſt, princeps utique ſecularis:

Secundò, etiam, quoad ſtatus atque Ordines Imperii 12
noſtri ſingulare illud eſt, quòd & ſine requiſitione Imperatoris, tam pro ſtatus ſui defenſione fœdera paciſci, quàm mutuas clientelas inire, illis antiquâ conſuetudine permittitur, *Aur. Bull. tit. 15. verſ. noſtræ declarationi ſpecialiter reſervantes.*

23 *Buxtorf. ibid. lit. H.* Fidem faciunt partim ſuperiorum tem-
porum exempla, partim recentioris memoriæ quotidiana
24 ferè obſervatio. Quod enim ad fœdera communiter atti-
net, horum generum eſt Fœdus Suevicum, ſeu Bavaricum der
Schwäbiſche Bund : quod initio factum in annos 8. dein-
de 3. poſt. 12. inde 10. poſtremum anno 1522. renovatum in
25 annos 11. ut habet *Sleidan. de ſtat. rel. ac reip. l. 4. in fin.* cœpit
que tum ex re ipſa, tum ex ſtylo atque arbitrio curiæ vocari
die eilffjährige Ainung des löbl. Bundes zu Schwaben; Uti con-
ſtat ex formulâ cum Sleidani hiſtoria conſentiente: Das
nemblich zu mehrer Handhab und vollziehung des Landfriedens
vor etliche verſchienen Jahren eine Vereinigung und Bündniß
des Landes zu Schwaben/ anfangs 8. Jahr lang gemacht/ die
nachfolgende 3. Jahr/ auch 12. und letzte 10. Jahr erſtrecket/ &c.
hoc eſt ad majorem conſervationem & ſtabilimentum pacis
publicæ ante aliquot annos unionem, ſeu fœdus Circuli Ba-
varici, initio quidem in 8. annos factum eſſe, poſtea ad trien-
nium, mox 12. & poſtremò ad 10. annos extenſum. apud
Hortled. von Urſachen Teutſchen Krieges/ *part. 1. lib. 1. c. 4. fol.*
26 *637. ſub num. 2.* Fuerunt autem, (ut obiter hoc addamus) ſo-
cii fœderis illius, præter Carolum V. tanquam Auſtriæ Ar-
chiducem, & Albertum Moguntinum Archiepiſcopum, 4.
Epiſcopi cum Capitulis ſuis Cathedralibus totidem, 3. Prin-
cipes ſeculares, 12. Abbates; Prælati, Prælatæ, numero 9.
Comites Oetingenſes, Barones & Nobiles quam plurimi,
27 unà cum Civitatibus 28. Qui ſe quidem omnes Bundsver-
wandte/ Bundsglieder/ und Freunde/ inter ſe appellarunt; pro
triplici tamen differentiâ (1) Principum (2) Prælatorum &
Baronum, cum Nobilibus, & (3) Civitatum, in tres claſſes,
ſeu ordines, drey Bunds-oder Haupt-Stände/ ſeſe diviſerunt:
28 conſtituto inſuper judicio peculiari, das Bunds-Gericht/ (in
quo erant tres jurati judices, Bunds-Richter/ à ſingulis claſſi-
bus,

Digitized by Google

bus, præviâ relaxatione juramenti, quo Dominis ſuis ob-
ſtringebantur, ad id delegati, unà cum Secretario, ſive Actu-
ario, Bundsſchreiber) nec non alio judicio ſuperiori von
dreyen Bunds-Hauptleuten und etlichen Bunds-Rähten/ qui- 19
bus controverſias de ipſo fœdere incidentes judicandi, a-
liaq; ad conſervationem fœderis neceſſaria conſtituendi
poteſtas erat. In Comitiis præterea ſocialibus, auff denen 20
Bundstagen/(primâ claſſe exceptâ, in quâ duo ſibi vota Im-
perator ſolus reſervaverat) ſeptem vota ſingulis claſſibus,
ſive augeretur ſive minueretur membrorum numerus, tri-
buta erant; deliberatumq; ibi de pace Imperii conſervan- 21
dâ, de civilibus motibus compeſcendis, & ſimilibus ſtatum,
ſummamq; *rerum* concernentibus negotiis, eaq; concluſa,
ne effectu deſtituerentur, & modus præſcriptus erat armo- 22
rum pro conſervatione fœderis tractandorum, & militiæ
omnium arbitrio unus ex ordine Principum, zum Obriſten
Bunds-Feld-Hauptman/ præfectus: aſſidentibus ei tribus
Conſiliariis, nempe ex ſingulis claſſibus uno, alß Kriegs-Räh-
te/ prout hæc omnia prolixiùs dictâ formulâ comprehen-
duntur, quam refert, *Hortled. all. loco cum fol. ſeq.* & videatur, 23
Ant. Quetta Conſ. 6. n. 1. ubi fœderis hujus juſtitiam occaſio-
ne expeditionis adverſus Ducem Würtenbergicum defen-
dit, *Wahremund. ab Ehrenb. meditam. pro fœder. lib. 1. c. 2. n. 39.
& ſeqq.*

Et hoc quidem fœdus, quia ipſum Cæſarem, quamvis 24
ut Principem tantùm, ſocium habuit, quin ab initio tamen
Cæſ. Majeſtati innotuerit, adeoq; ei probatum fuerit, dubi-
tari non poteſt: quanquam de requiſitione conſenſus ejus
ut Cæſaris, vix quicquam reperias. Ex ſequentibus verò,
invito planè Imperatore, ac tantùm non initio adverſus 25
ipſum ſuſceptis confœderationibus, apparet ſuo ſibi jure
hoc vindicare Status & Ordines Imperii. Sic fœdus *Schmal-* 26

caldicum nullum Imperatoris habuit conſenſum; eundemq́; requirere demens factum fuiſſet, ſociis libertatem religionis hac viâ defendere nitentibus, cui ipſe Imperator ex occulto
27 inſidiabatur. Deliberatum de eo primùm fuit anno 1529. inſequenti verò anno, menſe Decembri, Schmalcaldiæ, ditionis Hennebergicæ oppido, plenius conſultatum, ac for-
28 mula ſancita. Fueruntq; ſocii illius, Electores duo: Saxo & Brandeburgicus: ex Principibus Luneburgenſis, Haſſiacus; Comites item Mansfeldii; ex Civitatibus Magdeburgum, Brema; tractiq; deinde in ſocietatem Fridericus Daniæ Rex, tanquam Holſatiæ Dux; paulatimq́; Mekelenburgicus, Würtenbergenſis; nec non Auguſta Vindelicorum, Norimberga, Francofurtum, Hamburgum, Lunæburgum, &c. *vid. Sleidan. de ſtat. relig. & reipubl. lib. 7. in fin. l. 8. & 9. in fin.*

29 Ejusdem farinæ eſt fœdus Noricum, ſeu *Franco-Noricum*, quod Bambergenſis & Wurzburgenſis Epiſcopi, junctis ſibi Noribergenſibus, 23. circiter annis poſt Schmalcaldicum, adverſus Marchionem Brandeburgenſem Albertum inter ſe
30 contraxerunt; ab ipſo judicio ſummo Cameræ Spirenſis, ubi controverſiam pateretur, approbatum, mandatis inſuper in Marchionem editis: ut utrinque res, & armis, & legibus gereretur, *Mynſing. centur. 6. obſervat. 2. Sleidan. l. 24. de ſtat. rel. & reip. circa fin.*

31 Noſtro quoque ſeculo ſucceſſere, primùm fœdus Proteſtantium, quod Unionem dixere, inde ferè ab initio ſeculi natum: maximè auctum anno 1604. accedente Fœderati Belgii ſocietate ac ſubſidiis: deinde eò paulatim progreſſum, ut plusquam 30. abhinc annis in bellum exarſerit inextricabile, & toti Germaniæ fatale. De quo fœdere, ejusq; verâ origine, cauſis, juſtitia, ſucceſſu, noſtræ ætatis plurimi exſtant libelli in bibliothecis, partem eorum collegit atque edidit, *Londorp. act. public. part. 1. lib. 1. et ſeqq.*

Recen-

Digitized by Google

Recentius eſt *Lovvenburgenſe*, anno 1625. inter Ordines Circuli inferioris Saxoniæ pro tuendis finibus, juribus, ac libertate Circuli initum; quod uti anno 1629. Lubecenſi inter Imperatorem & Sereniſſimum Daniæ Regem, Chriſtianum IV. transactione finitum, ita noviſſimum ex hoc cenſu natum eſt *Lipſiacum*, vulgò der Leipziſche Schluß / oder Bund / anno 1630. in conventu Lipſenſi ictum: cui tum (excepto Georgio Haſſiæ Darmſtadinæ Landgravio, Principe longè graviſſimo, & paucis aliis) ferè omnes Evangelicarum partium Principes ac ſtatus nomen dedere, teſte illorum temporum hiſtoriâ. Neque eſt, quod de intermiſſo Imperatoris conſenſu hic dubitemus: cùm pleræque harum confœderationum non invito, ſed imò prohibente Imperatore fabricatæ fuerint; id quod neminem latere poteſt. 32 33 34

Ex his igitur partim anterioris ſeculi, partim noſtræ memoriæ exemplis, ſatis ſuperq; conſtare opinor, non ſolum omni tempore ſibi Germanici Imperii Ordines jus pangendorum fœderum; ſed ad noſtram quoque ætatem illud propagaſſe, ejusq; ipſos eſſe in legitimâ ac continuâ poſſeſſione, vel quaſi, usque ad præſens momentum. Unde id pro notorio ad defenſionem conventus Lowenburgici rectè aſſeruit Auctor Fürſtl. Mecklenburgiſcher Apologiæ im erſten Hauptpunct num. 101. fol. 78. his verbis: Sintemahlen ja nicht allein der Teutſchen Reichs-Fürſten und Stände wollhergebrachte Freyheit / und pro ſalute patriæ & religione gehaltene Zuſammenkünffte jedermänniglich bekant / ſondern auch &c. hoc eſt, Germanicorum Imperii Principum & ſtatuum legitimè acquiſitam libertatem, & pro ſalute patriæ ac religione celebratos conventus, eſſe undique notiſſima. 35 36

Porrò, quemadmodum ea, quæ de fœderum libertate hactenus retulimus, extra dubitationis aleam ſunt poſita, quippe uſu & obſervantiâ firmata; ita etiam quoad pacta 36

clien-

Clientelaria, quia fœderum ſpecies ſunt, & ſub eorum generali appellatione continentur, idem juris eſſe concludimus. Et hanc concluſionem pariter in terminis corroborant tum
38 praxis Imperii & notoria obſervantia, tum communis opinio, de quâ *Gail. 2. Obſ. 54. n. 4. & 5.* reiq; judicatæ autoritas, *Mynſing. d. cent. 6. Obſ. 2.* Imò conſtitutionum Imperialium textus expreſſi, Reichs-Abſchied / *de anno 1555. §.* Es ſol auch ubi ait Imperator: Daß dem jenigen ſo hiebevor von alters Schutz und Schirm-Herrn anzunehmen gehabt / nichts benommen ſein ſol hoc eſt, prohibitione ligarum iis, qui jus contrarium longo uſu obtinuerunt, nihil derogari.

39 Quæ verba etſi Advocatias inter ipſos Imperii Ordines receptas intraq; Imperii limites uſitatas reſpicere videantur: tamen etiam cum extraneis Regibus ac Rebuspubl. eandem
40 licentiam eſſe mox demonſtrabimus. Intra quidem Imperii limites, celebre juridicis disquiſitionibus exemplum præbet Erfurdiâ. Hæc quanquam Moguntini Archiepiſcopi jurisdictionem agnoſcat, tamen ab anno 1483. conceptis verbis tranſiit in protectionem, & quidem perpetuam, Erb-
41 Schutz / Sereniſsimæ Domus Electoralis Saxonicæ: Zu Erfurt hat das Chur- und Fürſtliche Hauß Sachſen den Schirm / von deßwegen die Stadt jährlich 1800. Goldfl. gibt / hoc eſt, Erfurdiæ habet Electoralis & Ducalis Domus Saxoniæ jus protegendi, ob quod civitas quotannis pendit 1800. florenos aureos, referente *Beſold. theſ. pract. lit. 5. num. 56.* idq; ita eis jure facere licuiſſe, teſtatur ab ipſis Erfurtenſibus ex facto
42 conſultus, *Hieron. Schurff. cent. 3. Conſ. 23. per tot.* Pari modo & Spirenſium civitatem ſæpe in patrocinio Principum Palatinorum fuiſſe memorat *ex Lehman. Chron. lib. ult. c. 75. & c. 119. idem Beſold. d. loc.* & plures ejusmodi Imperatorii juris Civitates, Monaſteria quoque, & conventus Clericales, ſub certis plerumque pactionibus in vicinorum Principum clientelis

entelis hereditariis eſſe, *addit ibid. ex Herm. Eſai. Roſacorb. pract. for. c. 29. in fin. & in Conſilio, quod inſerit eod. loc. Beſold.* Neque 43
verò hoc Germanicæ libertatis privilegium ſolis Imperii cancellis circumſcribitur: ſed ad exterorum Regum ac Rerumpubl. quoque fœdera & clientelas extenditur. Id ſuperiorum fœdera nonnulla ſatis probant. Schmalcaldico enim ſocii aſſumti Galliæ & Angliæ Reges, *Sleidan. de ſtat. relig. & reipubl. lib. 17.* imò aliàs 47 fœdera Proceribus Germaniæ cum Galliæ Regibus intercesſiſſe memorantur, *VVaremund. ab Ehrenberg, de Fœder. c. 2. poſt Bodin. 1. de republ. c. 9. Arum. ad aur. Bull. diſcurſ. 6. theſ. 7.* Similiter noſtrâ ætate Bogis- 44
laus Pomeraniæ Dux, ob dudum infeſtos Imperatorios exercitus cum Sereniſſimo quondam Sueciæ Rege Guſtavo Adolpho, p. m. fœdus, & quidem, ut formula indicat, clientelare iniit, 10. Julii anno 1630. quæ bona fide expresſa reperitur *in hiſtoriâ belli Suecici, & in ſcripto apologetico Electoris Brandeburgici ſub tit.* Abdruck etlicher mit der Chur Fürſtl. Durchl. zu Brandenburg nach Abſterben des Herzogen zu Pommern gewechſelter Schrifften / etc. unter den Beylagen *ſub num. 21. & alibi paſſim.* Quomodo & in Lipſiaco conventu, cujus paulò ante meminimus (ut alia multa prætereamus) cum eodem Rege, ſicut publicè conſtat, multi Status Imperii clientelam contraxere. Et illuſtriſſimus Hasſiæ Princeps Wilhelmus 45
p. m. cùm irruentis in ſe belli molem ſuſtinere ſolus non poſſet, Galliæ patrocinium asſecutus eſt, viduaq; ejus, regimen pendente minorennitate filii ex obitu mariti adminiſtrans, eodem patrocinio non minus feliciter, quam prudenter uſa per annos complures. Quibus addi poteſt Archiepiſcopus 46
Trevirenſis, qui & ipſe bello Suecico ſuperiorem Germaniam inundante, & Galliæ, & ipſius Sueciæ patrocinium uſurpavit, non attenta Imperatoris contradictione, ſicut videre

licet in *actis Manutenentiæ & Defenſionalium cum eventual. appel-
lat. ad omnes Status Imperii, &c. de anno 1640.*

47 Denique hujusmodi fœdera & clientelæ non ſolùm,
auctoritate Imperialium Conſtitutionum, *Aur. Bull. d. tit. 15.*
Reichs-Abſch. zu Worms *anno 1495. §.* auch ſollen wir/ *&c.* ſed
etiam rationibus ſatis evidentibus, & plurimorum ICtorum
approbatione defenduntur, *vid. Arum. vol. 1. diſcurſ. 27. & diſc.
28. th. 48. Cluten. faſcic. paradox. theſ. 7. Heig. part. 1. quæſt. illuſtr. 11.
Buxtorf. ad Aur. Bull. theſ. 98.* ex profeſſo, Cancellarius
quondam Electoralis, vir acris ingenii, & multo rerum uſu,
Frid. Pruckman. vol. 1. Conſ. 13. n. 82. Neque refert, quòd regu-
48 lariter confœderationes & ligas, cum extraneis maximè, eſſe
de genere prohibitorum ſuperius ipſi innuimus, *t. t. ff. de coll.
& corpor. l. conventicula C. de Epiſcop. & Cleric. c. un. §. conventicu-
la de pac. tenend. in Vſ. Feud. lib. 2.* Sicut & quòd à Maximilia-
no I. Imp. generaliter omnem cum peregrinis & exteris ſo-
cietatem vetitam tradidit, *Jul. Pflug. in orat. de rep. Germ.* Nam
49 hanc Maximiliani conſtitutionem quidem uſu nunquam
invaluiſſe, ut Germanicæ libertati contrariam, ſcimus, & te-
50 ſtatur *Arum. ad Aur. Bull. diſcurſ. 6. th. 7.* Prohibitiones autem
allegatas quod attinet, præterea quod communiter ad me-
diatos, merosq; ſubditos Imperii referuntur, *Warem. ab Eh-
renb. de fœd. l. 2. c. 1. n. 42. & 44. Camman. de regal. diſp. 5. th. 84.* imo
ad Status ac Ordines Imperii immediatos trahi non poſſunt,
propter ſingulare hoc jus ipſis jam quæſitum, *Killing. de ganer-*
51 *bin. caſtr. diſc. 15. n. 28.* etiam ab iſtis prohibitionibus diſertè
excipiuntur confœderationes Principum pro pace publicâ
conſervanda initæ, *d. tit. 15. Aur. Bull. his verbis:* Jedoch die
Gelübde und Verbündniß / ſo die Fürſten/ Städte / und andere
wegen gemeinen Landfriedens auffgerichtet / ausgenommen / ſi-
ve ut Latinum exemplar habet: *Illis confœderationibus & ligis
duntaxat exceptis, quas Principes & Civitates, ac alii, ſuper genera-*

li

li pace provinciarum atque terrarum inter ſe formaſſe noſcuntur, &c. Sub prohibitarum nomine autem illę tantùm intelligun- 52
tur, quas Imperator *in princ. d. tit. 15.* vocat (1) *deteſtandas* (2) *ſacris legibus reprobatas conſpirationes & conventicula, ſeu* (3) *colligationes illicitas*, non vera cauſa, ſed (4) *prætextu parentelæ, vel* (5) *alterius cujuscunque coloris conjurationes.* de quibus jam o- 53
lim ab Arcadio & Honorio Impp. ſancita erat conſtitutio, qua majeſtatis rei eſſe jubentur, quicunque cum militibus, vel privatis, vel barbaris, ſceleſtam inierit factionem, ipſo quidem autore gladio feriendo, bonis autem omnibus fiſco addicendis *in l. quisquis. C. ad l. Iul. majeſt.* Talium conjura- 54
tionum, defectionum, rebellionum, proditionum, quæ ab initio mundi ad noviſſima tempora variis in locis, civitatibus, imperiis, ac regnis exortæ ſunt, catalogum recenſet, *Ant. Cont. & ex eo Scip. Gentil. de conjurat. lib. 2. fol. mihi 228.* Nempe 55
quæ dolo malo, animo in Rempubl. hoſtili, nullo juris colore nituntur, his nulla quoque patrocinatur juris ratio: quæ verò publicæ utilitatis, Reipubl. tuendæ & conſervandæ gratiâ fiunt, non ſolum vitio carent, ſed & juribus allegatis confirmantur. quin ne defenſio quidem armata, quatenus 56
naturalis, & ſuæ moderationis terminis continetur, ademta cuiquam pacis publicæ ſanctione, imò potius conceſſa exiſtimanda eſt, ut patet *ex Receſſ. Imp de anno 1521. tit.* Die Poen aller Friedbrecher / *verſ.* aber an dem Beſchädigten / *&c. cum ſimill.*

Atque hæc quidem libertatis Germanicæ quoad clientelarum ac fœderum jura, *prima* eſt ampliatio, quâ non modo cum aliis Imperii ſtatibus, ſed & cum exteris ac peregrinis Regibus ac Rebuspubl. clientelas licitè paciſcuntur: *altera* eſt, quòd eadem procedunt, tam adverſus Conſtatum 57
Imperii, ſi quis horum v. g. ab altero alter vim patiatur; quàm adverſus ipſum Imperatorem, ſi modo juſta cauſa ſit.

58 In quo etſi communiter Imperatoris tanquam ſuperioris, cauſa in omni confœderatione excepta cenſeatur, *Bodin. de rep. l. 1 c. 7. Tholoſan. de republ. l. 23. c. 3. §. 8.* indeq; nata haut inutilis ſit diſtinctio, an aliquid fiat ab Imperatore, tanquam tali, an tanquam ab Imperii Principe, ſicut in fœdere Schmalcaldico conſultatum; attamen etiam hoc poſteriore caſu, quibusdam ex cauſis, idem juris eſſe uſu edocti nonnulli approbant. Ubicunque enim Cæſar, h. e. major atque ſuperior eſt, *ajunt*, ibi & majeſtatis jure Ordines antecellit; Ubi verò ſecus (hoc eſt, ubi majeſtate ſua abutitur) quid? etiamne tum Cæſar excipiendus erit? *Hortled in excerpt. Sleidan n. 34. apud Goldaſt in polit. Imperial. part. 3. fol. mihi 1175.* Ita quoq;

59 Mauritius Saxoniæ Dux p. m. alter Germaniæ Arminius *Arumæo. 2. diſcurſ. 21. theſ. 10.* cùm pro liberando ſocero, Haſsiæ Landgravio, arma in Carolum V. ſumeret, unà cum fœderatis ſuis ſenſiſſe videtur, quippe qui & facto, & ſcriptis editis haud obſcurè teſtabatur, etiam adverſus Imperatorem pro libertate Imperii licita eſſe arma, *Hortled.* von Urſachen teutſchen Krieges/ *tom. 2. lib. 5. c. 4. n. 3. & Sleidan. l. 24. de ſtat. relig. & reipubl. in princ.* Itaque cùm Carolus tanquam Imperator rebellionis ſpecie, quam Proteſtantibus Schmalcaldico fœdere ſociatis impingebat, in partes ſuas traxiſſet Mauricium, adeo quidem, ut ipſe ad cognatum Saxoniæ Ducem Jo-

60 annem Wilhelmum ſcriberet: non licere ſibi contra ſuum magiſtratum facere, eiq; reſiſtere, quem omnia fœdera excipiant, *Sleidan. d. lib. de ſtatu relig. & reip. lib. 18.* poſtea verò confecto bello, tantæ fidei, rerumq; pro ſalute ſuâ geſtarum oblitus Cæſar, neque Saxoniæ Domui ullam gratiam refer-

61 ret, nec ullis obteſtationibus, ut Haſſum dimitteret, permoveretur, adverſus eundem Carolum non tanquam Auſtriæ Archi-Ducem (hactenus enim jus detinendi Landgravium ei nullum erat) ſed tanquam Imperatorem, juſta & pia Mau-

ritium

Digitized by Google

ritium pro liberando ſocero arma induiſſe ſcribit, *Heig. part. 1. illuſtr. quaſt. 11.* Ejusdemq; argumenti rationem explicatius proponit Albertus Brandeburgicus, quando concurrentibus Imperii utilitatibus cum prætenſione & intereſſe, ut loquimur, Imperatoris, Imperii præ Imperatore potiores nobis eſſe partes debere, & maſculè, & politicè aſſeruiſſe fertur, im erſten Theil ſeines Ausſchreibens vom Zug wieder den Käyſer Carolum V. anno 1552. §. und beſtehet nochmahlen / etc. his verbis: Dann wer einem Römiſchen Käyſer gelobet / geſchworen/verwand / und zugetahn / der iſt demſelben allein von wegen des Röm. Reichs zu deſſelben Wolfahrt und Auffnehmen/ gelobet und geſchworen / auch ſchüldig und pflichtig / ſolche des Reichs Wollfahrt zu befoderen gegen männiglich/niemand ausgenommen/ja auch den Käyſer ſelbſt / der nicht für ſich / ſondern allein von wegen des Reichs / und demſelben zu gute ein Käyſer iſt/vnd Käyſer genandt wird / auch darüber Eyd und Pflicht tuhn muß/ h. e. Nam qui Romano Imperatori promittendo & jurando obligatus eſt, ille ei tantùm reſpectu Imperii ad hujus ſalutem & incrementum obligatus eſt, teneturq; ſalutem Imperii promovere contra quoscunque, nemine excepto, imò contra Imperatorem ipſum, qui non ſui gratiâ, ſed propter ſolum Imperium, ejusq; bonum Cæſar eſt, & Cæſar appellatur, ac de eo jurat, *Hortled.* von rechtmäſſigkeit des Teutſchen Krieges/ *lib. 6. c. 27. ſub n. 17.* Quæ verba, juncta iis, quæ paulò ante attulimus, perſpicuè videntur oſtendere, non in Scholis & umbrâ natam, extraq; uſum & approbationem poſitam opinionem, ſed publicis actis ac Procerum Imperii conſiliis, ſcriptisq; conſentaneum ac vulgo receptum dogma eſſe, quando diſtinctionem faciunt tam Imperatoris, *quà Princeps*, ab Imperatore, *quà talis*; quàm Imperatoris *quà talis*, ab Imperio ipſo, ſive, quod idem eſt, majeſtatis perſonalis, quæ Imperatoris eſt, habetq; ſe inſtar funda-

(margin: 62, 63)

mentati, à reali, quæ Imperii, habetq; ſeſe inſtar fundamenti, *Bort. de majeſt. apud Arum. de jur. publ. diſcurſ. 30. c. 1. th. 1. Beſold. l.*
64 *1. Polit. c. 2. §. 2.* quodq; eleganti ſubordinatione inde conficitur: Imperatore majus eſſe Imperium, & ſi utriusque inter ſe pugnet ratio, ita, ut ad alterutrius ſocietatem accedere neceſſum ſit, potiores eſſe Imperii, quàm Imperatoris partes, tanquam minoris, *Bald. in l. ſed ſi hac lege. §. ſi liberta. ff. de*
65 *in jus voc.* ac ſic denique pro tuendâ Imperii libertate, quæ inſtar cynoſuræ eſt, & peregrina, & domeſtica patrocinia, ſine labe, homagiiq; præſtiti fide illibatâ, poſſe uſurpari, *Beſold. d. loc. n. 3.* ut vel hinc intelligi queat, fruſtra eſſe, qui ſta-
66 tum Imperii noſtri monarchicum omnino aſſerunt, quod etiam facit, *Dn. Reinkingius de regim. ſecul. et Eccleſ. lib. 1. cl. 2. c. 2.* cum defenſore ſuo *VVilh. Wizendorf. in diſcurſ. de ſtat. admin. Imp. Rom.* quem utrumque confutavit *Ioh. Limn.* illum quidem, *de jur. publ. lib. 1. c. 12. n. 25. & ſeqq.* hunc *peculiari diſſertat Apologet. per tot. & eleganter ſect. 8. n. 11. vid. etiam Carpzov. ad l. Reg. c. 1. ſect. 14.* ubi in formulâ: Uns und dem heiligen Reich/
67 prædictam exprimi diſtinctionem putat: voculâ uns/ majeſtatem perſonalem, reliquis verbis, und dem heiligen Reiche/ realem deſignantibus, *n. 13.* ac porrò infert: impune lædi perſonalem in illo, qui contra realem Imperii majeſtatem inſurgat, *n. 17.* etſi enim majeſtas utraque ſub capite & membris coeat in unum, atque idem ſit Reſpubl. & Princeps, hoc tamen verum eſſe volunt, quando Rex auget Rempubl. nam ſi Rempubl. minuat, non dicitur Rex, ait *Paris de Put. tract. de Syndicat. tit. de exceſſib. Reg. Princ. & Duc. c. 1. n. 78.* Vide ipſum *Th. Reinking d. tr. de regim. ſec. & Eccleſ. l. 1. claſſ. 1. c. 5. n. 43. 44. &c.*

68 Quemadmodum autem jura iſta ad Imperii Status, ſicut diximus, in genere extenduntur, ita etiam ad eos ſpectant, qui etiamſi Status non ſint, Imperio tamen immediatè ad-

addicti; quales ſunt libera Collegia Canonicorum, Monaſteria exemta, & libera Imperii nobilitas, ex ordinatione *Ferdinandi I. Imp.* von der freyen Ritterſchafft in Schwaben. *Aut. præjud. Cameral. verſ. nobilitas.* Liberis verò Imperii ci- 69
vitatibus eo minùs hoc privilegium denegabitur, quod hodie extra omnem controverſiam in communibus Statuum juribus, cæteris Imperii Ordinibus per omnia æqui parentur. *Paurm. de jurisd. lib. 2. cap. final. n. 14. & ſeqq. Sixtin. de regal. l. 1. c. 4. n. 75. P. M. VVehner. pract. obſervat. lit. F. verſ.* freye Reichs-Städte §. *libera &c.* Jampridem enim: Recognoſcere eas 70
certis ac definitis quibusdam modis Imperatorem, cæterum ſuis legibus & magiſtratibus gubernari, & magis ſtudere libertati conſervandæ, quàm territorio amplificando, ſcripſit *Guicciard. lib. 7. hiſtor. c. 2. add. Scip. Gentil. de jurisd. l. 3. c. 22.* & ſo- 71
las antiquam Germaniæ indolem retinere civitates, quas Francas dicimus, notabili earum encomio meminit *Alciat. in l. censeri. 111. ff. de verb. ſign.*

Sed & in aliis Civitatibus Imperatori immediatè ſub- 72
jectis, quanquam Status non ſint; nec non in iis, quas pactionatas appellamus, hoc eſt, quæ certis pactis & conditionibus Principem, Ducem, Marchionem, aut alium aliquem Imperii Statum, citra univerſalis ſubjectionis cauſam, agnoſcunt; eadem jura, & fœdera, & clientelas contrahendi obtinere vulgò traditur, *Sixtin. de regal. l. 1. c. 4. n. 91.* Tales enim 73
Civitates, ſicuti in partibus conventione haut comprehenſis, ſua libertate, quâ alia Imperii immediata membra, gaudent, *Mynſing. Conſ. 13. n. 10.* Imperiiq; Civitates Reichs-Städ- 74
te ſimpliciter, in oppoſitione ad Käyſerliche-Freye und des heiligen Reichs-Städte / appellantur, de qua differentia videat qui volet, *P. M. VVehner. obſerv. pract. alleg. loc. Beſold. de jur. civitat. Imperial. c. 5. n. 4. Zahn. de jur. & juriſdict. municip. c. 5. n. 4.* ita, niſi iisdem pactionibus aliud conventum demonſtretur, 75
aut

aut quâ aliâ ratione hoc ſingulare jus amiſerint, ad ſui defenſionem etiam cum extraneis nationibus clientelam ſine injuriâ contrahere poſſe, ferè omnium communis receptaq; eſt opinio, *Gail. 2 Obſ. 54. Ruland. de commiſſ. part. 2. lib. 5. c. 4. n. 41. 47. Arum ad aur. Bull. diſcurſ. 6. th. 9. Sixtin Conſil. Marpurg. vol. 1.*
76 *Conſ. 8. n. 104. Innoc. Panormit. et al. quos citat ibid.* quam de Saxonicis civitatibus eò confidentius ſectatur, *Brun. de jur. univerſit. th. 16.* quod Carolus M. olim, exceptâ decimarum clericis debitarum præſtatione, *liberam* reliquerit Saxoniam: & Saxoniæ Civitatibus, maritimis præſertim & limitaneis, non
77 ſolum patronos adſciſcere, ſed etiam exſtruere caſtella & munitiones licere, non requiſita etiam venia ſuperioris tradit *poſt Iaſon. in l. ex hoc jure, ff. de juſt & jur. Paris. vol. 1. Conſ. 25. n. 72. Matth. Stephan. de jurisdict. lib. 2. part. 2. c. 2. n. 126.* Imò ita generali conſuetudine ſervari, *ex Sixtin. d. loc. & Marpurg. vol. 3. Conſ. 19. n. 145. 146. VVeſenbec. part. 1. Conſil. 48. n. 23. refert & ſe-*
78 *quitur Brüning. d. th. 19.* Aliæ verò Civitates, quibus nihil juris præter obſequii gloriam relictum eſt, quæq; mero municipalium jure cenſentur, ſicuti privatorum loco ſunt, ita ab hiſce juribus armata patrocinia quærendi, inſcio quidem & invito domino territoriali, niſi fortè in caſu, quo ad merum jus primævum ac naturalem defenſionem res devenerit (de quo inferius agemus) penitus excluduntur, *Arum. ad A. B. d. loc. Boër. deciſ. 304. n. 6. Rul. de Commiſſ. part. 4. lib. 2. c. 3. n. 14. Matth. Steph. de jurisdict. l. 2. part. 2. c. 2. n. 128. Ziegler. ad prax. Calvoli. §. Landſaſſii. concluſ. 1. n. 99.*

CAPUT. IV.

DE HIS, QUI EX ALIIS CAUSIS PATROCINIO DIGNI SUNT, VEL NON SUNT.

SUM-

Digitized by Google

SUMMARIA.

1. 19. *Latrones jure gentium improtectibiles.*
2. *Stationum et Stationarium militum origo.*
3. *Tiberius Imp. Stationes eas auxit.*
4. *Irenarcharum in provinciis uſus.*
5. *Et Medi, & Perſæ habuerunt tales Stationarios.*
6. *Equitum*, der Einſpänniger / *in aulis Principum uſus.*
7. *Eorum numerus.*
8. *In Polonia alitur miles limitaneus contra Tartaros & Coſakos.*
9. *Coſackorum origo.*
10. *Banditorum in Italiâ copia.*
11. *Juſtinianus Stationarios abrogavit.*
12. *Latrocinia in Germania repullulantia.*
13. *Diffidationum uſus.*
14. *Earundem abuſus: ut & Ganerbinatuum.*
15. *Conſtitutionis de pace publicâ occaſio & publicatio.*
16. *Latronum publicorum perſecutio.*
17. *Eorum receptacula,* Raubſchlöſſer/ *destruenda.*
18. *Fridericus I. Elector Palatinus: Fulmen prædonum.*
20. *Piratæ,* See- und Meer-Räuber/ *latronibus ſimiles.*
21. *Gallis dicuntur Eſcumeurs de la mer.*
22. *Sunt communes omnium gentium hoſtes.*
23. *Lex Gabinia contra Piratas lata.*
24. *Piratarum nullus finis ſperandus.*
25. *Turcarum Piratica circa fretum Gaditanum.*
26. *Piratæ quando Romanos maximè vexarint.*
27. *Littora Italiæ ab iis infeſtata.*
28. *Totum mare obſidentes, clauſerunt commercium.*
29. *Romanos cives abductos per ludibrium enecarunt.*
30. *Ciceronis eâ de re querela.*
31. *Speculatorius ignis ad prodendos piratas invectus.*
32. *Et fraus, & immanitas in piratis concurrunt.*
33. *Mare non poteſt limitibus claudi.*
34. *Sancta eſſe debent, quæ ſolo jure defenduntur.*
35. *Majeſtas Principem tuetur.*
36. *Majeſtatis veneratio maximum regnantium præſidium.*
37. *Securitas maris in jure gentium fundata.*
38. *Piratæ occaſiones bellorum obſervant.*
39. *Navigantes adoriuntur de aſſaltu.*
40. *Eorum crudelitas.*
41. *Inſania eſt, prædam injuſtam Diis offerre.*
42. *Cum piratis non eſt jus gentium.*
43. *Duces Alexandri eos ſupplicio affecere.*
44. *Ariſtonicus pirata catenis ligatus & ad ſupplicium traditus.*

45. I. Ceſar piratas interfecit.
46. Verres ob impunitatem archipiratæ accuſatur.
47. Romanorum expeditiones in piratas.
48. Pompejus mare à piratis aſſeruit.
49. Piratarum receptacula quoq; deſtruenda.
50. Piratæ ſunt inſtar amphibiorum.
51. Piraterìa Ciliciæ à Romanis exſciſa.
52. Diſtinctio circa Piratas.
53. Juſſu publico prædans, jure acquirit capta.
54. Emiſſarii terreſtres non ſunt prædones: Partengänger.
55. Nec emiſſarii maritimi: Kundſchaffer/Convoyer/Freybeuter/ Commißfahrer/Kaper.
56. Cuſtodes maris, Ausliege / Kreutzer.
57. Emiſſarii debent à neutralibus abſtinere.
58. Nautæ debent eſſe inſtructi mit Päſſen/Seebriefen/certificationen, cognoſſementen, &c.
59. Emiſſarii dolosè capientes fiunt piratæ.
60. Judicia maritima, Ammiralitäten.
61. aliud piratarum genus.
62. Illyrii Italos prædantes à Reginâ ſua defenduntur.
63. Piratæ Turcici in mari mediterraneo.
64. Chriſtiani Turcarum prædæ ſubjecti.
65. Extra bellum omnis prædatio eſt merum latrocinium.
66. Tertium piratarum genus.
67. Occaſio facit piratas.
68. Peſſimi piratarum, qui privatâ autoritate prædantur.
69. Schnaphanen.
70. Anſeatici commercii inſidiatores.
71. Hamburgi 74. Piratæ ſupplicio affecti.
72. S. Pompeji piratica claſſis.
73. Piratæ jure civili, ipſo jure pro diffidatis habentur, & impune offenduntur à quovis.
74. Piratæ jure gentium clientelæ incapaces.
75. Banniti ſein Vogelfrey.
76. Non poſſunt recipi in tutelam.
77. Bannitum interficiens non fit homicida.
78. Bannum contumaciæ, & bannum delicti ejusdem ſunt effectus.
79. Bannum non extenditur ultra territorium bannientis.
80. Bannitus ex civitate diverſi territorii impunè recipitur in altera.
81. Bannitus fœderati impune recipitur à confœderato.
82. Bannum Imperiale num ſe extendat extra fines Imperii.
83. Imperator an ſit dominus mundi univerſi.
84. Banniendus, pendente lite non eſt offendendus.
85. Poteſt interea Patronum accipere.

86. Ban-

86. Bannitum offendere, impune liceat quamvis, nemo tenetur.
87. Limita: in iis quibus mandata eſt executio.
88. Banniti bona an impune ei ſerventur à tertio?
89. Bannitus non eſt hoſtis omnium gentium.
90. Banniti in Gallia impune non offenduntur.
91. Idem fuit jure civili.
92. Iudæi an in protectionem recipiendi.
93. Iudæi ſunt blaſphematores & uſurarii.
94. Ex Hiſpania à Ferdinando expulſi.
95. Judæis civilis communio non deneganda.
96. Pontifices Romani Judæis favent.
97. Status Imperii vigore regalium hodie Iudæos recipiunt in tutelam.
98. Hæretici ſunt protectibiles jure gentium.

QUæ hactenus dicta, perſonarum præcipuam & ſummam, ut Imp. loquitur, diviſionem reſpiciunt, quâ in eos, qui ſub poteſtate, & eos, qui ſui juris ſunt diſpeſcuntur. Quid utrique ſpeciei ratione juris clientelaris conveniat, indigitavimus. Sunt verò etiam aliæ cauſæ in perſona clientum conſiderandæ, ob quas vel jure gentium, vel aliâ ſpeciali ratione quæri poſſit, ſintne recipiendi in clientelam, an non ſint? Veluti de latronibus publicis, piratis, bannitis, Judæis, hæreticis.

Ex his *latrones* quod attinet, offentliche Straſſenräuber/ Strauchdiebe / Buſchklepper / quoniam civilis vitæ hoſtes ſunt, ejusq; quantum in ipſis eſt, ſecuritatem deſtruere conantur, communi gentium placito, omnilegum, omnisq; juris beneficio meritò exuuntur, *arg. l. auxilium 37. in fin ff. de minor. Dauth. de teſtam. ſub rubr. qui teſtam. fac. poſſ. n. 200. Becht. de ſalvo cond. c. 4. th. 126.* Ideo quidem in Imperio Romano jam olim ab Auguſto non ſolum per oportuna urbis loca, ſed & in provinciis diſpoſitæ erant Stationes, h. e. Stationarii milites; quorum præfecti appellabantur Latrunculatores, Græcis Λῃσοδιώκται. *Sueton. in vit. Auguſt. c. 32. & notat Cujac.* easq; Stationes ſolito frequentiores per Italiam diſpo- 3

poſuiſſe Tiberium meminit *Idem Sueton. in Tiber. c.* 37. *adde*
Tertullian. in apologet. Nec quicquam à ſubſequentibus Im-
peratoribus hac in parte omiſſum ; qui per ſingulas provin-
4 cias Irenarchas conſtituere : quorum munus erat, facere ſta-
re quietis & pacis commoda per ſingula territoria ad pro-
vinciarum tutelam, ut ſcribunt Honorius & Theodoſius
5 Impp. (ſi modò vera eſt inſcriptio) *in l. un. C. de Irenarch.* hisq;
non minus, quàm Præſidibus provinciarum additi erant
dicti Stationarii, ſimiles iis, quos apud Medos vocabant κατα-
σκόπους, apud Darium Regem ἀσταχύσας, *ex Herod. & Plutarch.*
6 *Gothofred. ad rubr. C. de curſor. & ſtation. lit. c.* nec abſimiles iis,
quos hodie in nonnullis Imperii ditionibus Principes alunt,
ſtreiffende Rotten / ſive Einſpänniger / welche dem reiſenden
Mann zu gute die Straſſen battiren / h.e. qui vias perequitan-
do regias, ſecura euntibus præſtant itinera ; eorumq; nume-
7 rus, prout uſus poſtulat, ſæpe augetur, minuitur, nonnun-
quam in juſtum agmen excreſcit, *Becht. de ſalvo cond. d. c. 4. th.*
8 *126.* uti in Poloniæ Regno ad campos, quos vocant, deſer-
tos, h. e. ad Boriſthenem fluvium, & Tauricæ Cherſoneſi
confinia magnis impenſis alitur limitaneus miles, non tam
9 eruptionibus Tartarorum, quàm Cozakorum prædationi-
bus (qui ex fæce Regni h. e. ex ſervis & ruſticis primum co-
aluere, regno tamen ſubditi, nulli fortè colluviei rectius
10 comparandi, quàm Banditis, uti vocantur, Italicis, per o-
mnem ferè Italiam, maximè in extremis ejus partibus, Apu-
liâ & Calabriâ, nec non ipſo Regno Neapolitano, magno &
indelebili proventu graſſantibus) oppoſitus, *vid. bellum Schyti*
11 *Coſſacicum Ioach. Paſtor. lib. 1. nuperrime edit.* Et quamvis Ju-
ſtiniani Imp. ætate rariores fortè comparuere latrones, itine-
raq; fuerint tutiora, ut hinc Stationarios illos, tanquam inu-
tiles & ſupervacuos, abrogandos cenſuerit ipſe *Novell. 8. c. 13.*
in pr. ubi eos βιοκωλύτας, h. e. latronum inſectatores & ἀφολι-

ται

Digitized by Google

mes,h.e. violentiarum inhibitores vocat: repullulavit tamen
ſequenti ævo in Germaniâ veluti majori cum fœnore ma- 12
lum,translatâ quidem ad Germanos rei Romanæ ſummâ,at
forma Imperii nondum ſatis conſtituta: inter quæ,rixanti-
bus inter ſe de principatu regnandi potentioribus, diffida-
tionum uſus invaluit, honeſtam quidem generoſitatis, ne- 13
ceſſariæq; defenſionis ſpeciem initio præ ſe ferens, adeoq;
ab Imperatoribus nonnullis præviâ ſolennitate quâdam cer-
tis caſibus permiſſus, at mox in latrocinia & prædandi licen-
tiam vertens; Ganerbiatibus licentiæ iſti fruſtra oppoſitis,
his ipſis deinde in eandem proterviam delapſis, *Sylvius diſp.
de pac.publ.th.13.Cluten.Sylleg.rer.quotidian.th.26.fin. VVehner.
obſ.pract. verſ.* Gahnerben / *& text.* in der Erklärung des Land-
friedens zu Augſpurg/ *1500. tit.* wieder der Ganerben Schlöſſer/
adeo ut per 600. annos eradicari penitus hæc loligo non po- 14
tuerit, *uti Speidel. annotavit in notabilib. ſuis Iuridicopolit. lit. R.
verb.* Abſags-Brieff/ donec ſaluberrimo remedio ſanciretur 15
de pace publica conſtitutio; primùm à Maximiliano I. in
Comitiis Wormatienſibus anno 1495. promulgata, deinde
à Divis ſucceſſoribus ejus annis 1500. 1521. 1522. 1548. 1551.
1555. 1559. & 1594. repetita & confirmata, *videantur Receſſ.
Imp. de dict. annis. & Thom. Maul. tract. pecul. in pr.* quibus con- 16
ſtitutionibus non ſolum quilibet Status Imperii tenetur la-
trones ejusmodi perſequi & profligare armata manu, jun-
ctisq; ad hoc mutuis auxiliis, *vid. VVehner. pr. obſ. verb.* Frey-
beuter/ quemadmodum ſuo jam tempore *Ariſtot. in admirand.
ſuis* conſuluit, & ſimile quippiam reperitur apud *Ioſeph. de bell.
Iudaic. l. 11. c. 20* ſed etiam arces & receptacula eorum, vulgò 17
Raubſchlöſſer/ Raubhäuſer/ prævia cognitione Præfecti mili-
tiæ, ejusq; Adjunctorum, communibus Circuli impenſis,
flamma atque excidio deleri jubentur: Daß ſie auff Erkänt-
niß der Creiß-Obriſten/ und deren zugeordneten/ und gemeinen

Digitized by Google

Creißkoſten/darin ſie belegen/ſollen verbrant/ oder ſonſten umbgeriſſen werden/*d.* Reichs-Abſch. *de anno* 1559. §. nachdeme aber.
18 *Denais jur. Cam. tit.* 213. §. 11. in eoq; ſtudio, ardore ſingulari fuiſſe prædicatur Fridericus I. Palatinus, cujus inter alia encomia hoc quoque tumulo inſcriptum legitur: *Fulmen prædonum*, teſte *Beſold. theſ. pract. lit. R. verb.* Raubſchlöſſer/ubi *Speidel. in annotat.* aliud exemplum duarum deſtructarum arcium ad Rhenum refert.

19 Hoc itaque hominum genus tantum abeſt, ut aliquo patrocinio aut clientela dignos exiſtimemus, ut communi potius omnium populorum auxilio undique exturbandi ſint, ac unà cum receptatoribus & complicibus ſuis quovis modo opprimendi, *l. 13. ff. de offic. Præſid. l. 1. de receptat. l. 1. C. de his qui latrunc. occult add. l. capitalium, 28. §. graſſatores. 10. ff. de pœn. Conſtit. crim. art. 126. & Bodin. lib. 1. de rep. c. 1.*

20 De piratis verò, See-und Meerrauberen / idem dicen-
21 dum eſt, quod de latronibus diximus. Quia enim ſicut illi terram, ita hi mare latrociniis deglubunt (Gallis inde ſcito vocabulo *Eſcumeurs de la mer* dicti) cumq; ipſa maris libertate
22 omne ſimul inter disſitas ac diviſas oceano gentes commercium tollunt, rupto fœdere generis humani omnibus infeſti, meritò quoque ut communes omnium nationum, *ut Cic. ait in Verr. accuſ. 4. col. mihi 225. lit. E. & accuſ. 5. col. mihi 277. lit. D.*
23 imo omnium mortalium hoſtes habentur, *Plin. lib. 2. c. 6.* eoq; ſpectat, quod *Cic. in orat. pro l. Manil. col. mihi 348. lit. A.* Gabinia lege, quæ in piratas lata erat „ſalutem ac dignitatem non ſolum populo Romano, ſed omnibus gentibus conſtitutam eſſe prædicat.

24 Etſi verò omni ferè ævo reperti fuerint maritimi prædones, neque finis eorum ullus futurus ſit, quamdiu eadem hominum natura manebit, ut ait *Dio Caſſ. lib. 36. fol. mihi 9. lit. B.*
25 quod & noſtrâ ætate fretum Gaditanum tranſeuntes quotidie

die experiuntur , ac tantum non ſatis deplorare licet illis, quorum mariti,liberi, cognati in Turcarum poteſtatem abducti,alii magno ære ſeſe redimere coguntur,alii in fœdam, eamq; perpetuam ſervitutem detruduntur, non cum libertatis modò,ſed animæ quoque periculo, *vid. Aug. Busbeq. legat.Turcic. epiſt. 1.fol.mihi 74. et epiſt.4.fol.288.* Attamen nul- 26
lo tempore majoribus viribus graſſati ſunt , quàm ipſa rei Romanæ magnitudine ad ſummum apicem deducta. Tunc enim occupato undique in debellandis hoſtibus populo, non jam velut ante pauci quidam homines, certis locis, idq; æſtate ſola, paucis navigiis prædabantur, ſed maximis claſſibus navigabant,delectisq; inter ſe Imperatoribus, ne hyemem quidem tutum relinquebant : denique audacia, uſu, 27
& ſucceſſu elati,ipſos portus aggredi,urbes vaſtare, ſocietates & fœdera contrahere, & hic illic receptacula firmare; quibus gradibus ad eam potentiam devenere, ut nec Italiæ maritima ſecura eſſent , quin multis modis incurſionibus eorum affligerentur, ut prolixè refert *Dio Caſſ. d. lib.36 fol.9. & 10.* Hinc illa Romanorum querimonia : Commercium 28
annonæ prædones intercluſiſſe, *Liv.epit. lib.99.* Hinc Cicero,prædonum licentiam Hortenſio exprobrans, tanquam Romanâ ſeveritate indignam : An tibi tunc,ait, imperium eſſe hoc videbatur, cum populi Romani Legati, Prætores, Quæſtoresq; capiebantur? *cum ex omnibus provinciis commeatu & privato, et publico prohibebamur, cum ita clauſa eſſent maria,* ut neque privatam rem maritimam,neque publicam obtinere poſſemus? *in Orat.pro L.Manil. col. mihi 347. lit.B.* iisdemq; verbis ferè : *maria obſideri* & prædationibus quaſi tempeſtate quadam *præcludi* ait *Flor.lib.3.d.c.6. in pr.* Ac jam non navigantibus modo iniquos fuiſse, ſed & ab inſulis & oppidis 29
maritimis ad intimiora regionum progresſos,ipſas urbis Romanæ vias infeſtaſse, homines liberos ab duxiſse, qui ſi in-

digni-

digniushabiti *Romanos ſe cives* exclamitarent, quaſi percul-
ſos & trepidantes femora percuſſiſſe, genibusq; ſupplices
accidiſſe, quaſi ignorantiæ veniam precantes : tum calceis
indutos ac toga velatos (omnia per ludibrium) poſtquam
ſatis exagitaſſent, media ſuper aqua ſcalis impoſitos verſus
mare deſcendere juſſiſſe, & illæſos abire; cunctantes præ-
cipitaſſe recenſet *Plutarch. in vit. Pompeji M. fol. mihi 631. ubi &*
30 *exempla habet.* Idem alibi conqueritur Orator : Nos, quo-
rum majores, ait, Antiochum Regem claſſe, Perſenq; ſupe-
rarunt, omnibusq; navalibus pugnis Carthaginenſes in ma-
ritimis rebꝰ exercitatiſſimos, paratiſſimosq; vicerunt, *ii nullo*
in loco jam prædonibus pares eſſe poteramus. nos quoque qui an-
tea non modò Italiam tutam habebamus, ſed omnes ſocios
in ultimis oris autoritate noſtri imperii ſalvos præſtare po-
teramus, &c. iidem non modo provinciis atque *oris Italiæ*
maritimis ac portubus noſtris, ſed etiam Appia jam via carebamus,
31 *Cic. d. Orat. pro l. Manil. col. 347. lit. E. F.* quæ quidem deinde
cauſa fuit, ut in littoribus, quoties aliqua prædatoria navis
eminus appareret, illico è ſpeculâ, vel tumulo ſublatum
ignem oſtenderent, ut quisque aut mutuo auxilio repellen-
dis occurreret, aut maturè in tutiora recederet, *Cic. d. accus. 5.*
Verrin. col. mihi 281. lit. A. more ad noſtra tempora in mari-
32 timis ſinus mediterranei locis transmiſſo. Tantò verò hic
iſtorum graſſatorum furor ſeveriori odio dignus, quò &
fraus ipſorum malignior, & inhumanitas plus quam barba-
ra. nam cum cætera quidem terreſtria dominia limitibus ſi-
gnari, foſſis, aut fluminibus, vallo denique ac muro incingi
33 queant, mare contrà (quoniam naturâ ſuâ omnibus patere
debet quovis tempore) nec mœniis cingi, nec limitibus ter-
minari poteſt, *vid. Hug. Grot. mar. liber. c. 5.* nihil præter jus
34 gentium uſum ejus tuetur. Sanctiora autem hominibus vi-
deri, & ab omni utique infeſtationis periculo liberiora eſſe
debent, quæ ſola ratione tuta ſunt, quæq; ſolo jure defen-
dun-

Digitized by Google

duntur, quam quæ ſub perpetua cuſtodia, & quaſi in oculis
haberi poſſunt. *vid. Matth. de Afflict. deciſ. Neapol. 275. & Iul.*
Clar. pract. crim. §. fin. quæſt. 83. verſ. oſculum inferens. ubi in ſimili
de via Regia. Unde Germanicus, cùm per ſeditionem con- 35
jugem & liberos à furentibus ſummoviſſet, patris h. e. Tibe-
rii Imperatoris ſecurus: ſed *illum quidem*, ait, *majeſtas ſua*,
Imperium Romanum cæteri exercitus defendent, *Tacit. 1.*
annal. c. 42. n. 2. & paulo poſt, quaſi effracto hoc repagulo, 36
nullum amplius eſſet rerum humanarum frenum; *quod aliud*,
inquit, *ſubſidium ſi Imperatorem ſprevissent?* *ibid. c. 47. n. 4.* Ita 37
nos ſublata maris ſecuritate cum una rumpi oporteat omni-
um nationum fidem, tantoq; ipſarum conſenſu jus conſtitu-
tum violari, haut immeritò dicemus: *quod aliud toti huma-*
næ ſocietati ſubſidium, tanti conſenſus, tanti juris ſpreta veneratione?
Deinde immanitas quoque piratarum tanta eſt, ut omnem 38
humanitatem exuiſſe videantur, ſi tum inſidias ſpectemus,
quas plerumque majoribus Rebuſpubl. alibi implicatis ſtru-
unt; quò ſub alieni belli tumultu ipſi impunius graſſentur,
Flor. d. ſapius c. 6. l. 3. tum quod cum undis & tempeſtatibus 39
luctantes, adeoq; jam ipſa navigatione miſeros, *Synes. epiſt.*
4. non ſolum ex inſidiis & improviſo, ſed & per vim, &, ut
Itali ICti loquuntur, de aſſaltu adoriuntur, *Bald. in c. 1. §. Simi-*
liter. Quib. mod. feud. amitt. Santern. de ſponſ. mercat. part. 4. n. 54.
quo nomine eos graviſſimis verbis incuſat, *Peck. ad auth. na-*
vigia. C. de furt. pr. n. 5. tum quòd ſæpe, cùm integra præda 40
ſine ſanguine frui liceret, cruenta ſpolia detrahere malint:
noxios denique & innoxios juxta habeant, nulloq; belli
apud ſe jure quenquam gaudere ſinant; ſicuti hunc eorum
morem ut crudelem, immanem, nefarium, ac barbarum, pu-
blicè incuſat *Cic. pro Roſc. Comæd. col. mihi 48. lit. B.* eandemq;
rabiem piraticam vocat *Flor. d. lib. 3. c. 8. pr.* & ſummam veſani-
am *Peck. d. loc.* ſumma quidem ratione, cum & reperti fue- 41

 rint,

rint,qui munera ex præda Diis offerrent, gratiam hac via ſe
apud eoſdem inire poſſe ſperantes:

—— —— ipſumq; vocantes
Ad partem, prædamq; Jovem.

42 *Virgil. l. 3. Æneid. ubi Serv. notat.* Itaque convenientiſſima
naturæ lege inſpecta, ipſi viciſſim nec belli, nec gentium qui-
dem ullo jure digni reputabuntur; quin potius ferarum in-
ſtar quisquis nactus fuerit, mactandi jus habet, non tam ex
naturalis defenſionis regula, quàm publicæ ultionis cauſa,
abſque ullo juris, aut judicii ſufflamine, *Benev. Starch. de navi-*
43 *bus, ubi ſupr. part. 2. n. 10.* Quomodo Amphoterus & Hega-
lochus, Alexandri Duces, capta Chio, ex 12. triremibus cum
ſuo milite ac remige, navibus & piraticis lembis, Græco-
rumq; tribus millibus, quæ dedebantur omnia, alios in ſup-
plementum copiarum ſuarum diſtribuerunt, alios claſſi ſuæ
adjecere, ſolis piratis ex tempore ultimo ſupplicio affectis,
44 *Curt. l. 4. c. 5. n. 18.* cumq; paulò poſt Ariſtonicus cum pirati-
cis navibus aliis, ignarus captæ inſulæ, tanquam à Perſis ad-
huc teneretur locus, intraret urbem, omnibus catenæ injectæ
& nominatis antea ducibus ad ſupplicium traditi, *Curt. ibid. n.*
45 *21.* Sic Jul. Cæſar à prædonibus captus poſtquam ſe nume-
ratis 50. talentis redemiſſet, è veſtigio claſſe deducta eos
perſecutus eſt; redactos verò in poteſtatem, quod illis ali-
as ſæpe minatus inter jocum fuerat, ſine morâ ſupplicio affe-
46 cit, *Sueton. in vit. ejus. c. 4.* Ideo Cicero non injuria Verrem
ſummæ negligentiæ, & ex negligentia doli reum arguit,
quod archipiratam quendam captum ſupplicio non affeciſ-
47 ſet, *accuſat. in Verr. 5. col. mihi 275. lit. C.* Nam & ipſe Senatus
Romanus, quoniam aliter exſtirpari peſtis non poterat, juſto
bello perſequendos mandaverat primum M. Antonio Præ-
tori, deinde P. Servilio, noviſſimè Pompejo: quorum *ille* à
Byzantiis adjutus in Ciliciam eos compulit: *iſte* majoribus
viribus

viribus reſurgentes, in ipſa Cilicia per quinquennium variè afflixit, Pergamenone archipiratâ terra mariq; profligato: *hic* denique magnâ felicitate ſublatis 1346. eorum navibus, 48
ut ſcribit *Plin.lib.7.natural.hiſt.c.25. & 26.* ipſis piratis, totaq; eorum colluvie aut exſtinctis, aut in mediterranea ad agrorum culturam relegatis, totum bellum confecit, ita ut uſus maris recuperaretur, & nulli amplius piratæ eſſent, *Flor.lib.3. c.6.in fin.Liv.lib.99.epitom.Eutrop.lib.6. §.dum hæc geruntur.fol. mihi 789.* Imò verò, ut eò difficilior ſit reſtaurandi flagitii 49
copia, non mari eos ſubmoviſſe ſufficiat, ſed receptacula quoque eorum, *piratoria* Græcis dicta, undique deſtruenda: *Becht.de ſalvocond.c.4.th.128.in pr.* plerumque enim commoda & infeſtando mari, & ſeſe cum præda recipiendi loca eli- 50
gunt, unde inſtar animalium, quibus aquam terramq; incolendi gemina eſt natura, ſub terreſtris hoſtis receſſu, ſoli impatientes, in aquas ſuas reſiliant, *Flor. lib. 3. d. c.6. n. 6. & Cic. 4. Verrin.col.mihi 225. lit. E.* Talia olim receptacula in Cilicia 51
deſtruxerunt Romani Pompejo duce, Phaſelin, Olympum, & Iſaurum, ex quâ ipſe majorum ſuorum titulis Iſaurici conomen adjecit, *Val. Maxim. lib. 8. c. 5. §. 6.* multaq; ſimilia exempla & veterum, & recentiorum ſeculorum annales ſuppeditant.

Sed hæc uti de piratis propriè dictis veriſſima ſunt; 52
ita cum mica ſalis, quod dicitur, & diſtinctione quadam accipienda: videndumq; inprimis, publico juſſu an privato auſu prædatio facta ſit; deinde an belli occaſione, an verò extra omnem belli cauſam. Primum enim, qui publi- 53
ca autoritate ejus, qui cum hoſte manifeſtum bellum gerit, aut retorſionis jure uti poteſt, latrocinantur, quicquid ab hoſte capiunt, jure gentium vel ſuum faciunt, vel Imperatori, aut Reip. ſuæ acquirunt, *§. 17. Inſt. de rer. div. et acquir. eor. dom.*

dom. l.7.ff.eod. Bartol. in l.hoſtes, de captiv. & poſtlimin. rev. Sunt
54 enim hi legitimæ pars militiæ, numero tantùm ab ipſa claſſe
diverſi, & quemadmodum terreſtrium copiarum emiſſarii
ſive explorandis hoſtium rebus, ſive irruptioni faciendæ in-
ſerviunt, vernacula noſtra Partengänger/ welche auff Kund-
55 ſchafft oder Beut außgeſandt; ita in bello maritimo hujus-
modi naves, ſive explorandi cauſa, Kundſchaffer/ ſive ad in-
tercipiendum hoſtilem, noſtrum verò eundum commea-
tum, vulgò Convoyer/ ſive ad invaſionem faciendam, vulgò
56 Octroyrte Freybeuter/ Commißfahrer/ Kaper/ ſive etiam ad
cuſtodiendos portus & littora maris, vulgò Außlieger/ Creu-
ger/ welche in der See kreutzen/ h. e. pro maris defenſione ver-
ſis huc illuc carbaſis vehantur, *vid. Aut. de ſtat. fœd. Belg. provinc.*
57 *c.1.§.2.& 1.* cunctæ juſtas prædas agunt; dummodo à fœ-
deratis, amicis, & quorum neutræ in bello partes ſunt, abſti-
58 neant: qui ut ab aliis dignoſci, & à periculo immunes eſſe
queant, atteſtationibus & documentis fide dignis, alß da ſein
ihre Päß und Seebriefe/ *Certificationen, Cogneſſementen, &c.* in-
ſtructi eſſe debent, unde emiſſarii illi, quinam ſint, quas mer-
ces vehant, quorſum tendant, certiores reddi atque edoceri
59 posſint. Nec tamen, ſi ex reſidua ſuſpiciuncula aliqua nihi-
lominus abducantur (niſi quid dolo factum fuerit, hactenus
enim à veris piratis vix differunt, *l.1.§.non tantum.ff.de incend.*
60 *ruin. naufr.*) illico veri latrocinii rei fiunt captores; læſis
autem reſtituere ablata debent, in eumq; finem nonnullibi
maritimæ regiones hodie peculiaria conſtituta habent judi-
cia, vulgo Ammiralitäten/ quorum uſus in eo quaſi conſiſtit,
ut querelas hoc nomine interpoſitas audiant, ſpoliatis capta
reſtitui jubeant: *vid. Beſold. theſ. pract. verb.* Ammiral *et Speidel.*
in not. juridicopolit. eod. verb. adde d. Auth. de ſtat. confœd. provinc.
c.3.§.6. et add. Alberic. Gentil. Hiſpan. Advoc. lib. 1. c. 21. Item eines
Ehrenveſten Hochweiſen Rahts der Stadt Hamburg Ammiral-
ſchafft

ſchafft Ordnung *de anno 1623. ubi in ſpecie art. 17.* Et hoc qui- 61
dem genus jure belli ita defenditur. Secundum genus eo-
rum eſt, qui publicâ quidem autoritate, extra tamen belli
cauſam prædantur, ſeu gentis aliquo odio, ſeu merâ prædan-
pi libidine. Tales erant Illyrii illi, qui in Italos piraticam 62
exercebant, defenſi à Regina ſua Teuta: *impedire, quo minus*
privatim, quam poſſet quisque, utilitatem capiat è mari, regibus ne-
quaquam in more eſſe, Romanorum Legatis reſpondente, *Polyb.*
lib. 2. Grot. lib. 2. de jur. bell. & pac. c. 21. Tales quoque noſtra 63
ætate non ſolum à Turcarum Baſſis, h. e. provinciarum Præſi-
dibus, ex Ægypto, Syria, Aſia minore, Dalmatia, & Græciæ
oris, ſed à reliquis etiam Africæ Regibus, qua parte hodie
Barbaria dicitur, mari immittuntur ad diripienda Chriſtiano-
rum navigia, ſicut maximo ſuo, ſuorumq; detrimento expe- 64
riuntur, qui aut mediterraneum, aut Hiſpanicum ſaltem ma-
re navigant, & indicat *Auth. navigia C. de furt. ibi: Chriſtiano*
nomini inimica. Ac in iſtos quidem quamvis licentia ſupe- 65
riorum nitantur, non tantum retorſionis jura licita ſunt, eisq;
ſanè uti adverſus eos Hiſpanicas, Toſcanas, aliasq; Italico-
rum Principum ac Civitatum triremes, apparet ex eleganti
controverſia apud *Don Garſ. Maſtrill. Siciliens. deciſ. 180.* Ve-
rùm in Chriſtianorum quoque poteſtatem redacti quin gla-
dio ultore tollendi ſint è medio, vix dubitaverit quisquam,
cùm omnis extra bellum prædatio merum, verumq; ſit la-
trocinium, nec ulla ratione defendi poſſit, *vid. Alb. Gentil. Ad-*
vocat. Hiſpan. l. 1. c. 15. & paſſim. add. Senatus Hamburg. Ordnung
wegen der in Türcken gefangener Boß- und Schiffleute *de 9. No-*
vemb. 1624. Proximi his, nec minori vindicta digni, tertium 66
genus, qui non publico quidem juſſu, belli tamen occaſione
prædas agunt, qualis erat illa piratarum manus, quæ Alexan-
dro in Græcia belligerante, Cretæ inſulæ pleraque occupa-
verat, utroque Rege, Alexandro videlicet & Dario in bel-

Digitized by Google

67 lum converſo, ut ait *Curt. lib. 4. c. 8. n. 15.* quales etiam, qui Romanis infeſtum reddebant æquor, ſicut paulo antè diximus; de quibus; *Audaciam*, inquit hiſtoricus, *perditis furioſisq; latronibus dabat inquieta Mithridatis prœliis Aſia, &c. Flor. d. c. 6. in*
68 *pr.* Peſſimi verò omnium, qui nec ullius populi aut Principis juſſu, ſed ſolo privato auſu, tanquam hoſtes & contemto-
69 res omnis legitimi imperii circumvolitant maria; qui ſi pauci numero, & ex inſidiis navigantes obruant, latronibus noſtris ſimiles Schnaphanen dicuntur, ſin majori vi ac numero graſſentur, veri prædones, rechte Seerauber appellan-
70 tur. Ita proximis ſeculis, valido adhuc Civitatum Anſeaticarum commercio, & in Norwegiæ diverticulis, & ad majorum fluminum oſtia erumpebant ſæpe ejusmodi inſidiatores, paulatim in Civitatum poteſtatem redacti, ac dignis pœ-
71 nis ſubjugati, adeo ut Hamburgi circa annum Chriſti 1480. ex eorum numero 74. extremo ſupplicio afficerentur, ſicut annotavit *Chron. Lubecenſ. Reckem. fol. 87.* Sextus verò Pompe-
72 jus, Magni filius, privatâ vindictâ patris invidiam ulturus, non myoparonibus, quod erat leve & curſorium navigii genus, piratisq; in uſu, ſed navali claſſe; non ex inſidiis, ſed aperto Marte in Romanis ferebatur; exſtinctus tamen & ipſe à Titio, Antonii Legato, ſub percuſſoris manu, juſtas temeritatis, motæq; in patriam prædationis pœnas luit, *Flor. l. 4. c. 8.*
73 Et de his tribus poſterioribus ſpeciebus accipienda, quæ vulgo jure civili adverſus piratas, aut ſancita ſunt, aut docentur: nempe quod naves, bonaq; ipſorum licitè diripiantur, *Auth. navigia. C. de furt.* quòd ſeveriſſimis pœnis legum ſubjiciendi ſint, *Nov. 134. c. 13. verſ. Eos verò, Peck. ad l. 10. ff. de incend. ruin. naufr. n. 3. in fin. ubi de generali conſuetudine atteſtatur.* quòd ipſo jure ſint diffidati, *ut ait Bald. in d. Auth. navigia, Salicet. ibid.* ideoq; à quovis privato ipſis occurrente impune lædantur, *c. ſi quis fortitudinem, 23. qu. 3. Angel. Conſ. 290. incipit: Thema eſt*

tale.

tale. Peckius ad d. Auth. navigia, n. 5. add. Grot. lib. 2. de jur. bell. & pac. c. 20. §. 8. & 14. ubi hoc limitat, & Socin. vol. 2. Conſ. 262. n. 5. Iaſ. vol. 2. conſ. 170. Benev. Strach. de naut. navib. & navig. part. 3. n. 30. 31. Idem de navib. part. 2. n. 16. Santern. de ſponſion. mercat. part. 4. n. 42.
Ut itaque è diverticulo hoc, quaſi à piratis abrepti, revertamur ſalvi; tenendum illud omnino eſt, tantum abeſſe, ut his hominibus naturaliter patrocinium debeatur, ut etiam indignum ſe faciat humanâ ſocietate & hoſtem ejusdem, quisquis maritimum prædonem celaverit, aut juverit, aut defenderit, *l. 3. §. non ſolum. verb. recepit. ff. de incend. ruin. naufr. & t. de receptator. &c.* 74

Porrò bannitos quod attinet, quoniam ipſius banni vigore omni ſecuritate privantur, *Gail. prolixè lib. 2. de pac. publ. c. 10.* & tam in perſonis ſuis, quàm ratione bonorum impune offenduntur, ſein Vogelfrey/ und iſt deren Leib und Guth aller männiglich erlaubet/ h. e. inſtar avium habentur, eorumq; corpus & bona cujusvis injuriæ expoſita ſunt, *Ord. Cam. part. 2. tit. 9. §. 1.* ideo nec recipi in tutelam, aut patrocinium cujusquam debent, *Receſſ. Imp. 1548. §.* Es ſol auch/ *Schurf. cent. 3. Conſ. 10. n. 14. & ſeqq.* juxta illud vulgare: Ubi offenſio licita, ibi defenſio illicita, *Dd. in l. 3. de juſt. & jur. Harpr. in §. hac actio, n. 153. Inſt. de injur.* adeo ut nec homicidii reus fiat, qui bannitum occidit, *Clar. pract. crim. §. homicidium, n. 52. & 54.* nec interſit ad hoc, ut ita lædi poſſit, ex contumeciâ, an ex delicto quis bannitus fuerit, *Gail. d. lib. 2. de P. P. c. 5. n. 12. et 13. vid. tamen Georg. Everh. vol. 2. Conſ. 17. Theming. vol. 1. conſ. 13.* Itaque hactenus quidem Piratis æquiparantur, aliâ tamen ratione ab eis differunt, quantum ad præſentem materiam attinet. *Primò* enim, cùm in proſcriptionem, ſive bannum, quis non ſemper incidat ex tali cauſa, vel delicto, quo læditur tota ſocietas humana, ſed illa tantum civitas,
75 76 77 78 79

vitas, aut reſpubl. in quâ degit (quod in banno contumaciæ
manifeſtum eſt) ideo non ultra proſcribentis territorium
extenditur banni effectus, *poſt Bart. in l. non dubito, n. 2. ff. de*
80 *captiv. & poſtl. reverſ. Clar. prax. crim. §. fin. quæſt. 71. n. 11.* Unde
bannitus hujus civitatis, impune in protectionem recipitur
alterius civitatis dummodo non utrinque ſint ejuſdem territorii municipia, *Theſaur. lib. 2. quæſt. 10.* aut etiamſi fuiſſent,
tempore delicti, altera tamen earum mutaverit dominium;
ſicuti Placentiæ inſignis quidam Sicarius cùm adhuc civitas
eſſet ſub Ducatu Mediolanenſi, de atrociſſimo delicto condemnatus, ſeparatâ civitate à Ducatu, judicio Senatus abſo-
81 lutus eſt, ut ex facto refert *Clar. d. qu. 71. n. 11. in fin.* cumq; confœderatio non mutet, aut communem efficiat juriſdictionem, ideo etiam fœderata civitas, aut populus fœderatus alibi bannitum recipere & defendere poteſt, *vid. Sichard. in*
82 *l. 1. n. ult. C. de hered. inſtit.* ac per evidentem conſequentiam falſum eſſe oportet, quod noſtratium aliqui bannum ab Imperatore, vel Spirenſi Camerâ emanatum, per totum terrarum orbem extendi ſomniant, falſo procul dubio principio innixi, quaſi neceſſum eſſet Imperatorem eſſe Dominum to-
83 tius mundi, *Gail. de pac. publ. l. 1. c. 6.* quam tamen opinionem hodie amplius tueri velle, cùm res & veritas ipſa reclamet, aut meræ ineptiæ fuerint, aut magna inſcitia, *vid. Lud. Molin. tom. 1. de juſt. & jur. tract. 2 diſput. 30. & Marquard. Freher. in not. ad Pet. Andlo. l. 2. c. 8. verb. dominus mundi.* idq; in terminis noſtris non obſcurè fatetur ipſa *Ordinat. Cam. part. 3 tit. 48. §. fin.*

84 *Secundò*, quoniam bannitus poteſt adhuc rebanniri, ut Dd. loquuntur, h. e. à banni nexu iterum liberari, ſeu abolitione, ſeu quo alio juris remedio, ideo pendente adhuc proceſſu, ſive in judicio principali, ſive in puncto reviſionis, reſtitutionis in integrum, &c. interea temporis ut tutus ſit

ab

Digitized by Google

ab omni injuria, violentiaq; extrajudiciali, licebit ei patrocinium quærere, & impune à patrono ſuo defendetur, *per l. 7. & 8. C. ad l. Cornel. de falſ. Gilmann. Symphor. deciſ. dub. Camer. tom. 3. verb. ſalvus conductus in fin.* 85

Tertio, etiamſi nihil ſuperſit in proceſſu adverſus banniendum, ac jam bannitus ipſe omni ulteriori ſuſpenſivo careat remedio, adeoq; jam licitè offendi, imò trucidari poſſit, notatu tamen dignum cenſuere Interpretes, *licere* hoc quidem cuivis, at *non neceſſum eſſe*, niſi Ducibus Circulorum Imperii, aut quibus aliis executio ab Imperatore, vel Camerâ, ſpecialiter fuerit mandata: *arg. eorum quæ habet Denais. jur. Cameral tit. 50. §. 4. & ſeqq. & vid. Becht. de Salvo cond. c. 4. th. 123.* ubi jura & Dd. ita ſtatuere atteſtatur. Unde ſi quis Imperiali fulmine notatus, ſive Princeps, ſive quis alius Status Imperii, quanquam habeatur pro hoſte Imperii, & ut loquuntur, diffidato, ipſiusq; bona fiant occupantium, *poſt Bald. Iaſ. Alex. Schwanm. obſerv. pract. Cam. 48.* bona tamen in alterius Status portum aut territorium delata, impune recipi & bannitis reſtitui poſſe nullus dubito, *vid. Honded. lib. 1. Conſ. 88.* Denique uti hæc juri civili hodierno conveniunt, inq; Romano Imperio obſervantur, ita jure gentium tales tantosq; effectus proſcriptio non habet, evidenti ratione: quoniam, ſicut antè diximus, bannitus, ſeu proſcriptus, eo ipſo quod bannitus eſt, non fit hoſtis omnium gentium, ſed communis ſecuritatis præſidio exuitur ſaltē apud eos, quorum jurisdictione antea tutus erat. Quin imò hoc ipſum, ut bannitus impune offendatur, non ex jure gentium eſt, ſed ex particulari Romanorum Impp. aliarumq; quarundam Rerump. inſtituto, cùm idem ne apud Gallos quidem obſervétur, ut teſtatur *Chaſſan. ad conſuet. Pariſienſ. rubr. 2. des. confiscations, verb. qui confisque le corps. n. 10.* nec diffidentur noſtrates, quando non omnis juris beneficia bannitum amiſiſſe tradunt,

86 87 88 89 90

91 dunt, *vid. Cravett. vol. 2. Conſ. 941. & 925.* imò nec antiquo
civili jure licentiam iſtam impune occidendi bannitum pro-
bari, ex communi Dd. opinione, ad contraria ſimul reſpon-
dendo, refert & ſequitur, *Clar. lib. 5. ſentent. §. homicidio*
n. 52.

92 De Judæis & hæreticis tandem quid dicemus? ſintne
protectitii juris capaces, inq; clientelam propitiis legibus
93 recipiendi? Nec enim deſunt improvidi Zelotes, qui *illos*
quidem tum ob injurias & blaſphemias in Salvatorem Do-
minum ac Deum noſtrum, tum ob uſurariæ pravitatis ſtudi-
um, quo tanquam ſangui ſugæ innocuam plebem emun-
gunt, undique expellendos, & ab omni Chriſtianorum con-
ſortio removendos, nedum patrocinio ac tutela ſingulari
94 dignos cenſent, exemplo Ferdinandi Hiſpaniarum Regis,
qui anno 1491. plusquam 20000. ditionibus ſuis expulit, re-
ferente *ex Paul. Wehner. metamorph. Rerump. Later. de cenſ. l. 3.*
95 *c. 23. n. 46.* Alii contrà, ſive ob ſpem converſionis, ſive hu-
manitatis cauſa, vita, quanquam ſervili, apud nos frui ſinunt,
96 dummodo à fœnore illicito, aliisq; ſcandalis caveant, in
qua opinione fuerunt & Hildebrandus & Gregorius IX.
Pontifices, qui immunitatem eis in terris Chriſtianorum pe-
culiari indulgentiâ conceſſerunt, *vid. Lehman. Chron. Spir.*
97 *lib. 5. c. 37 & l. 7. c. 42.* & hodie tum ex *Aur. Bull. tit. 9.* tum ex
obſervantiâ vigore regalium Statibus Imperii eos recipere,
& protegere adverſus injurias, certis conditionibus permit-
titur, *Thom. Mich. de jurisd. Imp. Rom. th. 48. lit. b. Gravem 2.*
pract. obſ. 5. in coron. n. 4. quibus adde I. Gerhard. quaſt. polit. dec. 9.
qu. 1. Speckhan. cent. 2. claſs. 1. qu. 16. ut adeo, quin recipi in tu-
telam poſſint, uſu & juribus Germaniæ noſtræ ſit extra du-
bium, *add. l. nullus. 14. C. de jud. & l. 6. C. de pagan. Heig. illuſtr.*
98 *quaſt. part. 1. qu. 4. n. 30. Vaſq. illuſtr. controv. l. 1. c. 8. n. 12.* Hæreti-
cos autem quoniam à civili hominum ſocietate non exclu-

dit

Digitized by Google

dit ſanior orthodoxarum Eccleſiarum conſenſus, contra, quàm Pontificiorum nonnulli ſentiunt, ferrum flammamq; hìc ingeminantes, ideo patrocinio quoque humano non eſſe privandos, imò verò etiam opus habere, cum nunquam non reperiantur, qui eis præter jus, fasq;, modis inordinatis, planeq; illicitis inſultent, exiſtimamus, *vid. Meiſn. philoſ. ſobr. part. 1. ſect. 2. c. 4.* & ex noſtratibus *Hotoman. illuſtr. quæſt. 11.* De quo cùm infrà *part. 3. cap. 2.* pluribus agatur, & hìc ipſi opinione jam fuerimus prolixiores, filum abrumpemus.

CAPUT V.

DE RESTRICTIONE ET CAUTElis in contrahenda clientela, Statibus Imperii præcipue, obſervandis.

SUMMARIA.

1. *Cautiones in clientelis eorum, qui alieni juris ſunt, obſervandæ.*
2. 12. *Superioris jura ubique ſunt excipienda.*
3. *Pacta inter alios non nocent tertio.*
4. *In concipienda formula clientelæ, periti adhibendi.*
5. *Species imprudentioris clientelæ.*
6. *Verba in tempus concepta, ad modum rei non extendenda.*
7. *In omni pacto initium ſpectandum.*
8. *Conventiones cautè ineundæ.*
9. *Contrahentes liquidis verbis uti debent.*
10. *Quæ initio voluntatis, facto neceſſitatis ſunt.*
11. *Formula reſervandi jura ſuperioris.*
13. *In caſu neceſſitatis valet pactum ſine præſcitu ſuperioris.*
14. *Protectionis clientelaris utilitas.*
15. *Proteſtatio facto contrario redditur inutilis.*
16. *Cliens ſubditos habens, eorum libertati quoque conſulere debet.*
17. *Dux Pomeraniæ in fœdere Stetinenſi reſervavit reſpectum & jura Imperatoris.*
18 *Itidemq; libertatem & privilegia ſubditorum Pomeraniæ.*
19. *Superfluum non nocet.*
20. *Proteſtatio quomodo ſuperiori intimanda.*

Digitized by Google

21. 23. *Proteſtationem omittens,fit ſuſpectus.*
22. *Amor & Imperium non admittunt rivalem.*
24. *Florentinis propter omiſſam proteſtationem præſidium imponitur à Carolo V.*
25. *Suſpicio ſemel radicata, Principum animis difficulter evellitur.*
26. *Imperantibus etiam amicorum fides ſuſpecta eſt.*
27. *Quidam Status Imperii impune Galliæ et Sueciæ patrocinium uſurparunt.*
28. *Alienum patrocinium non facilè permittendum.*
29. *Extrema ſalutis cura factum quodcunque excuſat.*
30. *Imperator peregrinis Statuum clientelis connivendo indulſit.*
31. *Cautiones eorum, qui ſui juris ſunt.*
32. *Proclivis à clientela ad ſubjectionem deſcenſus.*
33. *Regnantium prætextus.*
34. *Avicularum cum cuculo colloquiū.*
35. *Periculoſum eſt, Tyranni in poteſtatem ſe dare.*
36. *Germanorum de occaſione proverbium.*
37. *Machiavelli de Romanorum pietate judicium.*
38. *Scipionis, & aliorum, pro populo Romano teſtimonium.*
39 *Latinorum, Batavorum, & Germanorum contra eundem querela.*
40. *Roma ſociis defendendis fit orbis domina.*
41. *Albericus Gentilis defendit Romanos.*
42. *Anglia à VVeſtphalis, Friſia à Saxonibus occupata.*
43. *Piſanorum à Venetis et Ludovico Sforzia periculum.*
44. *Cameracum, Tulla, Verdunum, nunc Gallicæ ditionis.*
45. *Genuenſes ab Hiſpanorum patrocinio dehortatur Boccalinus.*
46. *Auxiliatores ſua commoda quærunt.*

DIximus *capite 1.* quatenus liceat Ordinibus ac Statibus Imperii Romani clientelaria fœdera inire. Quæ etſi ita ſe habeant, ſtrictoq; jure defendi ex communi opinione poſſint: admonitione tamen, & cautionibus quibusdam nunc adjiciendis opus habent. Et æquius quippe, & tutius, opinor, fecerint, ſive mediatè, ſive immediatè Imperatori pareant, ſi in caſu quærendi patrocinii, non ſolum de neceſſitate conſilii ſui cunctos, quorum imperio & jurisdictioni addicti ſunt edoceant, ſed & quasdam inſuper cautiones adhibeant. Pri-

Primùm quidem, ne ipſa protectionis formula habeat quod offendere ſuperiorem, aut derogare imperio ejus ullo modo poſſit. Semper enim & perſona, & jura ejus, cujus majeſtatem aut imperium reveremur, ab hujusmodi pactionibus excepta eſſe debent, *Ferrar. in form. libell. ad revocat. feud. verſ. contra debitum, n. 2. Modeſtin. Piſtor. lib. 2. conſ. 52. n. 7. & 20. Roſenth. de feud. c. 8. concl. 13. Vult. de feud. lib. 1. c. 10. n. 29.* & ne quid damno ipſius ſive expreſsè, ſive per imprudentiam agatur, ſollicitè cavendum, *c. 1. de nov. form. fidel. & c. 1. §. fin. de probib. feud. alien. in Vſ. Feud. Roſentb. de feud. c. 2. concl. 3. pluribus.* 2

Nec enim pacta convenit inter alios inita nocere tertio ignoranti, aut ſaltem debitè non requiſito, *gloſſ. & Dd. in l. de unoquoque ff. de re jud.* nec quòd vaſallus aut ſubditus contrahit, præjudicium adferre invito domino, vel ſuperiori, *per ante allegata.* 3

Itaque ne quâ ſermonis ambiguitate, vel obſcuritate circumveniamur, viros eruditos, & uſu rerum exercitos, ut & Scribas, Notarios, Secretarios, clauſularum, formularum, ac conventionum talium peritos in conſilium adhibere operæ pretium eſt, quorum ductu ipſum protectionis inſtrumentum conſcribatur, neceſſariisq; clauſulis cautè muniatur, *arg. l. 1. §. 1. ibi: ſi imperitè verſatus ſit, ſibi imputare debet. ff. ſi menſ. falſ. mod. Knauſtin. Element. art. notar. fol. mihi 1.* Proclivis enim in hiſce lapſus eſt, ut etiam cùm maximè caveas, ſæpe captus fies: veluti cùm de fortalitio, Patrono ſubvenienti donec bellum finiretur tradito, ita fortè conveniſſet: *Reſtitutum iri bello finito iis conditionibus, quæ aliquando de pace acturis placuiſſent.* Et ſi enim hac formula, quæ in tempus reſtitutionis quàm in modum potius concepta erat, planè ut aliquando retineri à Patrono ipſum fortalitium poſſet, nunquam conſenſiſſe partes, ſatis intelligatur, ac in omni pacto intentio & primordium ſit inſpiciendum, *l. ſi tantum ff. ad SC. Maced. l. ſi voluntate, C. de reſcind. vend.* tamen quia contingeon- 4 5 6 7

tingere poterat, ut de pace agentibus hoc ita placeret aliquando, meminiſſe debuerant contrahentes, expreſſius ſibi eâ de re & caveri potuiſſe, & cavendum fuiſſe; quodq; in concipiendis hujusmodi non minus quàm aliarum conventionum formulis, dignum obſervatu monuit *Paulus IC. lib. 3.*
8 *ad Edict.* Ante omnia animadvertendum eſſe, ne conventio in aliâ re facta, aut cum aliâ perſonâ, in aliâ re, aliave per-
9 ſonâ noceat, *l. 27. §. 4. in fin. ff. de pact.* & quod ſimiliter Imp. Juſtinianus reſcripſit: dandam eſſe contrahentibus operam, ut revera, hoc eſt, liquido appareat, quid quisque dare aut dicere voluerit, ne dum effuſo ſermone ſeſe jactat, in promtum incidat periculum, *l. 7. in fin. C. de dat. promiſſ. & nud.*
10 *pollicit.* nam uti ab initio cuivis legem rei ſuæ figere licet, quam voluerit, ita quæ ſemel placuere poſtea ſunt neceſſitatis, *l. quoties C. de donat. quæ ſub mod. c. verum. de condit. appoſ.*
11 Altera cautio eſt, ut cliens non ſolum curam adhibeat in concipienda formula; ſed & in ipſo recipiendæ protectionis actu diſertis verbis proteſtetur, ſe non aliter quàm illibato honore, omniq; jure ſuperioris ſalvo clientelam ſubire, his vel ſimilibus verbis: Daß er vermittelſt annehmung ſolcher protection, weder der Römiſ: Käyſerl. Majeſt. noch wem er ſonſt mit Unterthänigkeit verwand/ an dero zuſtehenden obern Bottmeſſigkeit/ Ehren/ und Reſpect/ auch ſchuldigen Treuen/ und Gehorſam im geringſten nicht wolle præjudiciret, noch abgebrochen/ ſondern daſſelbe alles hiemit unausgeſetzter devotion vo b:halten haben/ deswegen zierlichſt proteſtirend und bedingend/ h.c. *protectionem hanc acceptando, velle ſe S. Cæſar. Majeſtati, vel cui præterea ſubjectione addictus ſit, in juribus ſuperioritatis, jurisdictione, honore, & reſpectu, fide quoque & obſervantiâ debitâ, nihil omnino præjudicare, aut eorum quicquam imminuere, ſed ea omnia illæſa devotione reſervata cupere, deſuper ſolenniſſimè prote-*
12 *ſtando, &c.* Omne enim præjudicium ſuperioritati imminens

nens cavendum eſt ſubditis contrahentibus, *Roman. conſ. 47. n. 6.* cujus reſpectus & majeſtas ſemper excepta quamvis habeatur, nunquam tamèn non excipienda eſt, *Bald. in c. 1. de judic. VVeſenb. conſ. 48. n 23. & 30.* Adeo, ut clam fieri cenſeatur, quicquid prævià caret notitiâ & approbatione ſuperioris, *l. 5. §. 1. & 2. ff. quod vi act. clam. Bald. in c. humana, de elect.* Solo neceſſitatis caſu excepto, quo ſufficiet vel reapſe jus ſuperioris ſervari integrum, *Menoch. conſ. 37. n. 33. & 38.* vel proteſtatione verbali eo nomine interpoſita. eaq; tum proteſtatio & utilis erit proteſtanti, quem à ſuſpicione doli liberat, & ſuperiori ipſius honorifica, *Socin. jun. lib. 3. conſ. 134. n. 86. Ruin. lib. 1. conſ. 46. n. 2. Cravett. vol. 1. conſ. 29 n. 8.* Cui proteſtationi ſi vel tunc, vel deinceps facto aliquo contravenerit, eadem rurſum inutilis efficietur, ut habet vulgare axioma, *d. c. gratum. X. de offic. deleg c. ſollicitum, X. de appellat. Dd. comm. in l. non ſolùm ff. de oper. novi nunc.* Quin imo (ne hoc quoque omittamus) non ſuperioris tantum honori conſulere, ſed & ſubditorum ſuorum, ſi quos habet, libertati ac juribus ſimul proſpicere debet cliens; quorum ob commune periculum, haut parum intereſt ſervari integra & in ſolido unà collocari competentia jura, uti & ſuperius monuimus, & rei æquiſſima ratio per ſe flagitat. Atque illud utrumque cum noviſſimè in formulâ fœderis Sueco-Pomeranici, cujus ſupra quoque mentionem fecimus, *hac part. 2. c. 3 n. 44.* expreſſum contineatur, in recentioris facti memoriam non pigebit verba ipſa adſcribere, quæ ita habent: Daher ſürs dritte/ dieſe Einigung nicht contra majeſtatẽ Imperatoris & Imperii, ſondern vielmehr reſpectivè pro Imperii ſtatu, ſolches in antiquâ formâ, libertate, & tranquillitate zu conſerviren, und den Religion und Profan-Frieden wieder die graſſirende turbatores pacis publicæ zu ſchützen/ angeſehen und gemeinet/ dadurch auch die Verwandniß / damit wir Bogißlaff Hertzog zu Stettin/ Pom-

13 14 15 16 17

Pommern / der Römiſch. Käyſerl. Mayeſt. und dem Heiligen Reich/wie auch dem ober-ſächſiſchem Cräyſe verbunden / nicht auffgehaben/ſondern vielmehr denſelben unſere rechtmäſſige gebuer und Schuldigkeit vorbehalten / h.e. *Quare tertio hæc unio non contra majeſtatem Imperatoris & Imperii, ſed potius reſpective pro Imperii ſtatu, ad id in antiqua forma, libertate, & tranquillitate conſervandum & religioſam, profanamq; pacem contra graſſantes turbatores publicæ pacis defendendam, deſtinata & directa eſt; quâ etiam vinculum illud, quo nos Bogislaus, Dux Stetini, Pomeraniæ, S. Cæſareæ Majeſtati, & Sacroſancto Imperio, ut & ſuperioris Saxoniæ Circulo obligati ſumus, non rumpitur, ſed magis debita noſtra obſervantia & obligatio illis reſervatur, &c.* Et hactenus reſpectus obſervatus eſt ad Imperatorem: quæ ſequuntur, ad ſubditorum jura & intereſſe pertinent:

18 Und wir ſampt unſeren Fürſtenthumen/Landen/und Leuten bey dem Römiſchen Reich/ Reichs-Creyß-und Landsverfaſſung verbleiben / daneben auch unſer Landsſtadt nicht alteriret, noch uns an Lands-Fürſtlicher Hoheit zuſtehenden Regalien/ Jurisdictionen, Gerechtſam-und Herrligkeiten / wie auch der Pommerſchen Landſchafft/ Unterſaſſen und Ständen / alß Prælaten / Ritterſchafft und Städten an dero General und Special Privilegien / Freyheit/ und Gerechtigkeiten/ gemeinen Statuten / und legibus fundamentalibus, ſo wol eines jeden juribus ſingularibus, Gericht und Bottmäſſigkeit nichts benommen / oder dieſelbe hiedurch geſchwächet ſein ſollen. Quibus verbis indigitatur, ita pactum illud clientelare accipiendum eſſe, ut integra retineantur libertas, Statuta, jurisdictio, & quævis alia jura Ordinibus provincialibus, & cuivis ſubdito quæſita, *vid. locum ſupra c. 3. n. 44. hujus partis allegatum.*

19 Denique cum omne ſuperfluum, quamvis redundet, non noceat tamen, & ſæpe rem confirmet in ſuo ſtatu, *l. 28. C. de teſtam. las. in l. eum qui 56. §. 1. ff. de Verb. obl.* curabit cliens,

ens,ſuperiori ſuo ut reſervatæ ita ſuperioritatis proteſtatio 20
innoteſcat; quod fiet,ſi vel ipſam protectionis formulã,vel
proteſtationem ac mentem ſuam ſeorſim Notario & teſti-
bus declaratam, inſtrumentoq; peculiari comprehenſam,
transmittat,atque hac viâ omnem, ſi quis reſederit,ſcrupu-
lum eximat,aliàs in negotio tam tenero & ſubtili facilè aut 21
ſuſpicionem,aut indignationem ejus incurſurus,*Thom. Mich.*
de jurisdict. Imp. Rom, th. 138 lit. e. Eſt enim ut amor,ita Impe- 22
rium res ſuſpicionum ac invidiæ pleniſſima, ac ne vel um-
bram patitur rivalis,

——— ——— ——— omnisq́; poteſtas
Impatiens conſortis erit,

ait *Lucan, lib.1,bell.pharſal.verſ.92.93.* & paulò poſt *verſ.111.*

Non capit fortuna duos ——— ———

vid. ex noſtratibus eleganter *Weſenb. comm. Cod, commun. di-*
vid. n.13. Inde nonnunquam, inſinuatione proteſtationis 23
ejusmodi omiſſa,eveniſſe comperimus, ut vel augendi,vel
primum imponendi præſidii cogitatio oboriretur Principi,
veluti Florentinis contigit. Qui cùm Lautrecciano fœde- 24
ri populariter inſerti eſſent, addixiſſentq; civitatem ſuam,
Gallorum patrocinio,nullâ Carolo Imperatori,factâ denun-
tiatione,quibus de cauſis, quo animo, quibusve cautioni-
bus id facerent; Carolus,Princeps alioquin mitiſſimus,ex-
ardeſcens,Alexandrum Mediceum (quem Leo X.Pontifex
paulò antè Urbini Ducem creaverat) cum non exiguâ ma-
nu eis impoſuit; nec perſuaderi deinde ullis modis potuit,
ut præſidium amoveret, ac plenam libertatem reſtitueret
populo,quem ſubinde ad Gallici nominis tutelam reſpectu-
rum ſuſpicabatur,*Fam. Strad. hiſtor. Belg. decad. 1. lib.* 1.*fol. mihi*
46. Inter cætera etenim difficillimum eſt in Imperio, quod 26
non reliquorum more nobis ab hoſtibus,ſed ab amicis quo-
que timeamus,ait Livia apud *Dion. Caſſium hiſt.lib.45.*

Digitized by Google

27 Atque his tribus cautionibus adhibitis memini recen-
tiſſimis temporibus nonnullos Imperii Status, alios quidem
Galliæ, alios Sueciæ patrocinium, quanquam utrique tum
populo apertum cum Invictiſſimo Imperatore noſtro bel-
lum eſſet, miſſis ad aulam ejus ſubmiſſiſſimis eo nomine
precibus, cum annexo proteſtationis interpoſitæ documen-
to, in formâ, ut loquimur, probante, non ſine offenſione mo-
28 dò cujusquam, ſed & feliciter uſurpaſſe; nihil obſtante quo-
rundam contradictione, qui nec clientelas hoſtibus durante
bello permittendas ſuggerebant, nec proteſtationem exhi-
bitam, verbis licet adornatam, facto utpote contrariam, eſſe
29 recipiendam, *per c. gratum X. de offic. deleg. & ſimill.* Quippe
ſatis prudentiſſimo Imperatori apparebat, extremâ ſalutis
curâ, ipſius auxilium fruſtra exſpectantibus, ejusmodi patro-
cinia fuiſſe quæſita, cujusmodi caſibus multa quoque alia
exorbitantia, atque irregularia permittuntur, *c. ad limina. 30.
quæſt. 1. & pluribus ſupr. adde Afflict. in c. 1. §. item ſi fidelis, n. 55.
Quib. mod. feud. amitt. in Uſ. Feud. Thuſc. pract. concluſ. tom. 2. lit.*
30 *c. concluſ. 632. n. 1.* Itaque licet aſſenſum præbere manifeſtum
talibus noluerit S. Cæſ. Majeſtas, attamen nec ullum indi-
gnum reſponſum tuliſſe, qui facti ſui conſilium hoc modo
aperuerant, nec fiſcali ulla actione ob id pulſatos fuiſſe, ſecu-
ritati verò interea ſuæ optimè conſuluiſſe novimus.

31 Porrò, ſicut hæc monita clientes potiſſimum ſpectant,
qui alieni juris ſunt; ita, qui ſui juris, etſi non iiſdem,
aliis tamen cautionibus ipſi quoque opus habent, per quos
libertati ſuæ non minus proſpiciant, quàm illi juribus ac do-
32 minio ſuperioris. Idq; eò curioſius & attentius, quò pro-
clivior hic, cuſtode, ut ita dicam, remoto, ad ſubjectionem
à clientelâ eſt deſcenſus, *Bodin. l. 5. de republ. c. 6. n. 587. Warem.
ab Erenb. de fœder. l 1. c. 4. n. 13. Gail. 2. Obſ. 45. n. 6. Mynſ. decad. 2.*
33 *reſponſ. 13. n. 11.* Variis enim in hoc campo diverticulis ac

præ-

Digitized by Google

prætextibus utuntur regnantes, nec forte majoribus experimentis cognitum, quàm verè ſcripſerit *Baud. in præfat. de induc. bell. Belgic.* Nullibi majorem hiſtrioniam agi, quam in conſiliis, fœderibus, & pactionibus magnatum. Ideo pertinet huc apologus apud *Plutarch. in apophthegm. lib.6.* de 34
cuculo aviculas rogitante, cur ſe fugerent? reſpondentibus illis: Vereri ſeſe ne aliquando in accipitrem degeneret, avem rapacem ac prædatorem, & ob id metuendum: quod que veriſſimum olim Pompejus M. in fatalem naviculam 35
è ſua ad Ægyptios deſcendens, & Corneliæ uxori, filioq; valedicens, ex Sophocle retulit;

Domum Tyranni quiſquis intraiverit,
Haut liber exit, liber etſi venerit.

Plutarch. in vit. ejus. f. m. 661. Nec inficetè conſonat Germa- 36
norum vulgatum proverbium, quod plerumque ex canibus, cuſtodiæ cauſa acceptis, occaſionem ubi adepti fuerint, lupi evadant rapaces, de quo diſſerit *Trajan. Boccalin. lap. Lyd. c. 21.* Si exemplis opus eſt: Saltem Romanos, populum 37
cætera pulchrum, egregium, pium, ſanctum, & juris æquiq; veneratione magnificum (qualis certè videri maximè cupiebat) videamus, de quibus hoc quantâ ſimulatione, quàm variis prætextibus hanc fabulam egerint annotavit inter alios *Machiavell. de rep. l. 3. c. 18. & paſſim alibi.* Suavis illa 38
quidem in auribus gentium erat Scipionis Africani vox apud *Livium lib. 26. c. 49.* Populum Romanũ beneficio, quàm metu, obligare homines, exteraſq; gentes fide & ſocietate junctas habere potius, quàm triſti ſubjectas ſervitio: Quod & alibi *Livius & Flor. l. 2. c. 19. pr. & Cic. lib. 2. offic.* aliiq; domeſtici præcones extollunt. At contrà *Latinos* audiamus: ſub 39
umbra fœderis Romani ſervitutem ſe pati: *Batavos* item apud *Tacit. l. 4. hiſtor. c. 14. n. 5.* ſocietatem olim viguiſſe, nunc mancipia haberi; & *Germanos*: adimi veterem Germaniæ

Digitized by Google

libertatem, ac Romanos ſuper eam extolli, *Tacit. 11. annal. c.*
40 *16. n. 5.* Ut dubium non ſit, quin veriſſime hunc populum,
ſociis defendendis, terrarum omnium potitum eſſe, dixerit
41 ipſe *Cic. in fragm. lib. 3. de republ. apud Non.* quicquid pro ju-
ſtitia magnitudinis Romanæ apologeticè diſſerat, *Alber. Gen-*
42 *til. lib. 2. de armis Roman.* Ut de Angris ex Weſtphaliâ & Sa-
xoniâ Angliam auxilii occaſione invadentibus; de Friſoni-
bus Saxonicorum Principum auxilio primùm ineſcatis,
paulatim dominio ceſſis; ut de aliis antiquorum tempo-
rum exemplis taceamus, *videri enim de his poſſunt VVitechind.*
rer. Saxon. c. lib. 1 edit. Meibomian. fol. 2. Alb. Kranzius lib. 1. Saxon.
c. 19. & 20. et in Metrop. lib. 3. c. 27. Jan. Selden. in Iano Anglor.
lib. 1. fol. 4. Clariſſ. Pierius VVinsbemius, Ordinum Friſiæ hiſtorio-
graphus, hoſpes quondam meus, & amicus ſingularis, libris prioribus
hiſtor. Philippic. VVolfgang. Laz. de migrat. gent. paſſim. Recen-
43 tiori ævo Venetis, & Ludovico Sforziæ Mediolanenſium
Duci, quando Piſanis bello Florentino impeditis, tutelam &
ingentia auxilia promitterent, occulto interim ipſos Piſanos
opprimendi conſilio, ſimile quid fuiſſe imputatum legimus,
44 *Guicciard. hiſt. lib. 2.* pariterq; florentisſimarum quondam
Imperii civitatum trigam, Cameracum, Tullam, Verdunum,
defenſionis ac protectionis ſpecie in Gallorum poteſtatem
veniſſe conſtat, nec diffitetur ipſe Gallicus ſcriptor *Choppin.*
45 *de dom. reg. lib. 2. tit. 8 n. 5. & 8.* Ideoq; Genuenſes ſuos ne
idem aliquando ſerò nimis experiantur, maturè atque ex-
actè ſibi cavere jubet ab Hiſpanorum nimia familiaritate, ut-
pote quorum inſigni benevolentiâ erga tam celſam Domi-
nam (ut loquitur) h. e. Genuam, nihil aliud, quam illicitæ in
ipſam dominationis cupidinem occultari ſit veriſimile, *Tra-*
jan. Boccal. in d. lap. Lyd. c. 2. ſ. m. 5. adde Beſold. de fœder. c. 8. §. 4.
46 *Facium in polit. Livian. part. 1. art. 39.* Nempe plerumque

latius

latius ſerpit habendi cupido, & qui auxiliantur, aut ſub ſpecie partium ſe vindicant, aut hoc plurimùm agunt, ut ſibi vincant, *Flor. lib. 4. c. 9.*

CAPUT. VI.

DE ALIIS QUIBUSDAM CAUTELIS, circa advocatiæ contractum utiliter obſervandis.

SUMMARIA.

1. *Clientes libertatis curam habeant.*
2. *Libertas ſummum inter humana bonum.*
3. *Client debet ſcire conditionem Patroni.*
4. *Patronus debet eſſe bonæ fidei.*
5. *Pompei imprudentia.*
6. *Ægyptiorum de tutelâ Pompejî conſultatio.*
7. *Pompeji interitus.*
8. *Aliud eſt cum mandatario agere, aliud cum Principe ipſo.*
9. *Militiæ Imperator an pacem facere poſſit?*
10. *An magiſtratus merus?*
11. *An Legatus?*
12. *Samnitum imprudentia in pace cum Romanis factâ.*
13. *Patronus poteſt eſſe, qui ipſe alienî juris eſt.*
14. *Facultas defendendi clientem requiritur in Patrono.*
15. *Potentius naturaliter dominatur imbecilliori.*
16. *Tutela poteſt commendari etiam inferiori, ſalva majeſtate.*
17. *Potentia Patroni debet eſſe proportionata ad objectum.*
18. *Potentiorum patrocinia ſuſpecta.*
19. *Imò & periculoſa.*
20. *Dicterium Gallicum: Gaſcon larron.*
21. *Cum Turcis clientela num ineunda?*
22. *Pacta clientelaria ſunt temporalia.*
23. *Vetus amicitia optima.*
24. *Longa poſſeſſio ſæpe mutat jus.*
25. *Præſidia Patrono in munitis locis haut facilè concedenda.*
26. *Munimenta ac fortalitia ſunt repagula libertatis.*
27. *Extrema provocatio Patrono non eſt permittenda.*
28. *Extrema provocatio eſt teſſera Majeſtatis.*

29. Edvardi VValliæ Principis eâ de re ſententia.
30. Clientelaria pacta in tabulas ſunt redigenda.
31. Schutz und Schirm-Briefe.
32. Scriptum non eſt de eſſentia conventionum.
33. Conventiones majoris evidentiæ & memoriæ cauſa rediguntur in Scripturam.
34. De tabulis protectoriis remiſſivè.

1 SIcuti autem eos, qui alienæ poteſtatis ſunt, diligentiam adhibere convenit, ne quid Superiorum juribus detrahatur, ac viciſſim ſuperiores advigilare decet, ne ſubditorum conditio clientela inita reddatur deterior: ita qui ſuæ poteſtatis ſunt, dum in alienam clientelam tranſeunt, libertatis ſuæ curam habere, eiq; ut quam minimè detrahatur,
2 anniti debent. Semper enim libertatem inter humana optimum bonum habuerunt gentes moratæ, eâdemq; detractâ vitam ſibi ipſa morte graviorem putarunt, *Senec. ſuaſor.* 6. Itaque præter ea, quæ præcedente capite annotavimus, nonnulla alia adhuc generaliter obſervanda ſunt clientelæ fœdus ineuntibus.

3 Primò enim cavendum eſt, ne ignari ſimus conditionis, ejus, quem patronum quærimus, *l. qui cum alio. ff. de reg. jur.* ac
4 ante omnia quidem genius & natura ejus ponderanda, ſitne ſtatui ac rebus noſtris ſincerè addictus, &, ut verbo exprimam, BONÆ FIDEI, qualem ſe Auguſtus, prædicari ab omnibus cupiebat, *Sueton. in vit. ejus. Beſold. de fœderib. c. 8. §. 4. in fin.*
5 Hoc cùm non ſatis obſervâſſet Pompejus ille, hactenus quidem Magnus, at tunc verè miſerrimus, cùm ad Ægyptiorum Regem, Cæſare ipſum inſequente, confugeret, Ægyptiorum erga ſe animo nondum ſatis explorato; evenit, quod prudentiores animadvertiſſent, ut ſimulato patrocinio dece-
6 ptus interierit. Ægyptiis enim ſibi magis quàm Pompejo conſulentibus, ac reciperentne fugientem, an abigerent, ambiguis, Theodatus quidam, facundiâ, ac declamandi vi pollens,

lens, neutrum è re fore contendit: Si enim recipimus, ait, hoſtis futurus eſt Cæſar, Pompejus dominus; Sin abigamus, in culpâ futuri ſumus apud Pompejum, quod repulimus, apud Cæſarem, quod non ſumus per ſecuti. Quo utroque periculo ut ſe mediâ quaſi viâ liberarent, optimum cenſuit, accitum ſpe ſecuritatis interficere, eaq; ſententia cùm prævaluiſſet, Pompejus miſerrimè trucidatus eſt, *Plutarch. in vit.* 7
Pompeji fol. mihi 661. Iul. Caſ. de bell. civil. l. 3. f. m. 639.

Deinde illud quoque prætereundum non eſt, Princeps ipſe ſit, an Legatus Principis, aut militiæ Imperator, aut magiſtratus merus, cum quo negotium tractamus: Scilicet, ne propter mandati, ac plenipotentiæ, ut loquimur, ſive generalitatem, ſive defectum res fiat irrita. Imperatori enim 8 9
ducendi, regendiq; exercitus quidem cura data eſt, nulla fœderis iciendi facultas, *Duaren. ad l. 5. ff. de pact. verſ. ſanè ut eò revertamur, &c. Matth. Cuno de pact. c. 22. n. 112.* Magiſtratus verò quem hic ſtrictè ſumtum intelligimus, ea quoque conditio eſt, ut ſine populi ſcitu, ſine juſſu Senatus, pro Republ. paciſci nequeat, *poſt. gloſſ. in c. quod translationem de offic. deleg. Arnis. de jur. majeſt. c. 5. n. 15. fol. m. 356.* Idemq; eſt in Legato, qui quatenus mandati fines excedit, Principem aut Remp. ſuam nullatenus obligat, *l. mandati ff. de procurat.* Ideo Samnites olim improvidè hallucinatos legimus, quòd cùm Legatis Senatus Romani pacem facerent, injuſſu populi ac Senatus: Poſthumius verò, cum de reſciſſione pacti in Senatu dubitaretur, & cauſam & jus reſcindendi oſtenſurus, rectè hoc modo argumentabatur: *Hoſti nihil ſpopondiſtis, civem neminem pro vobis ſpondere juſſiſtis; nihil ergo vobis nec nobiſcum eſt, quibus nihil mandaſtis, nec cum Samnitibus, cum quibus nihil egiſtis*: enarrante *Livio l. 9. c. 9.* 10 11 12

Tertiò, quamvis ſui planè juris eſſe Patronum haud neceſſarium ſit, cum & in Imperio noſtro Germanico, qui Imperii 13

perii Status ipſe eſt, poſſit alios æquè immediatos in clientela habere, ut ſuprà annotavimus, & plurimis exemplis demonſtratur apud *Mager. in pr. tractat. de advoc. armat. ubi elen-*
14 *chum diplomatum clientelarium operi præmittit.* Potentiam tamen & facultatem, quantâ ad defendendum opus eſt, omnino requirimus: eâ enim ſi careat Patronus, per ſe inutilis fuerit clientela, quam defenſionis gratiâ inimus; defendere au-
15 tem non poteſt, cui facultas deeſt. Atque hoc ſenſu acceptum vitio caret, invidioſum alioquin axioma, quo Athenienſes utuntur: ita à naturâ comparatum eſſe, ut imbecillio-
16 ri dominetur id quod eſt potentius, *Thucyd. lib. 1.* Niſi fortè potentioris Regis civitas, aut territorium aliquod, à regni confiniis remotum, vicinioris Principis, quanquam & viribus & dignitate inferioris, tutelæ commendetur; cùm hîc non requiramus potentiam clientis Statu abſolutè majorem, ſed relatione factâ ad id quod defendendum venit. Quomodo, ſalva, nihilq; propterea imminutâ Imperii majeſtate, Romanus Imperator, pro redimendâ infeſtatione finium Hungariæ, Auſtriæq; ſuperioris, nonnunquam Turcarum Imperatori, ipſeq; viciſſim Turca Æthiopum Regi, Poloniæ Rex Tartaris Præcopenſibus, annuum exſolvunt tributum, *Richard. Diter. de ſumm. Imp. poteſt. th. 16. Petric. in hiſtor. Polon.*
17 *paſſim. Arnis. l. 2. de jur. majeſtat. c. 4. &c.* Sit igitur regulariter Patronus ejus ad minimum potentiæ, quæ tuendis ſive perſonis, ſive rebus in clientelam datis ſufficiat.

18 Quartò; ſed nec nimia interim potentia affectanda, quæ ipſa per ſe plus formidinis nobis, quàm ſecuritatis adferat: plerumque enim potentiores in auxilium vocati obſervant errata noſtra, & honeſto ſocietatis vocabulo ſuæ utilitati conſulunt, uti prudenter diſſerit Hermocrates Syracuſanus apud *Thucyd.* facileq; contingere poteſt hoſtem ex unâ,
19 potentem Patronum ex alterâ parte habenti, ut quò ſe vertere

tere debeat ignoret, inſtar Germani illius in Galliâ peregrinantis, qui (ut jocum hunc bonâ lectoris veniâ aſpergamus) 20
cùm proverbium hoc aliquando inaudiſſet: *Gaſcon larron, Norman gourman*, in diverſorio prandens, quæſitis, uti fit, menſæ fortuitò utrinque ſibi aſſidentibus, cujates eſſent, altero Vaſconem, Normannum altero ſeſe profitentibus, altâ voce inclamavit: *Helas! ou eſt ce donc que je mettray mon argent*, h.e. Bone Deus! quâ parte nunc tutò aſſervabo argentum meum. *L' auteur du recueil des advenues facetieuſes en France.* Hinc cum Mahumetanorum Tyrannis clientela- 21
ria fœdera haud facilè ineunda eſſe conſulunt prudentes: utcunque enim per conſcientiam id facere liceat, quod defendere laborant *Olrad. de Pont. conſil. 71. per tot. l. de Graſſ. in deciſ. caſ. conſcient. part. 2. l. 2. c. 20. n. 39.* ac tanquam Chriſtianorum orbi, multis nominibus haud inutile propugnat *Nic. Rigalt. in apologet. Ludovic. XIII. Gal. Reg. c. 11.* ob nimiam tamen & infeſtam Chriſtiano nomini potentiam, in quam poſt aliquot ſecula excrevit, amicitia ejus fugienda potius, quàm optanda, *c. non poteſt. 2. qu. 7. vid. Dn. de la Noue diſcours politiq. & militair. 21. Sleidan. de Stat. relig. l. 15.*

Quintò, præter conditionem ejus, cum quo contrahi- 22
mus, etiam hoc monent prudentiores, ut temporalia ſint hæc pacta, non perpetua. Etſi enim vetus ac perpetua amicitia ſemper optima, ſicut vetus vinum: eoq; nomine Par-
thorum Legati veterem ſibi ac publicè cœptam cum Roma- 23
nis amicitiam prædicabant in Senatu *Tacit. l. 12. annal. c. 10. n. 4.* tamen inter inæquales, ut plerumque ſunt patroni & clientes, præſtat in exigui temporis ſpatium concipere fœdus, quoad res maximè patitur, *Clut. in paradox. th. 20. Beſold. de jur. fœd c. 7. §. 2. fol. m. 84.* Ut enim in rebus ſingulorum, quarum 24
jure familiaritatis uſus eſt, ſæpe poſſeſſio & ex poſſeſſione tractu temporis dominium quæritur: ita in publicis, longæ

Digitized by Google

ac diutinæ protectionis continuatio, proximus deinde ad imperium gradus eſt, *VVehner. in metamorph. rerump. c. 18. Zach. Viet. de exemtion. th. 20. in pr.*

25 Præſidia verò per arces & oppida clientum munitiora collocandi, quanquam recentisſimo Germaniæ bello infinita ſint exempla, nunquam tamen patrono conceſſerim. Quod ſi aliud extrema poſtulet necesſitas, ſacramento no-
26 bis tamen ſimul obligari velim. Sunt enim munimenta talia velut repagula & clauſtra libertatis, quibus occupatis ipſi ſumus in aliena poteſtate, quantumcunque juris paciſcendo reſervemus, *Clapmar. de arcan. rerump. l. 3. c. 18.*

27 Poſtremò, cùm nec majeſtatis, nec jurisdictionis quicquam habere clientela debeat, ideo nec provocandi ad Pa-
28 tronum jus ullum concedatur. Vix enim eſt, ut non majeſtatis, aut certè jurisdictionis partem occupet, cui extremæ provocationis judicium permittitur, ſicut prudenter judicavit Edvardus Niger, Princeps quondam Walliæ, dum fa-
29 cultatem à judiciis Walliæ ad curiam Regis Francorum appellandi, ſubditis ſeverè interdixit: *diſant que le Roy de France avoit quitè touts reſſorts & toutes juriſdictions, quand il rendit ces terres au Roy Edvard ſon pere.* quod ex Froſſardo *lib. 1.* refert *Arnis. de jur. majeſt. c. 4. n. 23.*

30 Hæc, & alia, quæ ex ſingulis circumſtantiis emergunt plurima ubi probè conſiderata fuerint, illud denique prætermittendum non eſt, ut in tabulas redigatur contrahenti-
31 um voluntas. Eas *protectionis literas* vocat Bodinus; noſtra vernacula Schutz und Schirm-Brieffe/ quibus quid, quoque tempore, quo pacto, & quousque, patrono competere debeat, exprimitur, & vicisſim ſua clientibus jura ſalva atque integra ſervantur, cunctaq; ſine fraude futura promittitur, *Beſold. d. tr. fœd. c. 5. §. 16. fol. m. 66. circa fin.* Nam licèt pacta
32 hæc (ſicut aliæ publicæ conventiones) neque ad ſubſtanti-

am

Digitized by Google

am ſui ſcripturá opus habeant, uti Diocletianus & Maximianus Impp. reſcripſerunt *in l. pactum 17. C. de pact.* imò generaliter ſcriptura in nullo actu requiratur, ut docent *Interpp. comm. per Nov. 173. cap. 8. Alciat. in d. l. 17. C. de pact.* quædam etiam eorum quæ tractantur, ne palam fiant, calamo nunquam committantur; uſu tamen receptum eſt has tabulas 33
in ſcripturam redigi; majoris ſcilicet evidentiæ cauſa, ut loquuntur noſtrates, & ut fidum perpetuumq; ad poſteros rei geſtæ monumentum exſtet, *l. 4. de pignor. Ias. in l. 5. C. de transact.* Videatur *Tholoſan. lib. 11. de rep. c. 11. Bodin. l. 5. c. 6.* 34
Beſold. 2. Polit. c. 6. Hug. Grot. de jur. bell. & pac. l. 2. c. 16. §. 10. Thom. Maul. de homag. c. 11. ubi de hujusmodi tabulis ac inſtrumentis, deque utilitate eorum agunt prolixiùs.

Digitized by Google

Pars III.

De cauſa Juris clientelaris efficiente & impulſiva, deque ejusdem juris objecto.

Caput I.

De causa juris clientelaris efficiente: & in ſpecie de ea, quæ eſt ex proviſione legis.

Summaria.

1. *De naturali clientela remiſſivè.*
2. *Patronus Eccleſiæ eſt ejusdem defenſor.*
3. *Tria capita juris patronatus.*
4. *Patronatus etiam armatam defenſionem continet.*
5. *Armata defenſio & jus Patronatus iisdem modis acquiruntur.*
6. *De juribus patronatus remiſſivè.*
7. *Objectio.*
8. *Reſponſio.*
9. *Jus patronatus duplex:* Eccleſiaſticum *et ſeculare.*
10. *Imperator eſt legitimus advocatus* Eccleſiæ *Romanæ.*
11. Vogt vnd Schirmsherr, Päbſtlichen Stuels.
12. *Carolus V. ſe vocat defenſorem conciliorum.*
13. *Carolum V. ad defenſionem Papæ etiam capitulatio obligat.*
14. Idem *eſt in ſequentium* Impp. *capitulationibus.*
15. *Verbum* Befehl *in recentioribus capitulationibus mutatum eſt in* trewlichen Schutz.
16. *Imperator eſt defenſor* Eccleſiæ *vi juriſdictionis univerſalis.*
17. *Pontificius dominatus notatur remiſſivè.*
18. 24. 28. *Advocatiæ Cæſareæ natura pendet à jure* Canonico.
19. *Pontificum ambitio paulatim admiſſa.*
20. *Advocatiæ Cæſareæ origo.*
21. *Quidam Imperatores nimis indulſerunt Pontificibus.*

22. Na-

Digitized by Google

22. *Naturaliter etiam Clerici ſunt ſub juriſdictione ſeculari.*
23. *Imperatorum negligentia notatur à Ferrarienſi.*
25. *Pontifices bellis impares Imperatorum auxilia advocant.*
26. *Carolus M. primus ſedis Pontificiæ advocatus.*
27. *Advocatia Imperialis capitulationibus paulatim inſerta.*
29. *Pontifici competit ex capitulatione condictio ex lege.*
30. *De invocatione brachii ſecularis remiſſivè.*
31. *Uſus brachii ſecularis.*
32. *Requiſita implorationis hujus in vim executionis judicialis.*
33. *Proceſſus fulminatus.*
34. *Imploratio brachii num in quâvis parte litis locum habeat?*
35. *Num clientela Romanæ Eccleſiæ præjudicium faciat rei Evangelicæ.*
36. *Diſſidia Pontificiorum cum Evangelicis.*
37. *Abſurda advocatiæ Imperialis interpretatio.*
38. *Dillingenſium interpretatio.*
39. *Abſurda ejuſdem interpretationis conſequentia.*
40. *Alia inde naſcens abſurditas.*
41. *Dillingenſium opinio periculoſa.*
42. *Imperator æquè Evangelicis eſt obligatus ac Catholicis.*
43. *Advocatia Eccleſiæ Romanæ & tranſactio Paſſavienſis ſunt coordinata.*
44. *Qui conſervationem Pontificis jurat, non jurat deſtructionem Proteſtantium.*
45. *Alia Dillingenſium cavillatio.*
46. *Aliud eſt ordo promiſſionis, aliud ordo operationis.*
47. *Imperator ſalvâ pace religionis non poteſt exturbare Lutheraniſmum.*
48. *Dillingenſes ad paritatem juris tolerandam obſtricti ſunt.*
49. 50. *Imperator jurat ſoli Chriſtianitati.*
51. *In omni diſpoſitione attendendus eſt ordo ſcripturæ.*
52. *Ordo ſcripturæ infert prioritatem & poſterioritatem.*
53. *Voce Chriſtianitatis Proteſtantes continentur in capitulatione Cæſarea.*
54. *Imperatores ipſi Proteſtantibus ſe obligatos profitentur.*
55. *Confesſio Caroli V.*
56. *Confesſio Friderici I.*
57. *Formulæ capitulationum olim erant breviores.*
58. *Vetus formula Eccleſiam in genere deſignat, non Romanam in particulari.*
59. *Eccleſiæ Romanæ an hodie conveniat prædicatum Sanctitatis.*
60. *Comitum Palatinorum et Exemtorum Imperii ſpecialis protectio non impedit juriſdictionem loci ordinariam.*
61. *Arctius tamen vinculum conſtituit inter Imperatorem & privilegiatum.*

Clien-

1 CLientelam, ſicut diximus, aut natura dictitat, aut lex
facit, aut conventio, *ſup. part. 1. c. 5. in fin.* Quam natu-
ra, h.e. naturalis ratio; hæc incidit in ea, quæ paulo
inferius *hac part. 3. c. 2. & ſeqq.* tractantur, ubi de communi
utriusque, & patroni & clientis intereſſe latius explicatur.
Ex lege (adeo latè hîc acceptâ, ut Canones quoquè compre-
2 hendat) PRIMÒ, quivis Eccleſiæ Patronus tenetur eam de-
fendere ac tueri adverſus injuriam, jure Patronatus ſibi
3 competentis. Etenim quò majoribus augmentis creſceret
Eccleſiæ Status, & Chriſtianorum in juvandis ornandisq́;
iisdem ſtudium ac liberalitas eò magis excitaretur, Pontifex
Clemens in celebri illo *cap. nobis X. de jur. patron.* quaſi in re-
munerationem accepti beneficii, ſeu fundantibus, ſeu dotan-
tibus Eccleſiam, vicisſim hæc tria obtulit: *jus patronatus, ho-*
4 *norem præcedentiæ, & in caſu neceſſitatis alimenta.* Patronatus
autem jure & jus defendendi continetur, non in foro & ju-
diciis tantum, ſed etiam manu armata, ſi eam res poſtulet, &
5 patroni qualitas admittat, *c. filiis. cauſ. 16. qu. 7.* hocq́; jus de-
fendendi ſimul acquiritur iisdem modis, quibus ipſe patro-
natus, nempe fundatione, dotatione, ſuccesſione, præſcri-
6 ptione, &c. de quibus *vid. Matth. Stephan. de jurisdict. lib. 3. part.*
1. c. 17. & prolixius ſingularibus hac de re tractatibus, *Paulum*
de Citadin. Nicol. Delphin. Rochum de Curt. Cæſarem Lambertin.
7 *&c.* Nec obſtat his, quod jus patronatus magis ſpirituale
quid ſapere videatur, & ab armorum tractatione abeſſe, Epi-
ſcoporum exemplo, quibus idem jus quidem olim, non ta-
men ſimul jus armorum competebat, c. *omnes Baſilicæ*, 10.
8 *cauſ. 16. qu. 7. can. noverint. 6. cauſ. 10. qu. 1.* Ex quo enim patro-
natus ad laicos quoque translatus eſt, ab eo tempore jure ſe-
culari quaſi hactenus cenſeri cœpit; maximè quando in fa-
cto conſiſtit patrocinii exercitium, ut ait *Ant. de Butr. in c. quan-*
do 3. de judic. & Felin. ibid. h. c. quando facto & armata manu

opus

Digitized by Google

opus eſt. Unde apud nonnullos duplex jus patronatus ſtatuitur; Eccleſiaſticum, quatenus Epiſcopis & Clericis: & ſeculare, ſive laicum, quatenus laicis competit, *Covarr. pract. quaſt. c. 36. Gail. 1. obſ. 18. n. 4.* 9

Deinde alia legalis advocatiæ ſpecies eſt, quæ Imperatori competit Romano, reſpectu Eccleſiæ Romanæ, ſeu Pontificiæ. Hujus enim ille ſe Advocatum ac Defenſorem legitimum profitetur, non ſolum diverſis Imperii Receſſibus, ſed & in ipſis Capitulationibus Cæſareis. Nam *Receß. Imp. de anno 1529. pluribusq; aliis*, ſeipſum prædicat: Den obriſten Vogt und Schirmsherrn Päbſtlichen Stuels und der Kirchen/ h. e. ſupremum Advocatum & Defenſorem Pontificiæ ſedis & Eccleſiæ. *Et* ad tuendam Conciliorum dignitatem (cumprimis ejus, quod tunc moliebantur Tridenti) offert ſeſe, & hoc ſibi quadam officii neceſſitate incumbere teſtatur Carolus V. verbis: alß Advocat der heiligen Kirchen und Beſchirmer der Concilien. *Receß. Imp. de anno 1548. §.* Damit den ſolch allgemein *Concilium. Videatur queq; Rec. Imp. de anno 1541. §.* aber Churfürſten / *&c.* Ita etiam *capitulatione Caroli V. Francofurti primum 3. Iulii 1519. inita, Aquisgrani deinde anno 1520. tempore coronationis confirmata*, ſartam tectam fore Eccleſiam Romanam regia auctoritate promittit Imperator. Das wir in Zeit / ait, ſolcher Königlichen Würd/Ampts/ und Regierung die Chriſtenheit und den Stuel Rom/auch Päbſtliche Heiligkeit/und die Kirchen/alß deroſelben Advocat in gutem Befehl und Schirm halten wollen/h. e. curaturum ſe, ut tempore ſuæ regiæ dignitatis, officii & regiminis, Chriſtianitas, ſedes Romana, Pontificis perſona, & Eccleſia, quietè conſerventur & defendantur. Eadem ferme verba reperiuntur in ſumma capitulationis relatâ à *Sleidan. de Stat. relig. hiſt. l. 1. fol. m. 21. & in capitulatione Ferdinandi II. 28. Auguſti 1619. Francofurti initâ, aliorumq; Imperatorum capitulationibus.* Niſi quod in locum

10 (margin)
11 (margin)
12 (margin)
13 (margin)
14 (margin)
15 (margin)

Vocis

vocis Befehl/ ſubſtituta in dictâ Ferdinandi II. capitulatione
reperitur treulicher Schutz ; quam formulam etiam retinuit
Ferdinandus III. Imperator hodiernus *in Capitul. ſua 24. De-
cemb. 1636. Ratisbonæ cum Ordinibus ac Proceribus Imperii pactâ,
art. 1.*
16 Ne autem cui mirum videatur hoc Imperatoris jus ad
legalis Advocatiæ genus referri ; cùm id ei per ſe compete-
re non immeritò judicari poſſit, vi jurisdictionis univerſalis,
quam exercet in omnibus Imperii provinciis, ſecundum ea,
quæ ſuperius *part. 1. c. 3.* diximus : quæq; ab aliis contra
17 Pontificium dominatum, ut & Conſtantinianæ donationis
ineptias, pro aſſerenda libertate, dignitate, & juribus Imperii
Germanici diſputata prolixius reperiuntur *apud. Marſil. Ficin.
in defenſor. pac. ſimilibusq; ſcriptis à nobiliſſ. Dn. Goldaſto in Politic.
Imperial. collectis, vid. eundem Goldaſt. in replic. pro Imperio c. 25.
Magnificum Dn. Anton. Coler. nunc Conſ. Reipubl. Lubec. meritiſſ.*
18 *de jur. Imp. Germ. ſect. inaugural. 4. &c.* Ideo ſciendum eſt,
Advocatiæ hujus Imperatoriæ naturam pendere quodam-
modo ex principiis & interpretatione juris Canonici, huic
19 materiæ, quamvis malè, præſuppoſiti. Etſi enim jactatus
ille Pontificum dominatus, & totius clericatus unà cum pa-
trimonio D. Petri à ſeculari jurisdictione univerſalis exem-
tio, non omnibus Imperatoribus fuerint probata, invaluere
tamen paulatim Pontifices nonnullorum conniventia ; fa-
20 ctumq; inde eſt, ut jus ſibi liquidò antè jure imperii compe-
tens, ſaltem quatenus in defenſione Eccleſiæ conſiſtit (juris-
dictione enim planè jam ceſſerant) maluerint novo *Advoca-
tiæ* nomine recipere Imperatores, quã perpetuas & Cadmeas
ſimultates cum lernâ iſta Clericorum exercere. *Vide hac de re
eleganter diſſerentẽ polyhiſtorem celeberrimum Henricum Meibomi-
um in libello de jure quod in defunct. prælat. bon. Imper. comp. fol. m 3.*
Id quod nonnunquam Imperatorum benignitati & dulce-
dini,

Digitized by Google

dini, aliàs imperitiæ (ego mallem ſuperſtitioſæ clementiæ) aſcribit *Practica Ferrarienſis in form. libell. in action. confeſſor. gloſ.7. ad verba: plenam & omnimodam juris dictionem.* Ubi, Na- 22
turaliter, *ait*, à principio mundi omnes clerici, nedum laici, erant ſub poteſtate & jurisdictione Imperii, ſed ipſorum Imperatorum dulcedine & benignitate fuerunt Clerici dimiſſi ſub poteſtate Paparum, qui beneficium hoc tanquam ingrati ſciunt malè agnoſcere: Et idem *Ferrarienſis in form. libelli,* 23
quo uxor agit. verb. coram nobis. gloſ.1.n.2. Adverte, *inquit*, quod in hoc ſibi Papa uſurpat jurisdictionem Imperii, & idem facit in multis aliis, quod totum procedit ex imperitia (ſit venia verbo) ipſorum Imperatorum, &c. Hactenus itaque, 24
præſuppoſita canonum auctoritate, & ademta per hos ſeculari magiſtratui omni in clerum poteſtate ac jurisdictione, jus advocatiæ Imperatori in Eccleſiam Romanam competebat nullum; adeoq; ut competeret liquidò, novâ lege aut conventione ei aſſerendum erat. Et Pontifices quidem, 25
cùm ingruentibus ſæpe bellis implicarentur, ac impares ſe viderent ſuſtinendo oneri, Clericorum autem querimoniis ſubinde fatigarentur: ante omnia recurrendum ſibi denuo ad Imperatorum auxilia putarunt, *c. ab Imperatoribus 23. quæſt.*
3. conſtituto poſt Græcos Imperatores primo ſedis ſuæ Ad- 26
vocato Carolo M. *teſte Sigonio de regno Ital. l.4. fol. mihi 179. Polyd. Vergil. de rer. invent. l.4. c.10. Engoliſm. in vit. Caroli M. Naucler. gen. 43. quibus adde c. Hadrianus 22. diſt. 63.* isq; primus hu- 27
jus rei gradus fuit. Deinde quo magis auxilii illius fierent certiores, conniventibus Imperii ordinibus impetrarunt, ut quod hactenus ſeorſim peculiari juramento Pontificibus promittebat Imperator, poſthac Imperatoriis capitulationibus infereretur, fieretq; publica Imperii conventio, *Hopp. de protect. ſeu advocat. jur. th.9. quæ exſtat vol.6. theſ. Baſil.* Ut jam 28
dubitari non poſſe exiſtimem, quin Imperatoria hæc defen-

ſio legalis Advocatiæ ſpeciem faciat, conſtituente eam utroque & Canonum, & publicæ conventionis jure, *per text. &*
29 *Rec. Imp. antea allegatos.* Nec dubitandum eo amplius, ſi judex daretur Imperatore major, poſſe ex hac publica ſanctione Pontificem agere condictione ex lege, *arg. rubr. & tot. tit.*
30 *ff. & C. de condict. ex l.* Qui judex cùm non detur, ſucceſſit in actionis iſtius locum hodie imploratio, ſive invocatio, quam dicimus, brachii ſecularis, de qua *text. in c. cum non ab homine 10. de judic. c. periculosè in fin. de ſtat. regular in 6. et ibi Canoniſta comm.* & ſingulari tractatu *Hortenſ. Cavalcan. de brach.*
31 *reg. eoq; recentior Dn. Rutg. Ruland.* Idq; remedium etſi locum non ſolum habeat, quoties belli occaſione vim aliquam ſeu patitur, ſeu metuit Papa, ſed & pro executione earum cauſarum, quarum ipſe judex eſt, ad obtinendum ſcilicet effectum
32 & executionem ſententiæ à ſe latæ. *Ordin. Cam. Spirenſ. part. 3. tit. 48. §. 4. Gail. l. 2. de P. P. c. 17. n. 33 & 34.* his poſterioribus tamen caſibus, quia remedium hoc eſt planè extraordinarium, ut jus implorandi rectè intentetur, duo cumprimis requiruntur: (1) ne per ſaltum fiat imploratio, ſed gradus excommunicationi prævios. (2) ut Papa fecerit, quod ulti-
33 mum eſt in ſuâ jurisdictione, atque ita demum poſt *fulminatum*, ut ajunt, proceſſum, h. e. poſt fulmen Pontificis fruſtra emiſſum, & quando nullum aliud remedium Eccleſiaſticum ſupereſt, *Oldrad. conſil. 89. n. 5. Rol. à Vall. l. 3. conſ. 37. n. 5. Gail. d. c. 17. n. 34.* nam quod ex *Concilio Tridentino ſeſſ. 25. c. 3. de reformat.* recentiores Catholici, inter quos eſt *Ignat. Lopez. in ad-*
34 *dit. ad Diaz. pract. crimin. c. 154. n. 13 in fin.* judicem Eccleſiaſticum putant in quavis parte litis, & quovis tempore poſſe uti hac imploratione, id vel de minus ſolenni intelligendum eſt, vel pro non recepto in Camera Imperiali habendum, *vid. Gail. lib. 1. obſ. 115. n. 30.*

35 Sed quoniam huc nos transfert ſermonis occaſio, faciamus

ciamus excurſionem, & peculiaris *illa*, & quidem jurata Ro-
manæ Eccleſiæ defendendæ pomiſsio cedatne præjudicio
Evangelicorum in Romano Imperio Statuum, paulo ampli-
us explicemus. Cum enim ignorari non poſſit, quot, qua- 36
lesq; nobis cum Romanenſibus modernis, non ſolum in
præcipuis fidei articulis, ſed etiam circa modum conſervan-
dæ augendæq; Eccleſiæ, procedendi itidem adverſus hære-
ticos, nec non publici exercitii conſtituendi, denique circa
Eccleſiaſticam jurisdictionem, ejusq; ſuſpenſionem, & ſi quæ
his ſunt conſequentia, ſummæ maximæq; intercedant con-
troverſiæ: ſiquidem hic Imperatorii illius ſacramenti ſen- 37
ſus eſt, *ut ſolius* Pontificiæ religionis curam gerere debeat
Imp. *non etiam* Evangelicæ; Papicolis quidẽ in proclivi erit
undique victoria, Imperialis brachii fulcro quippe ſubnixis;
nos autem tali auxilio deſtituti, omnium ſumus miſerrimi.
Certè illud ipſum eſt, quod Theologi & ICti Dillingenſes 38
lib. de compos. pac. c. 11. qu. 83. §. 1. & 5. totoq; ferè capite 12. piiſsimis
Imperatoribus conantur perſuadere. Pacem religionis
cum Auguſtanæ Confesſioni addictis Ordinibus, Cæſarea
autoritate editam, & toties confirmatam, hoc modo inter-
pretandam eſſe, ut Apoſtolicæ ſedis, quam vocant, & Roma-
ni Pontificis poſſesſiones ac jura integra atq; inviolata ſer-
ventur ***contra omnes homines***: quodq; huic conſequens eſt,
per eandem pacem Eccleſiaſticæ jurisdictioni, quam Ponti-
fici ſuo in univerſum Chriſtianorum ordinem tribuunt, de-
rogari nullatenus potuiſſe, *Dilling. eod. lib. c. 6. n. 137.* Unde 39
porro evincitur, quod illi volunt; Imperatorem teneri,
ubi hoc vel juſſerit, vel æquum judicaverit Pontifex, ſpolia-
re Status Evangelicos bonis Eccleſiaſticis, omniq; jurisdi-
ctione Eccleſiaſticâ. Et cur non etiam civili? Non diffici- 40
lius enim fuerit quaſi in pœnam uſurpatæ rei Eccleſiaſticæ, &
ex capite fructuum tam perceptorum, quàm percipiendo-

 rum,

Digitized by Google

rum, etiam in civiles eorum poſſesſiones involare, quàm
41 nullo juris colore Eccleſiaſticis bonis exuere. Verum enim-
vero quàm ſit pernicioſa talis in rempubl. doctrina, Germa-
niæ noſtræ bellum magis quàm civile, his aliquot annis ge-
ſtum, ſatis ſuperq; nos magno malo noſtro edocuit; quam
eadem autem erronea ſit opinio, cuivis politicæ diſciplinæ
42 principiis ſaltem leviter initiato facile patet. Quis enim
ſanæ mentis, ubi non minus Imperator Evangelicis & Prote-
ſtantibus fidem ſuam ad conſervanda pacti Paſſavienſis jura
obſtringit, quàm Pontifici ad defendendum Papatum; idq;
facit eodem actu, more, rituq; ſolenni, ore ac manu eadem,
ſoli tamen Pontifici eum obligari dixerit, Evangelicis non
43 obligari? Neque verò admittendum eſt, quod illi quidem
opinantur, adeo eſſe hæc duo Capitulationis membra ſibi
invicem adverſa, ut quaſi nihil in utilitatem Proteſtantium
juratum videatur: Poteſt enim utrumq; juramentum ſimul
conſiſtere, obſervatis utriusque partis juribus dicta trans-
44 actione perſpicuè definitis. Unde egregiè in terminis hu-
jus quæſtionis celeberrimus Germaniæ Theologus *Theod.*
Thumm in explic. decal. pracept. 4. quaſt. 17. n. 3. Qui jurat, *inquit*,
religionem Romanam ſe promoturum, non ideo jurat, aut
promittit ſe reliqua deſtructurum, & eò maximè cum antea
promiſit, Confesſionem Auguſtanam ſe permiſſurum: qua-
propter & utrumque præſtare poteſt, nempe ſuam promo-
45 vere, alteram non deſtruere, ſicut promiſit. Quem nodum
cum ſolvere non poſſent *Dillingenſes d. cap. 11. qu. 83. n. 134.* in-
eptè cavillari incipiunt, quaſi minus vere dixiſſet Thummi-
us, prius eſſe ordine & tempore juramentum, quo Proteſtan-
64 tibus Cæſar obligatur. Non autem loqui Thummium de
ordine promisſionis, utri prius Imperator in Capitulatione
promittat; nec de ordine originis, utrum juramentum ſit
ortu antiquius; ſed de ordine executionis & operationis,
id

Digitized by Google

id verò in propatulo eſt : ſcilicet ubi Pontifex deſignato 47
jam, electoq; & jurato Imperatori imponere vellet onus ex-
turbandi Lutheraniſmi ; tunc enim, quia ſalvam Religionis
pacem fore jam *prius* juraverat Proteſtantibus, quivis intel-
ligit, talem Pontificis poſtulationem exceptione datæ *prius*
Evangelicis fidei eſſe removendam, *arg. l. 31. ff. depoſ.* Nec 48
iniquè ferre Dillingenſes debent, ſi quod illi Imperatori op-
ponunt, & in genere ita ſumtum eſt veriſſimum, de jure ter-
tii videlicet ab omni promiſſione excepto & ſemper exci-
piendo, ſibi quoque opponi animadvertant : ſummam
quippe æquitatem habet, & ſine juſtâ cujusquam indigna-
tione fit, ut quod in alterius perſona æquum eſſe crediderit,
in ipſius quoque perſona valere patiatur, & quis aſpernabi-
tur, idem jus ſibi dici, quod ipſe aliis dixit, vel dici effecit,
ait Vlpian. in l. 1. ff. quod quisq; jur. in al. ſtat. ut ipſe eod. ut. Quin 49
etiam ipſa Capitulationis formula teſtatur, non in ſolius Ec-
cleſiæ Romanæ patrocinium jurare Imperatorem, ſed gene-
ralibus verbis *toti Chriſtianitati* : ibi : Die Chriſtenheit und
den Stuel zu Rom / auch Päbſtliche Heiligkeit und die Kirchen
zu ſchützen und zu ſchirmen ; Ubi quatuor omnino ſpecialis
hujus Advocatiæ objecta recenſentur : 1. Chriſtianitas uni-
verſa, 2. præeminentia & dignitas ſedis papalis, 3. Ponti-
fex ipſe, 4. Eccleſia. Quod ſi more Dillingenſium hic ar- 50
gutari lubeat, & ex ſcripturæ, verborumq; diſpoſitione con-
ſequentiam nectere, dicemus : prius, arctiusq; obligari Im-
peratorem univerſæ Chriſtianitati (quorum appellatione
ſaltem, nos ſine dubio admittent ſaniores Catholici) quàm
vel ſedi Pontificiæ, vel Pontifici, vel Eccleſiis ejus, omnibus
quippe poſteriori loco collocatis. Et ſane ordinem Scri- 51
pturæ attendi in diſpoſitionibus, eumq; non tantùm præro-
gativam deſignare, ſed & intellectus & voluntatis ordinem
inde argui, communiter tradunt non modo noſtrates, ſed

Digitized by Google

etiam Pontificii Doctores & Canoniſtæ paſſim. Sic enim habent trita illa: Ordo ſcripturæ arguit prærogativam or-
52 dinati, *gloſſ. in c. quorundam verb. prædicatorum de election. in 6. & in Clem. unic. verb. regum. de baptiſm.* & prior nominatio majorem dignitatem *Tiraquell. de jur. primogen. qu. 19. n. 2. arg. l. 1. ff. de alb. ſcrib.* imò prior nominatus cenſetur magis dilectus, *Menoch. de præſumt. l. 4. præſ. 16. n 3. cum ſeqq. Ioh. Maria Navar. quæſt. for. l. 1. qu. 133. n. 3.* & quod prior in nominatione cenſeatur potior in diſpoſitione, *Pacian. l. 1. conſ. 46. n. 11. cum*
53 *ſimilibus infinitis.* Illud non abſque ratione hinc aſſeremus, quoties ad ea, quæ de religionis Statu Carolus Imp. cum Proteſtantibus egit, reſpicimus, voce *Chriſtianitatis* maximè Proteſtantes deſignari. Cum his enim tunc negotium erat Carolo, horum ſecuritati conſulebatur, his ut obligaretur Cæſar, maximè agebatur, neq; enim eo tempore, quid de cæteris extra Germaniæ orbem Chriſtianis ſtatuere aut vellet aut deberet Imperator, diſceptatum fuit; neq; talia majores tum noſtros attinebant. Ne igitur fruſtranea & inanis illa *Chriſtianitatis* tum paci Religioſæ, tum Cæſareis capitulationibus inſerta vox ſit, cum nihil concludatur aut ponatur, quando illud, de quo agitur, non concernit eos, cum quibus agitur, *arg. l. 10. C. de donat. int. vir. & uxor. VVeſenbec. conſil. 171. n. 13.* neceſſariò ſub illa intelligendi ſunt Proteſtantes, quorum cauſa tunc agebatur. Sed & hunc ſenſum, videli-
54 cet: *non ſoli Papæ Romano, Pontificiisq́; Eccleſiis Imperatorem hoc modo obligari,* ipſi Imperatores haut obſcurè aliis locis paſſim profitentur, uti conſtat ex *Rec. Imp. de anno 1518. §.* Erſt *& Rec. ann. 1530. ibi*: Nach dem aber uns alß obriſten Vogt der Chriſtenheit *&c. & in Rec. an. 1541. §.* Aber Churfürſten / ubi Caro-
55 lus V. diſertis verbis: Principes & Status, ait, Imperii (*nempe tam Proteſtantes, quàm Pontificios*) ſe tanquam Advocatum & defenſorem Chriſtianæ (*non Romano-Pontificiæ tantùm*) Eccle-

ſiæ

Digitized by Google

ſiæ rogaſſe, ut de componendis religionis disſidiis cogitaret. Itidemq; Fridericꝰ I. Imp. prærogativam quidem largitur Ro- 56
manæ (quanquā & hoc malè) attamen non minus omnibus Eccleſiis in Imperio ſuo conſtitutis debere ſeſe patrocinari fatetur in epiſtola quadam, cujus verba cū nonnullis præcedentibus referunt *ex Magero ſuo ipſi Dillingenſes d. cap. 11. qu. 63. n. 25. & ſeqq.* qui locus, quamvis religionis disſidium non ſpectet, ſatis tamen indicat non obligatos eſſe Imperatores Pontifici ad evertenda jura aliis competentia & quæſita, Romanæ Eccleſiæ gratia. Deniq; non prætereunda hic eſt vetus 57
formula, quâ, cùm juramenta Imperatorum adhuc eſſent magis conciſa, coronandus Rex Romanus ab Archiepiſcopo Colonienſi, *non* de Romana quidem ſingulariter, ſed de Ec- 58
cleſia *abſolutè* defendenda olim interrogabatur his verbis: Wiltu der heiligen Kirchen / und der der Kirchen dienet / ein getreuer Bewahrer und Beſchirmer ſeyn; jurat & promittit: Ich wil. referente *Bernhard. Herz. in Chron. Alſat. l. 2. c. 67.* Quæ verba: 59
Heilige Kirche / an Romanæ poſt hæc aliquot ſecula rectè conveniant Eccleſiæ, eaq; pro ſanctâ, verâ, & Catholicâ haberi posſit, videat qui volet Theologorum noſtrorum eâ de re ſcripta, *Heshuſ. in 600. errorib. Oſiand. in enchirid. Gerhard. in loc. Theolog. tom. 5. ꝑ. 250. & cumprimis Nic. Hunnii lib. de Apoſtaſia Eccleſ. Roman.* nos hinc ad cancellos redibimus: dummodo paucis corollarii loco adjecerimus, ſpecialem illam prote- 60
ctionem, quam Imperator nonnunquam, de ſe, aut publico Imperii bono merentibus, ſingulari privilegio tribuit, ſuſcipiendo eos in ſingularem ſalvaguardiam (quod plerumque in iis animadvertimus, quos honore Patriciatus Romani dignatur, aut Comites Palatii ſui creat, aut Exemtos Imperii) etſi nullum præjudicium afferat ordinariæ loci jurisdictioni, *arg. c. recepimus X. de privileg. ubi Abbas & Dd.* hoc tamen 61
operari, ut arctius ſit inter Imperatorem & privilegiatos il-

ios

los vinculum, malevoliq; homines eò magis caveant ab injuriis eorum, quos ſciant ſingulariter ſummo Imperii Principi charos commendatosq; eſſe, *Schurf. cent.* 3. *Conſil.* 23. *ſub. n.* 3.

CAPUT II.

DE ADVOCATIÆ CONVENTIONALIS objecto & cauſis impulſivis.

SUMMARIA.

1. *De conventionali Advocatiâ remiſsivè.*
2. *Caſuum quotidie emergentium varietas.*
3. *Cauſæ advocatiarum impulſivæ aliæ communes, aliæ ſingulares.*
4. *Amicitiâ cauſa clientelæ contrahuntur.*
5. *Amicitia naturæ conveniens.*
6. *Amicitia idem præſtat, quod conſanguinitas.*
7. *Amicus inſtar fratris eſt.*
8. *Cumarum & Neapolis celebris erga Romanos fides.*
9. *Athenienſium fides in proverbium abiit.*
10. *Saguntinorum fides, & incrementi & interitus cauſa.*
11. *Aphrodienſium fides publicè laudata.*
12. *Galliæ civitates levitatis nomine infames.*
13. *Patrono diuturna clientela eſt honorifica*
14. *Iphicratis encomium.*
15. *Pruſiæ ſocietas cum Romanis, mera clientela.*
16. *Reges & Regna in Romanorum tutela fuere.*
17. *Regis appellatio Romæ emta.*
18. *Arioviſtus Rex à Senatu Romano ſalutatus.*
19. *Certarum familiarum clientela.*
20. *Maſiniſſa in tutelâ Scipionum.*
21. *Sicilienſes in clientela Marcellorum.*
22. *Pœni in clientela Scipionum.*
23. *M. Catonis clientela.*
24. *Clientelarum continuatio ſpectat dignitatem familiæ.*
25. *Clientes muneribus & beneficiis affecti.*
26. *Nimia in clientes munificentiâ quædam familiæ prolapſæ.*
27. *Clientelarum perpetuatio, juris rationi eſt conſentanea.*
28. *Qui ſemel bonus, ſemper talis præſumitur, & contrà.*

29. Ma-

Digitized by Google

29. *Macedones à Romanorum ſocietate diſcedunt.* 30. *Ex præteritis æſtimantur futura.*

ET hactenus, quæ de legalis Advocatiæ ſpeciebus dicta ſunt, ſufficiant: nec de iis, quæ conſenſu contrahuntur, ſive ex majorum pactis veniant, ſive ex novo contractu, pluribus opus eſt, cum ex ſuperius dictis *part. 2.* per ſe pateant. Pergimus itaque ad cauſas impulſivas, & objectum hujus materiæ, ſeu quarum rerum & cauſarum gratia plerumque aut quæratur aut ſuſcipiatur defenſio. 1

Sunt verò hujusmodi cauſæ, & poſſunt imo propter rerum humanarum perpetuum fluxum & varietatem evenire innumeræ, *arg. Nov. 7. c. 2. pr.* quas compendio tamen haud incommode forſan ad duas claſſes redigemus, ut aliæ ſint utrique tam patrono, quàm clienti *communes*, aliæ *ſingulares*, quæ vel clientem, vel patronum ſingulariter & ſeorſim magis concernunt. Et hujus & illius generis exempla quædam adferemus, unde facilè deprehenſu fiet, quid de aliis judicandum. 2 3

Primò igitur ut in clientelam coeant gentes ac Respubl. plerumq; ſeu veteris *amicitiæ* renovandæ, ſeu novæ ſanciendæ animo fit; quando ſcilicet uterque contrahentium honorificum ſibi exiſtimat, vel priſtinam majorum fidem reſuſcitare, vel novam inter ſe paciſci: quod utrumque honeſtiſſimum factum eſt, & hominis naturæ, quæ maximè eſt ſociabilis, non inconveniens, diverſarumq; licet nationum animos ad mutua auxilia allicit, de quo præclarè diſſerit *Cic. in Lal.* Magna enim, ut noſtrates loquuntur, h.e. fida & conſtans amicitia idem operatur, quod conjunctio ſanguinis, *Alciat. de præſumt. regul. 1. præſ. 27. n. 5.* & æquiparatur conjunctioni naturali, *Carol. de Graſſ. de effectib. amicit. n. 84.* Imò jus quoddam fraternitatis continet, *Socin. Conſ. 762. Mantic. de conject. ult. vol. lib. 6. tit. 11. n. 25.* Qui enim frater non eſt, *inquit* 4 5 6 7

ICtus ſi fraternâ caritate diligitur, rectè ſub appellatione fratris continetur, *Paul. lib. 4. ad Vitell. in l. 58. ff. de hered. inſtit.* Imò aliquando fideliores amicos experimur, quàm germanos fratres, *Alberic. de Roſat. in l. ſed ha, 35. de promrat. Menoch. Conſil. 683. n. 23.* Unde amicitiæ vinculum potens & prævalidum, nec ulla ex parte ſanguinis viribus inferius prædicat, &
8 exemplis more ſuo illuſtrat *Val. Max. lib. 4. c. 7.* Nobis quoque non minoris fidei exempla inter gentes ac nationes occurrunt. Cumas certè & Neapolin clarâ ad poſteros memoriâ nobilitavit utriusque conſtans erga Romanos fides,
9 *Patercul. lib. 1. hiſt. c. 4.* Quin & Athenienſes, varius alioquin & inconſtans populus, adeo tamen certâ in Romanos fide fuiſſe, poſtquam ſemel his ſeſe commiſerant, ut ſemper & in omni re, quicquid ſincerè gereretur, id Romani *Attica fide* fieri prædicarent, apud eundem legimus *Vellejum. l. 2. c. 24.*
10 Nec inferior Saguntinorum conſtantià: quos fidem ſocialem usque ad perniciem ſuam coluiſſe, tantæq; diſciplinæ ſanctitate in magnas brevi opes creviſſe, conſtat ex *Liv. l. 21.*
11 *c. 7.* Ita etiam Aphrodienſes & Stratonicenſes, uterque Cariæ populus, teſte *Plin. l. 5. c. 29. & Liv. l. 37.* laudati in Senatu, quod nihil mutatâ in Romanos conſtantiâ, Parthorum
12 imperium ſuſtinuiſſent. Levitatis ſtigmate è contra notantur Hedui, Treviri, aliæq; 64. Galliarum civitates, quòd
13 deſciviſſent à fide Romanorum, *Tacit. 13. annal. c. 44.* Pariter verò ſicut clientibus ſecundum hactenus recenſita exempla, ita & Patronis ipſis glorioſum ac proficuum eſt, clientes ſemel ſuſceptos perpetuâ fide ſibi habere commendatos, nam, ut regiè Cæſar; clientes, inquit, ſine ſummâ infamia
14 deſeri non poſſunt, apud *Gellium lib. 5. c. 13.* Indeq; celebre adhuc nomen Iphicratis, quod cum aliis in rebus, tum maximè in Amyntæ Macedonis liberis defendendis, poſtquam ſemel eos in tutelam recepiſſet, magna fide fuerit, *Corn. Nep.*

in

in Iphicrat. & Pruſias Bythyniæ Rex, quod conſpicua eſſet
Romanorum virtus in ſociis defendendis, ideo ut ſecum ſo-
cietas renovaretur, petiit, *Liv. l. 45. c. 44.* quam certè ſocieta-
tem nihil aliud quàm clientelam fuiſſe, ipſius Pruſiæ Roma-
no in Senatu ingens & ferè contra regium decus facta ſub-
miſſio haud obſcurè teſtatur, *vid. Liv. d. loc.* Notabile verò 15
eſt, quod *conſpicuam hac re* fuiſſe Romanorum virtutem ait
Pruſias. Hac enim ratione effectum eſt, ut non civitates ac
Reſpublicæ modo, quarum exempla paulo antè retulimus,
ſed Reges etiam & Regna integra ad Romanam tutelam, ceu 16
commune aliquod totius orbis præſidium, confugerent, ſua
etiam facta & juſſa Senatus judicio ſubmitterent, teſte *Tacito*
lib. 3 annal. c. 60. ubi Regum quoque ſociorum, qui ante vim
Romanam valuerant, decreta in Senatu relata ſcribit, ut vel
rata manerent, vel mutarentur. Imò exarſere ſtudiis clien- 17
telaribus gentes undique erga Romanum nomen tantâ con-
tentione, ut magnis largitionibus emta fuerit à Senatu Regis
appellatio. Unde *Cæſar de bell. Gall. lib. 1.* Arioviſti felicita- 18
tem extollit, quòd Rex appellatus eſſet à Senatu & amicus;
eam enim rem paucis contigiſſe, & à Romanis demum pro
maximis hominum officiis conſueſſe tribui. Ita verò hac 19
nominis amplitudine utebatur Senatus, ut & ſingularibus
familiis non minimam ejus partem impertiret. Moris enim
erat, ut quorum conſiliis, ductu atque operâ natio aliqua in
fidem populi Romani veniſſet, eorum in clientela eſſent, eo-
rumq; autoritate deinde uterentur, quoties ſive conſilio, ſi-
ve auxilio Romano indigerent. Cujus rei memorabile 20
exemplum præbet Maſiniſſa, quem cum varia fortuna jacta-
tum, bello Punico ſecundo, victo Syphace, totius Numidiæ
regno reſtituiſſet Scipio, ille moriens uxori liberisq; præce-
pit: unum in terris populum Romanum, & *unum in populo*
Romano Scipionis domum noſſe, h. e. colere & ſuſpicere fide cli-

 entela-

21 entelari, *Valer. Maxim. l. 5. c. 2. circa fin.* Ita Sicilienſes Legati
cùm in Senatu adverſus Marcellum Conſ. nihil obtinere po-
tuiſſent, ad genua ejus provoluti, primum obſecrarunt, ut
quæ deplorandæ ac levandæ calamitatis causâ dixiſſent (ac-
cuſarant enim Conſulem expilatæ injuria civitatis) veniam
eis daret, deinde & in fidem, & in clientelam, ſe urbemq; Sy-
22 racuſas ut reciperet, *Liv. lib. 25. c. 29.* Indeq; Siciliam in Mar-
cellorum pariter, uti Pœnos in Scipionum clientela fuiſſe
23 notat *Paul. Manut. ad lib. 5. epiſt. fam. Cic. 4.* ubi Cicero &
Cyprum inſulam, & Cappadociæ regnum, duas maximas
M. Catonis clientelas vocat: ejusdemq; in Catonis tutelâ
24 fuiſſe Citicas idem *Cic.* auctor eſt *de finib. lib. 4.* eodemq; re-
ferendum, quòd Cato clientelas à patre relictas adeo com-
mendat Pompeji filio, *apud Hirt. de bell. African. c. 22.* nempe
ut & dignitatem nominis Romani & familiæ conſervaret.
25 Denique haud indignum obſervatu eſt, quod porrò hinc
evênit, uti non ſolum clientela Romana ſummo ſtudio appe-
teretur, ſed & tam à Senatu, quàm familiis, quarum tutelam
nacti eſſent, ipſi vicisſim clientes muneribus, aliisq; benefi-
ciis ad ſervandam fidem obſtringerentur: quomodo in-
gentia Romanos miſiſſe amicis Regibus munera, autor eſt
26 *Cæſ. de bell. Gall. d. lib. 1. Et Tacit. d. lib. 3. annal. c. 55.* licitum fuiſ-
ſe teſtatur nobilioribus familiis ſocios, regnaq; & colere, &
ab iisdem coli vicisſim, ut quisque, *ait*, opibus, domo, paratu
ſpecioſus, per nomen & clientelas illuſtrior haberetur, usque
eò, ut ſtudio tantæ magnificentiæ prolaberentur nobiliores
27 & claritudine inſignes familiæ. Sic per exempla illuſtrato
hoc loco, ad alia digrediemur, dummodo obiter adjiciamus,
clientelarum hanc ad heredes & ſucceſſores continuatio-
nem, non eſſe etiam à juris noſtri ratione planè alienam, quâ
talem quemque hodie præſumimus, qualis olim fuit, *Alciat.*
28 *tr. præſumt. regul. 2. præſumt. 7. 10.* & ſicut ſemel à fide diſceden-

ti

Digitized by Google

ti vix ea in poſterum habenda, ita qui ſemel atque iterum eandem ſervavit, idem quoque in poſterum ſervaturus exiſtimatur, *gloſſ & Bald. in l. lege Cornelia ff. ad SC. Syllan.* Cujus enim ſemel experti ſumus operam, ſatis documenti dedit, cur ei ad majora fidamus, ait *Liv. lib. 24. c. 8.* Hinc Macedones in Ætolorum concilio, quod Panætolium vocabant, ac tunc quidem de pace cum Philippo ſervanda, vel ſocietate Romanorum renovenda inſtitutum erat, ideo in Philippi tandem partes conceſſerunt, quod hactenus inutilem ſibi Romanam ſocietatem fuiſſe, pro comperto haberent, *Liv. l. 31. c. 29.* Rectè enim ex præteritis æſtimari futura, ideoq́; ſpectandam eſſe ante actorum geſtorumq́; memoriam, monuit *Quintilian. l. 5. Inſtit. Orat. c. 10.* 29 30

CAPUT III.

DE COMMUNIONE ORIGINIS, LINGUÆ, & religionis in ſpecie.

SUMMARIA.

1. *Communio cauſæ parit cognationem animorum.*
2. *Originis ſuæ cuiq́ grata eſt memoria.*
3. *Patriæ amor naturalis.*
4. *Majorum genealogiam quærere non inboneſtum.*
5. *Moſis homicidium excuſatur.*
6. *Judaicæ gentis arctiſſima unio.*
7. *Carthaginenſes & Phœnices patriæ ſuæ amantiſſimi.*
8. *Branchidæ Alexandrum originis memoria læti excipiunt.*
9. *Rhodii amore originis pro Solis urbe intercedunt.*
10. *Ilienſibus in originis memoriam aliquot civitates adjudicatæ, aliis libertas data.*
11. *Linguæ communio conciliat animos.*
12. *Eadem parit præſumtionem ejuſdem originis & fidei.*
13. *Græcia magna diſſiditur ob linguæ communionem cum Epirotis.*
14. *Ejuſdem linguæ gentes facilè reconciliantur.*

Digitized by Google

15. *Inter Græcos non eſt bellum, ſed tumultus.*
16. *Concilia Græciæ.*
17. *Formula*: vnſer geliebtes Vatterland Teutſcher *Nation*, *quid comprehendat.*
18. *Num religionis cauſa liceat armatam clientelam inire?*
19. *An armis religio defendenda?*
20, 32. *Religio per ſe non eſt objectum Politices.*
21. *Religio in genere deſcribitur.*
22. *Religio coactionem non patitur.*
23. *Virtutum actio libertatem arbitrii præſupponit.*
24. *Chryſoſtomi de coactione locus.*
25. *Alius Ejusdem locus.*
26. *Eccleſia eſt in Republ. non contrà.*
27. *Politica eſt architectonica.*
28. *Politica Eccleſiæ ſtatum externum ordinat.*
29. *Eccleſia ſubeſt Politicæ non ſimpliciter, ſed certo modo.*
30. *Conſcientiæ autonomia in cauſa religionis.*
31. *Blaſphemiæ & ſeditioſæ religiones non tolerandæ.*
33. *Cultus Dei internus.*
34. *Cultus externus non eſt ſimpliciter coercendus.*
35. *Vultus, gemitus, murmur occultum, neceſſitati coactivæ non ſubjicienda.*
36. *Cultus externus directivè ſubjicitur Politicæ.*
37. *Secularis poteſtas ordinat Eccleſiam.*
38. *Eadem tuetur Eccleſiæ ſtatum.*
39. *Nullus cœtus ſine ordine, nullus ordo ſine lege.*
40. *Status Imperii Evangelici jus ordinandi Eccleſias ſuas habent.*
41. *Jurisdictio Papalis apud eos eſt ſuſpenſa.*
42. *Magiſtratus ita ordinat Eccleſiam ne reſp. detrimentum capiat.*
43. *Obtentus religionis ſæpe perniciosiſſimus.*
44. *Evangelium per ſe non excitat ſeditiones.*
45. *Duo conſervandæ Eccleſiæ remedia: doctrina & exemplum.*
46. *Aſperiora remedia prudenter temperanda.*
47. *Religionis exercitium quatenus concedendum.*
48. *Olim Romæ religionis cauſâ licebat convenire.*
49. *Edicti Nannetenſis & aliorum ſimilium ratio probatur.*
50. *Calviniſtæ in Gallia dicuntur: de la religion.*
52. *Inter eos qui utrinque majeſtatem habent, quatenus religionis cauſâ arma ſint licita.*
53. *Magiſtratus ex officio, blaſphemos & religionis prætextu tumultuantes poteſt compeſcere.*
54. *Subditis, quamvis pacatè viventibus ſi religionis cauſa vis inferatur, ad arma proſilire non licet.*
55. *Migrandi beneficium eis tamen relinquitur.*

56. Duo

56. *Duo edicta Evangelica, ſubditorum rebellioni obſiſtentia.*
57. *Chriſto & Apoſtolis ejus competit imperium in conſcientias Chriſtianorum.*
58. *Etiam Eccleſiæ, ut corporis, arma alia non ſunt, quàm preces & ſuſpiria.*
59. *Extraneus extraneo religionis cauſa ſuccurrere poteſt, extra motum bellicum.*
60. *Conſtantini exemplum.*
61. *Caroli Magni exemplum.*
62. *Electoris Saxonici exemplum.*
63. *Oppreſſus, inter auxilium extranei armatum, & ſui magiſtratus defenſionem conſtitutus, quomodo ſe gerere poſſit.*
64. *Ambroſii ea de re dictum.*
65. *Exiſtente pacto inter magiſtratum & ſubditos de exercitio religionis, an ſubditis hoc pactum liceat armis defendere, eoq; nomine clientelam inire?*
66. *Remedia ex conſtitutione pacis religiæ et Imperii Receſſibus aliis, adverſus magiſtratum mediatum.*
67. *Princeps tenetur legibus, ſaltem directivè.*
68. *Ordines regni in partem Majeſtatis venientes, poſſunt ad reſiſtendum Principi clientelam inire.*
69. *Status Evangelici in Germania Imperatori contra pacem religioſam machinanti poſſunt vi reſiſtere.*
70. *Leges fundamentales cum Statibus Germaniæ initæ, habent vim contractus.*

ALterum clientelæ contrahendæ objectum ſit communio quædam, ſive ea originis & patriæ ſit, ſive linguæ, ſive religionis, ſive Status ac reipublicæ, ſive alius cauſæ. 1
Hæc enim cuncta, aut ſingula, quandam etiam inter remotisſimas gentes cognationem pariunt. Et *originis* quidem uti ſancta & grata apud moratas gentes ſemper habita 2
eſt memoria, ita qui à nobis quondam orti, aut unde nos, beneficiis & patrocinio præ aliis noſtro dignos eſſe prope ipſius docet naturæ inſtinctus. Sanctisſimum patriæ nomen, 3
ipſa nativitas facit, *Bald in auth ſed omnino, C. ne ux. pro marit.* & naturaliter homines amore primævæ originis moveri ait *Ludov. Gomes. in §. item ſerviana. Inſt. de act. Vosq. tom. 2. de ſucceſſion lib 1. prolegom. n. 4. 5. &c.* Ideo ſemper prudentes viri quæſiverunt gentium, ac præſertim majorum ſuorum ſtirpes, 4
quia

Digitized by Google

quia στοργὴ invitat eos ad has cogitationes, ait *I. Matth. à Sude tis*
5 *in pr. ſubſecivar. de origin. Bohem. & Slavon.* Hinc Moſis factum excuſationem nanciſci videtur, qui Ægyptii illius injuriam atque vim, Judæo ſuæ gentis homini intentatam, vi repulit, quod etiam aliàs excuſant Theologi, *D. Ambroſ. lib. 1. de offic. c.*
6 *37. relatus in c. non in inferenda, 23. qu 3.* Ipſiq; Judæi ob communem generis originem, quamvis in plures tribus diviſi, tamen ut fratres ſe mutuò amare ac defendere jubentur, ac ſæpe cum neglectâ hujus præcepti religione bellis ſeſe attererent, graviter puniti reperiuntur *Amos c. 1. verſ. 9. & 11. cum ſi-*
7 *mill.* Carthaginenſes itaque merito laudantur, quod à Thyriis Phœnicibus orti, eosdem parentum loco coluerint, teſte *Curtio l. 14.* & viciſſim Phœnices Cambyſi Perſarum Regi bellum adverſus Carthaginenſes meditanti auxilium denegarunt, eo quod inter parentes & liberos bellum naturæ ad-
8 verſari dicerent, *Herodot l. 1.* Eodemq; naturæ inſtinctu, Branchidæ, Mileto quondam Græciæ inſula in Aſiæ longè diſſita tranſlati, quamvis temporis diuturnitate paulatim à domeſtico ſermone degeneres, &, ut hiſtoricus ait, bilingues facti, Alexandri Macedonis tamen adventu, quod Græcum, ſuæq; originis eſſe meminiſſent, ſummopere exhilarati, magno cum gaudio regem exceperunt, ſe ſuaq; omnia ei de-
9 dentes, *Curt. lib. 7. c. 5.* Et Rhodii, cùm à Romanis propiora quædam inſulæ oppida dono acciperent, Solis urbem ſimul ex ſervitute regia ut eximerent ſibiq; darent, tanquam extraordinarium mun⁹ petierunt, nihil aliud cauſantes, quàm quòd Argis quoque, ſicut ipſi Rhodii, oriundi eſſent, âb eaq; germanitate fraternam cum iis charitatem haberent, *Liv. l.*
10 *37. c. 56.* Cneus verò Manlius præclaro olim judicio, facta cum Antiocho pace civitatum Aſiæ cauſas cognoſcens, cum ad Ilienſes deveniſſet, Rhetum & Gergitum oppida Ilienſibus adjudicavit, non tam ob recentia merita, quàm originum

num memoriâ,ut ait hiſtoricus,qui eandem quoque Darda-
no (hæc alia quædam in iiſdem oris civitas erat) libertatis
aſſequendæ cauſam fuiſſe memorat, *Liv. l. 28. c. 19.*

Deinde etiam linguæ communio, etſi nullam quidem 11
juris civilis communionem inducat, *Cothman. vol. 1. Conſ. 26.
n.* 240. ſingulari tamen propenſione homines innectit, &
quodammodo ad mutui auxilii præſtationem obligat natu-
rali impulſu: tum quòd ejusdem originis videantur, qui
eadem lingua utuntur: tum quòd major inter hos præſu- 12
matur fides, ſinceriorq; amicitia. Ideo Pyrrho Epirotarum 13
Rege Romanis imminente, Senatus defectionem eâ Italiæ
parte potiſſimùm metuebat, quæ nunc Apulia & Calabria,
olim magna Græcia dicta fuit: quòd ex Græcia oriundi, lin-
guæ & nominis cognationem ſecuti Pyrrhum facilè ſuſce-
pturi eſſe viderentur, *Liv. lib. 31. c. 7.* Nam (ut ipſi Macedones, 14
referunt) Ætolos, Acarnanos, Macedones, ejusdem linguæ
homines, leves ad tempus ortæ cauſæ disjungunt conjun-
guntq;: cum alienis, cum barbaris, Græcis omnibus æter-
num bellum eſt, *Liv. l. 31. c. 29.* & Plato *lib. 5. de rep.* Græcos 15
omnes ait inter ſe cognatos, omnes vero Barbaros ipſis ex-
traneos eſſe, adeo ut Græco contra Græcum inſurgente, non
tamen ex eo jus cognationis perimi exiſtimarent, nec pro-
priè inter eos bellum eſſe, ſed ſeditionem tantùm, aut tu-
multum, *Joach. Steph. de jurisd. l. 2. c. 6. n. 7. 8.* Eodemq; perti- 16
nent illa communia Græcarum urbium conſilia, ubi agitaba-
tur quicquid de republ. in Senatu ſuo quæq; civitas ſenſiſſet,
Liv. l. 32. c. 19. Nec aliud innuere videtur illa hodie in Ger- 17
mania noſtra Principibus ac Statibus Imperii familiaris, fre-
quens ac recepta formula: Unſer geliebtes Vaterland teut-
ſcher Nation, h.e. *dilecta patria noſtra Germanicæ nationis;* quàm
quòd duo præcipuè in omni publica conſultatione, & in
omni actione ad ſervandam concordiam conſideranda ſint

Digitized by Google

argumenta: patriæ ſcilicet ejusdem, ejusdemq; linguæ communio, *vid. Receſſ. Imp. & alia ſcripta jur. publ. paſſim.*

18 De *religione* verò quid dicemus? anne & illa hujus generis eſt, ut, ſi quæ regna aut nationes eadem religione utantur, ideo ad mutua auxilia ſibi obſtringantur, adeoq; clientelam eo nomine contrahere inter alia quoque liceat? Sanè multis abhinc ſeculis agitata quidem & recentioribus naſcentis Evangelicæ rei temporibus ſub incudem revocata
19 quæſtio eſt: planè an armis tueri religionem liceat? ardua tamen & lapſui vicina, niſi rectè conſtituatur. Nos ut rem quaſi compendio teneamus, quoad inſtitutum noſtrum attinet, primò de religionis naturâ quædam præmittemus, deinde ad propoſitam quæſtionem eadem accommodabimus.
20 Cumprimis itaque religio in ſeſe & ſecundùm naturam ſuam conſiderata, nec politico magiſtratus regimini, nec ci-
21 vili diſciplinæ ſubjicitur. Eſt enim religio *in genere* dicta, intima humanæ mentis de Deo, ejusq; naturâ, voluntate, & cultu perſuaſio, prout cuique ſeu ratio hoc dictaverit, ſeu inſtitutio & educatio, ſeu exemplum, ſeu præter naturalis aliqua ſive à bono, ſive malo genio profecta inſpiratio ſugge-
22 ſſerit: quæ ſi non de cujusq; electione ac judicio, ſed magiſtratûs aut legislatoris alicujus præſcripto & coactione pendere debet, jam non religione amplius tenetur animus, ſed alienæ opinioni per vim ſubjicitur, id quod in hac materia minimè ferendum eſſe, non ſolum orthodoxi Chriſtiani
23 univerſim docent, ſed & pagani ſolo rationis ductu intellexerunt. Unde rectè *Bortius de natur. jur. majeſt. c. 3. th 1. §. cauſa hujus diverſitatis.* Ad neutras virtutes, *ait*, morales nempe & Theologicas, ulla vis, ulla coactio, pertingere poteſt.
24 Et de Chriſtianis virtutibus, fide cumprimis Apoſtolicâ optimè *Chryſoſtom. in epiſt. ad Epheſ. 4.* Conſiliariorum locum, *inquit*, obtinemus, ſuadentium: qui conſilium dat de ſuo dicit,

Digitized by Google

cit,auditorem *non cogit,ſed liberam relinquit electionem* circa ea,
quæ dicuntur , & *de ſacerdot. lib. 2.* neque vi eum,qui à fide 25
aberrat pertrahendum, neque metu compellendum,ait. Ne-
que verò his adverſari exiſtimemus, quòd alias dicitur, ve-
risſimumq; eſt axioma : Eccleſiam (quæ quaſi religionis 26
filia eſt)in Republ. eſſe,non contra rempubl. in Eccleſiâ, *au-
toritate Optati Milevit.lib 3.ad Parmenion. de Schiſmat, Donatiſt.*
quodq; *Ariſtot.1. Eth. Nicomach,c.2.* Politicam vocat diſci- 27
plinam,omnium cæterarum architectonicam, imò religio-
nis curam propriam facit Politicæ,*lib.7.Polit.c.8.* Nam hæc, 28
& quæ his ſunt ſimilia,ad Eccleſiæ adminiſtrationem potiùs
externam attinent, quàm religionem ipſam : & tamen ne
Eccleſia quidem ſimpliciter , ſicut alii cœtus humani, civili 29
poteſtati ſubjecta eſt,ſed ſuo demum modo, *vid. Arniſ. de jur.
& exemt. Cleric c.5.n.7.verſ.Verùm politia & Eccleſia , & verſ.
ſed politia ſuam ſibi perfectionem, &c. fol.m.112.113.* Neceſſum 30
eſt itaque hanc cuivis homini *credendi libertatem*, ſuæq; ipſius
conſcientiæ velut autonomiam quandam hactenus relinqui,
ut,quid de Deo,cultuq; ejus,poſt ſeriam deliberationem,ad-
miſſasq; in omnem partem rationes ipſe creditu optimum
exiſtimet, id ſequatur : nullam autem propterea vim, ſive
aliter ut credat, ſive in pœnam diſſentientis animi,patiatur,
ut & Lactantius docet lib.5.c.20. & vid.Lipſ.Polit.l.4.c.4. niſi 31
forte quis turpia de Deo loquatur, aut doctrinas ſpargat ſe-
ditioni & minuendæ humanæ ſocietati commodas, de qui-
bus eleganter *Liv.l.39.c.16.* nihil in ſpecie fallacius eſſe pra-
và religione , ubi divinum numen prætenditur, ſceleribus.
Qui enim ita de Deo ſentiunt & loquuntur , veluti rationis
potius,quàm religionis hoſtes,non ratione , ſed tormentis
domandos eſſe, rectè ipſe judicat, *Ariſtot.1.Topic.c.9.* Conſta- 32
re itaque debet : religionem , quatenus intimos humana-
rum mentium receſſus dirigit , nec politicæ diſciplinæ præ-

 ceptis,

Digitized by Google

ceptis,nec civilis imperii legibus (utpote quæ externis hominum actionibus tantùm moderatur, *arg.l.18.ff.de pœn.*)ſubjectam, ideoq; nec armis, aliave humana coercitione eſſe vindicandam, *Matth.13.verſ.28.29.* Par ratio eſt *cúltus interni*, cùm homo Deum, quem profitetur, animitus colit, mentemq; ſuam quoad actus imperatos, voluntati illius, quatenus eam cognoſcit, ſummo ſtudio componit: talis enim cultus, quoniam ipſam religionem proximè conſequitur, eiq; inſeparabiliter adhæret, eodem jure ac privilegio cenſendus eſt, ipſa dictitante ratione. Sed & ille cultus, quem

34 *externum* dicimus, h. e. qui interiorem mentis devotionem ſignis factisq; declarat, & ad actus elicitos progreditur, ſimpliciter nemini interdicendus. Nunquam enim iſti animi motus ita contineri poterint, ut non ſe exſerat aliquando, ſuiq; aliquod externum prodant documentum: qualia pœ-

35 nalibus conſtitutionibus ſubdere, & neceſſitate, ut loquuntur, coactivá, reprimere, non minùs atrox videri queat in hac materia, quàm in civilibus actionibus olim hiſtorico viſum, *aſtitiſſe per tot annos, qui vultum, gemitum, occultum etiam murmur exciperent, Tacit.lib.6.annal.c.24.* Quibus conſenta-

36 neum eſt, ne externum quidem religionis cultum *ſimpliciter*, per ſe, & quatenus privatim citra conventiculi formam exercetur, politicæ ſtricturæ ſubeſſe; ſubeſſe autem *directivè* & per modum relationis, duplici potiſſimùm ratione:

37 (1) quatenus cultûs huius exercendi gratiâ, publicè coeunt homines, cœtumq; ſive Eccleſiam faciunt, *Joach. Stephan. de jurisdict.lib.2.c.6.n.21.* eaq; ratione duo cumprimis ad ſecularem poteſtatem rectè referuntur: primum ut bene ordinata ſit Eccleſia tam ratione rerum, h. e. ſacrorum officiorum, eorumq; adminiſtrationis, quod *liturgiam* dicimus; quàm ratione perſonarum, h. e. docentium & diſcentium; bonorum denique ac redituum ſacris uſibus, vel miniſtrantium

Digitized by Google

tium ſuſtentationi dedicatorum : *vid. Ioach. Steph. inſtit. jur.*
Canon. in præfat. alterum, ut quieta ſit Eccleſia; quod fit tum 38
ſanæ doctrinæ conſervatione, tuitione, & nutritione; tum
hæreſeon, omnisq; publici ſcandali moderata averſione.
Ut enim quivis cœtus ſine ordine, ordo autem ſine lege ali- 39
quâ conſiſtere non poteſt, imò nec quietè conſiſtere, niſi
adverſus morbos & corruptelas ſit remedium : ita & ipſam
Eccleſiam rite ordinare, & quibuscunque obſtaculis reſiſte-
re, id ad curam magiſtratus ſpectat religioſam, *l. inter claras* 8. 40
C. de ſumm. trinit. cum ſimill. Hensler. de cur. magiſtr. religioſ. §. 10.
Arnis. de jur. majeſt. l. 2. c. 1. n. 9. & c. 6. n. 1. Unde rectè contra
Pontificios ſibi orthodoxæ religionis in Germania Status,
unà cum aſſerto ſuperioritatis jure, jus ordinandæ Eccleſiæ,
condendiq; leges & Statuta eccleſiaſtica vindicant in ſuis 41
territoriis; jurisdictione Pontificiâ interim ſuſpenſa, ut lo-
quimur, cætera quidem per ſe inutili, hactenus etiam perni-
cioſâ. Atque hic conſiderandi modus Eccleſiam ſpectat;
alter, qui nunc ſequitur, Rempublicam. Nam (2) externus 42
etiam alienæ religionis cultus civili regimini ſubordinatur
hactenus, ne quod ex toleratione ejus Respubl. detrimen-
tum capiat : veluti ſi populus non tam religionis cauſa, quàm
prætextu ſumto, tumultuandi quærat occaſionem, aut do-
cendo in conventiculis pernicioſarum opinionum ſemina
ſpargat; tunc enim minuenda eſt nocendi & facultas, & li-
centia : tum quòd nullum audendi telum exiſtat acrius, 44
ubi ſemel homines faſcinavit, quàm ſacer obtentus religio-
nis, *Baud. in epiſt. dedic. de induc. bell. Belg.* tum quia non ipſum
ſæpe Evangelium, ſed docendi modus ſeditiones excitat, ut
ſcitè ſcribit *Eraſm. lib. 18. epiſt. fol. m.* 592. Dixi autem *mode-*
ratâ horum averſione opus eſſe. Ad utrumque enim, & 43
ipſius religionis & Eccleſiæ Statum externum conſervan-
dum, duo præcipuè ſunt remedia; doctrina & exemplum.

Illa opus eſt,ut populus frequenter ac ſedulò tum de iis
quæ credere, tum de his quæ facere oporteat, inſtituatur;
exemplis, ut in vitæ ſanctioris curriculo progredientes con-
firmenrur: ac his quidem remediis nunquam non uti lice-
bit,ſine cujusquam injuria, *1. Tim. 1. verſ. 6. & c. 3. verſ. 2. c. 4. verſ.*
46 *12. &c.* aſperiora autem, ac quibus quædam ineſt vis & co-
coactio, ita ſunt temperanda, ne dum religioni conſultum
imus, gentium jura violemus, ſicut prudentisſimè monuit
Petrus Janin. Henrici IV. Galliæ Regis apud Belgas Orator,
47 *Nicol. Rigalt. in apologet. pro Rege Chriſtianisſ. c. 14.* Quare ſi vel
major pars civitatis, aut tanta multitudo, quæ juſtum cætum
efficiat, alienam à publico ritu religionem foverit, nullum
autem ab iis metuendum ſit ſeditionis periculum, humanius
fuerit, exercitium petentibus concedere: quod & gentili-
47 um Imperatorum ætate factum Romæ fuiſſe conſtat ex *l. 1.*
48 *ſ. 1. ff. de colleg. & corp.* ubi Marcianus Imperator: *Sed reli-
gionis cauſa*, inquit, *coire non prohibentur, dum tamen per hoc non*
49 *fiat contra SCtum, quo illicita collegia arcentur.* Idq; in Gallia
conſilium ſecuti ſunt Nannetenſis aliorumq; ſimilium edi-
ctorum autores, in favorem reformatarum Eccleſiarum,
quas Pontificii vocant *de la religion pretendue reformeé*, vel ſim-
50 pliciter *de la religion*; de quibus edictis *Ioannes Serran. invent.
Gall. ſub Henrico III. IV. & Ludovi XIII. & Thuan. ejusd. ætatis
hiſtor. pasſim.* prudenter ſanè & magno totius regni emolu-
mento, ſicut ejus temporis res geſtas curioſius rimanti facilè
apparet.

51 Hæc ad propoſitam quæſtionem nunc accommodatu-
ris, videndum eſt, num religionis causâ patrocinium arma-
tum aut quærere, aut ſuſcipere liceat? Cujus quæſtionis de-
ciſio etſi ex præmisſis facilè pateat, docendi gratiâ tamen
52 rem inſuper in caſus aliquot diſtinguemus. Aut enim &
vim faciens & patiens uterque ſui juris ſunt, aut alter alteri
obſe-

obſequii vinculo obſtrictus. *Priori caſu*, ſive de externo, ſive de interno, ſive privato ſive publico agatur cultu, & arma jure expediuntur, & patrocinium licitè quæritur ac præſtatur. Ubi enim Majeſtas Majeſtati opponitur, non opus eſt ad religionem reſpicere, ſed res ipſa ex gentium jure ſuam legem habet. *Caſu altero*, iterum aut nulla exſtat conven- 53
tio inter magiſtratum & ſubditos, aut exſtat. *Si non exſtet*; uti penes magiſtratum eſt blasphemas & naturalibus de Deo notitiis contrarias opiniones abolere, publicum externum cultum ſtabilire, peregrinum prohibere, contrà facientes punire; ita nullum hic quærendi, præſtandive patrocinii locum ſubditis relinquimus; adeo quidem ut nec contra 54
vim, pacatè licet viventibus intentatam, hinc remedii quicquam largiamur, idq; propter illimitatum obedientiæ vinculum: rectius hoc caſu migrandi beneficio uſuris, aut ſi 55
ea libertas non detur, collum potius in martyrii decus magnanimè porrecturis. Sive enim ut Chriſtianos, ſive ut cives 56
conſideremus, utroque caſu duo inſignia obſtant edicta: Pauli alterum *ad Eph. 6. verſ. 13 & ſeq.* alterum ipſius Dei & Salvatoris noſtri *Matth. 10. verſ. 23.* quod utrumque cùm ſit 57
prohibitorium, & ab iis, quibus vel pro ſuâ majeſtate, vel mandata veluti jurisdictione imperium in conſcientias noſtras competit, promulgatum, non magis unum quemvis Chriſtianum nomen ſuſcepto baptiſmate profitentem obligant, quàm juratos cives decet Statutis ac legibus civitatis ſuæ vivere. Idemq; eſt, ſi totum Eccleſiæ corpus, ut tale, re- 58
ſpiciamus; neque enim hujus quoque contra vim conſcientiæ alia ſunt arma, quàm preces & ſuſpiria. *Nazianzen. orat. 1. in Iulian & vid. c. convenior. 23 qu. 8. adde Barcl. contra monarchomach. & de poteſt. Pap. contra Bellarmin.* Quod ſi ex- 59
traneus aliquis ejuſdem religionis Princeps ultro ſuccurrere oppreſſæ religioni ſatagat, non ſtatim armis experietur, quoni-

quoniam materiæ & objecti qualitas repugnat ; curam autem eorum qui ita opprimuntur habere, intercedendo & omnem pro iis lapidem movendo, extra motum bellicum
60 haud prohibebitur. Sic enim Conſtantinus M. Perſarum Regi ſcribens, inter alia Chriſtianos in Perſiâ habitantes ei
61 ſtudiosè commendabat : & Carolus M. Saracenorum Regem, veræ fidei profeſſores humanius ut tractaret, ſeverè monuit. *Euſeb. in vit. Conſtant. M. Lang. in præfat. oper. Iuſtin. Martyr. vid. etiam Theodoret. hiſt. Eccleſ. lib. 1. c. 24. Sozomen. lib. 2.*
62 *c. 14. Niceph. Calliſt. l. 8. c. 38.* eorumq; exemplum gloriosè imitatus eſt ſereniſs. Saxoniæ Elector, cum velut communis Proteſtantium Eccleſiarum patronus in Germania apud Margaretam Belgii Gubernatricem pro Evangelicis in Belgio Eccleſiis ſollicitè interceſſit, *teſte Nicol. Burgund. hiſt. Belgic.*
63 *l. 3. fol. m. 347.* At ſi in facto contingat, ut extraneus ille, ſolâ interceſſione haut contentus, armatum auxilium contra oppreſſorem meditetur, num oppreſſoris hujus ſubditi, quorum cauſæ ſuccurritur, reſiſtere tali auxilio teneantur ? Et quidem generali ſubjectionis vinculo inſpecto haud dubiè teneri dixeris : mitius tamen fuerit excuſari, ſi abſtineant, & cum D. Ambroſio reſpondeant, qui in caſu
64 haut planè diſſimili : *Exigebatur*, inquit, *à me ut compeſcerem populum; regerebam: in meo jure eſſe ut non excitavem, in Dei manu ut compeſceret. Theodoret. l. 5. c. 18. referente Arnis. de jur. Princip. in violab. c. 2. n. 13.* Atque hæc ita, ſi nullum pactum
65 exſtet. Sed & ſi magiſtratum inter & ſubditos v. g. de certæ religionis publico privatove exercitio convenerit, ac jam non tam de religione ipſa, quàm de poſſeſſione vel quaſi juris pacto quæſiti (quod utique civile & politicum eſt) controverſia ſit, ſiquidem ille qui gravat, ſuperiorem agno-
66 ſcat, hujus autoritate coercebitur ; quemadmodum mediatis Imperii noſtri civibus à magiſtratu ſuo hoc nomine gravatis

vatis, ſubſidio ſunt actiones & remedia Juris, de quibus *Sprin-* 66
ger. de pac. relig. cap. ult. & ipſa conſtit. pac. Religioſ. de anno 1555.
vid. Mindan. de proceſſ. extrah. lib. 1. cap. 28, 29, & cap. 30, §. 2. cum
ſimill. Si verò is ſummá poteſtate præditus ſit, quamvis
hic materiæ ceſſet inhabilitas, non tamen ideo magis re-
ſolvitur univerſalis obedientiæ nexus, quàm in cauſis civi-
libus aliis, *Alber. Gentil. lib. 1. de jur. bell. cap. 10. Ioan. Gerhar. Cent.*
quæſt. pol. decad. 16. theſ. 7. Felix. Bidemb. conſil. Theolog. decad. 2.
conſ. 5. nec enim ulla Principem ſtringit obſervandæ con- 67
ventionis neceſſitas alia, niſi quam, in oppoſitione ad co-
activam, appellamus directivam, *Vasq. lib. 2. illuſt. controv. cap.*
51. n. 14. Dd. comm. in l. Princeps. ff. de le leg. Quod ipſum ta-
men ex ſtatu & forma Reipubl. aliam atq; aliam determina-
tionem admittit. Nam ſiquidem hi, cum quibus ita contra- 68
xit Princeps, in partem Majeſtatis & Imperii, ſivè per omnia
ſivè ex eâ ſaltem parte, quæ religionem attinet, recepti fu-
erint, quoniam hâc ratione, Juris, ut loquimur, potentiâ, fi-
unt æquales Principi, vim contra pactum molienti huic, im-
punè & reſiſtere, & in auxilium, ubi opus ſit, patronos aſci-
ſcere, aut aſcitos olim advocare licebit. *Zach Fridenreich. cap.*
26. polit. fol. 144. ſin meri ſubditi ſint, cum quibus contra-
ctum eſt, obtinent ea, quæ paulò antè diximus. Ideò in Gal-
liâ, ubi omnis ſuprema poteſtas penes Regem eſt, quæ à
Principibus ſuperiori ſeculo ob religionem mota ſunt ar-
ma, ſiquidem hoc ſaltem actum fuerit, ut religio, quamvis
orthodoxa magis, defenderetur, & ab iniquis perſecutioni-
bus liberarentur conſcientiæ, rebellionis vitio laborare vix
dubitemus. Nusquam etenim Principibus illis, Regi licet
ſanguine proximè junctis, majeſtatis aliquam partem in eo
regno communicatam legimus; pactis verò, etſi religionis
causâ quædam inita fuerint, non tamen ideò ſimul coër-
cendi redigendiq; in ordinem Regis poteſtas conceſſa aut

R trans-

Digitized by Google

translata videbitur. *vid. Cambden. in hiſtor. Eliſab. ad annum*
69 *1581. Grot. de jur. pac. & bell. lib. 2. cap. 14. §. 9.* Contrà, in Ger
mania, quoniam in ſollicitudinem & curam non ſolùm, ut
A. B. loquitur, ſed & in partem Imperii, ipſiusq; adeo Maje-
ſtatis recepti ſunt Proceres atq; Ordines; in iis cauſis, qua-
rum deciſio ad totius Imperii ſpectat comitia, (inter quas
vel præcipua eſt Religionis cauſa) primùm nihil agere aut
conſtituere, niſi ſcitu, & conſenſu omnium Ordinum debe-
Imperator; deinde, ſi quid inſciis aut non conſentientibus,
in perniciem rei Evangelicæ contra Jus & legem Capitula-
tionis Paciſvè religioſæ fecerit, Proceres ad cohibenda ejus
conſilia rectè cöelunt, ac, ſi neceſſitas poſtulet, armatum ſibi
mutuò auxilium & præſtant ſine flagitio, & ab extraneis
petunt. *Vid. Hortled.* Von Urſachen des teutſchen Krieges/
tom. 2. lib. 1. & 2. paſſim & ejusd. diſput. apud Goldaſt. in politic. Im-
70 *perial. part. ult.* Æquiſſimo ſanè fundamento innixi; quod
ejusmodi publicæ conventiones, ſiquidem non cum merè
ſubditis, ſed Proceribus ac ſtatibus Regni in partem Maje-
ſtatis receptis initæ fuerunt, vim atq; effectum ſimul adipi-
ſcantur conditionis, quam dicimus reſolutivæ, h. e. ſub quâ
reſolvatur, imò ceſſet, inter Imperatorem & Status debitum
obedientiæ vinculum, quoad illam partem, quæ Statibus
communicata eſt. *vid. Grot. lib. 1. de jur. bell. & pac. c. 3. § 9. & 17.*
& eleganter N icol. Lampad. libell. de conſtit. Imp. Romano Germ.
paſſim. & arg. eorum quæ in ſimill. ſcribunt Gail. 2. Obſ. 54. Sixt.
l. 1. de regal. cap. 4. n. 91. Summatim itaq; ut dicamus quod
res eſt; Omnibus iis caſibus quibus religionis cauſà licita
eſſe arma oſtendimus, iisdem quoq; licebit clientelas inire:
& viciſſim ubi arma per ſe illicita, ibi per ſe nec clientelæ
locus erit, cum defenſionis natura ſe referat ad naturam of-
fenſionis, ſicut ſuperiùs diximus *par. 1. cap. 4. n. 20.* Sed nè
planè extra carceres vagari tandem videamur; religio ſit de

reli-

Digitized by Google

religione hoc loco plura diſſerere. Itaq; redibimus in viam, & ſufficient ea, quæ attulimus, inentioni & conſilio noſtro.

CAPUT. IV.

DE COMMUNIONE QUÆ ORITUR ex ſimilitudine & paritate ejusdem ſtatus ac regiminis.

1. *Continuatio.*
2. *Non eadem Reipubl. ſpecies omnibus gentibus convenit.*
3. *Tacita conjunctio eſt inter eos, qui eadem regiminis formâ utuntur:*
4. *Paria cum paribus facilè congregantur.*
5. *Mutui auxilii ſtudium naſcitur ex paritate Regiminis.*
6. *Præſtantiſſimum amicitiæ vinculum, eſt morum ſimilitudo.*
7. *Fœderis definitio, ex Th. Grammatico.*
8. *Commune intereſſe eſt eorum, quibus eadem ſors exſpectanda.*
9. *In communi periculo ſunt, qui eandem cauſam habent.*
10. *Ejusdem formæ Respublicæ, commune habent intereſſe.*
11. *In ſeditionibus adverſus Regem, omnium Regum cauſa vertitur.*
12. *Regibus ſubvenire Regium.*
13. *Antiochus Pruſiam in Romanos armat tanquam regnorum deſtructores.*
14. *Demetrius Philippum Macedonem pariter.*
15. *Idem tribuit Romanis Mithridates.*
16. *Eumenem & Antiochum eodem argumento in Romanos ſtimulat Perſeus.*
17. *Naturalis antipathia inter Monarchias & Respublicas liberas.*
18. *Romanos hortantur Rhodii contra Eumenem, communis tuendæ libertatis cauſa.*
19. *Rhodii libertatis Patroni:*
20. *Etiam alienæ.*
21. *Commune intereſſe peperit Concilium Amphyctionicum in Græciâ.*
22. *Civitates Græciæ inexpugnabiles quamdiu concordes.*
23. *Athenienſes à communi Civitatum intereſſe inſeparabiles.*
24. *Britanniæ civitates, concordiâ invincibiles, diſcordiâ victæ.*
25. *Taciti eâ de re locus.*
26. *Libertas ſemel amiſſa non facilè recuperatur.*
27. *Civitatum Germaniæ mutua amicitia.*
28. *Libertatis poſſeſſionem eadem retinent.*
29. *Anſeaticarum olim magnitudo.*

30. Eadem quomodo labefactata.
31. Ad tuendum libertatis ſtatum fortitudine opus eſt foris:
32. Domi; parſimonia & quærendi ſtudio.
33. Intereſt noſtra, alios, qui ejusdem conditionis ſunt, nobiſcum conſervari.

1 INitio capitis præcedentis ad mutuæ protectionis cauſas
retulimus Communionem, ſive ea originis ſit ſive linguæ,
ſive Religionis, ſive Status deniq; ac Reipublicæ. Ex his
nunc ea reſtat, quæ ex ſimilitudine ſeu paritate ejusdem Sta-
2 tus ac Rrgiminis oritur. Quemadmodum enim non ea-
dem gubernandi ratio omnibus gentibus convenit; ſed
pro cujusq; nationis ingenio commoda ſibi regiminis for-
mâ ſingulæ utantur neceſſum eſt, prout exquiſitè docet
3 *Ariſtotel. lib. 3. polit. cap. 12. juncto lib. 7. cap. 7.* ſic fieri aliter
non poteſt; quin tacita quædam & naturalis ſit amicitia atq;
conſenſio inter eas gentes, quæ eadem regiminis formâ, iiſ-
dem moribus atq; inſtitutis utuntur; Certiſſimo quippe in-
dicio, ejusdem genii ipſas eſſe, vivendiq; hâc ſimilitudine
4 inter ſe quodammodo quaſi conglutinari: nempè cum pa-
ribus facilè paria congregantur, ut eſt vetus proverbium, à
Dd. noſtris ſtabilitum ex l. pupillo. 27. §. 1. ibi: libertino tutores li-
beri. ff. de tutor. & curat. dat. ab his etc. & quæ in radice & cauſa
conveniunt, facilè conveniunt etiam effectu; *Dd. in l. 13. ff.*
5 *de legib. Bald. in auth: ex teſtamento. C. de collation.* Hanc ani-
morum deindè conglutinationem proximo gradu ſequitur
mutuus affectus, mutuaq; benevolentia, mutuum deniq; ju-
vandi conſervandiq; ſtudium, ejus ſcilicet Status, in quò
quisq; eſt, ac porrò eſſe cupit. Recte enim & naturæ con-
6 venienter, *Cic. lib. 1. Offic.* Omnium ſocietatum nullam eſſe
præſtantiorem, ait, quàm cùm viri boni ***moribus ſimiles***, ſunt
familiariter conjuncti; in quibus enim eadem ſtudia ſunt,
eademq; voluntates, in his fieri; ut æquè quisq; altero dele-

ctetur

ctetur ac ſe ipſo, efficiq; id, quod Pythagoras voluit in amicitiâ, ut ex pluribus fiat unus. *Et Plin. lib. 4. Epiſtol. 15.* ad connectendas, *inquit*, amicitias, vel tenaciſſimum vinculum eſt, morum ſimilitudo. Sicut è contrario diſſendentibus vitæ inſtitutis ac voluntatibus, omnia diverſa fiunt, *Thucyd. lib. 3. hiſt.* Hinc confœderationem barbarè quidem, at non ineptè admodum, definit *Thomas Grammat. deciſion. 65. n. 38. et ſeq.* quod ſit adhærentia plurium, qui ſunt ejuſdem voluntatis. 78.
Oriturq; inde, quod alias ICtis noſtris familiare eſt, & communi vocabulo *commune intereſſe* dicitur. *Vide Donell. tr. pecul. de eo quod intereſt.* Non ſcilicet hoc tantùm, quod omnes ſimul tangit eodem tempore, ſed quod uni quidem nunc accidit, omnibus tamen in eadem conditione poſitis, ne idem eveniat metuendum eſt, in eandem mox calamitatem prolapſuris, quam alii ante nos in ſimili causâ experti fuere. *Maſcard. de probat. concluſ. 931. n. 2.* Unde perſpicuum fit, hoc 9
quidem loco, ſive *commune intereſſe* dicamus, ſive *commune periculum*, perinde eſſe quando vicinus vel alius quiſpiam oppugnatur aut infeſtatur ex causâ, quam nobiſcum communem habet, quæq; eadem contrà nos locum invenire quandoq; poſſit, *Beſold. de fœder. Iur. Cap. 8. n. 3.* eaq; eſt ratio, quâ hoc quod dicimus patrocinium nititur, cum videlicet, qui eâdem gubernationis formâ reguntur, ad ſe pertinere exiſtimant, ſi quid eorum aliquis detrimenti patiatur, ideoq; maturè illi ſuccurrendum ſtatuunt. Itaq; hoc principio po- 10
ſito conſequens eſt, intereſſe cujusvis Monarchæ, ut alibi Monarchiæ, ubi ſemel ritè conſtitutæ ſunt, porrò illæſæ atq; integræ conſerventur; Ariſtocraticè imperantium, ut eadem forma alibi ſuſtineatur; Rerum publicarum deniq;, nè populi libertas alibi opprimatur. Quotieſcunq; ergo Re- 11
gnum aliquod per ſeditionem & injuriam populi, aut Reipubl. alicujus armis & potentia deſtruitur, in eo plàm eſt, a

um Regum hactenus cauſam verti, omniumq; Regum intereſſe, ne, cùm ſingulis accidere poſſit quod uni accidit, ſerpens malum ad integros contactu, h. e. ad alia regna, exempli pravitate, procedat tanquam rabies quædam, ut Philippus diſſerit in oratione contrà Lepidum *apud Salluſt. in fragment. hiſtor. lib. 1. fol. m. 412.*

12 Ut Regibus igitur à ſubditis ſuis iniquè habitis, ſive aliunde ſtatus ſui exitium metuentibus ſubvenire, regium eſt: Ita Reb. publicis Reſpublicas, Civitates Civitatibus auxilio adeſſe, haut iniquum fuerit. Cujus rei in utramq; partem deliberationes reperire licet tàm in Romanâ, quàm Græcâ hiſtoria.

13 Et quidem ex parte Regum digna memoratu eſt Antiochi ad Pruſiam Bithyniæ Regem epiſtola, quâ Romanos tanquàm regia cuncta ſubigentes criminatur, inq; ſuæ, ceu communis cauſæ ſocietatem eundem pertrahere laborat: *Venire eos* ſcribit, *ad omnia Regna tollenda.* & paulò poſt: Philippum & Nabin expugnatos, ſe tertium peti, ut quiſq; proximus ab oppreſſo ſit, per omnes velut continens incendium pervaſurum: ab ſe gradum in Bithyniam fore, quando Eumenes in voluntariam ſervitutem conceſſiſſet.

14 *Liv. lib. 37. cap. 25.* Demetrius quoq; illyrici Rex Philippum Macedonem ſibi à Romanorum armis cavere jubet, quod quaſi nefas exiſtimare viderentur, aliquem Regem juxta Imperii ſui terminos eſſe, & ipſum jam quantò propius nobiliusq; haberet Regnum, tantò Romanos hoſtes acriores

15 habiturum. *Iuſtin. hiſtor. lib. 29. cap. 2. Saluſt. bell. Iugurth.* & Mithridates: Romani, ait, omnia non ſerva, & maximè regna,

16 hoſtilia ducunt, *apud Saluſt. frag. hiſtor. lib. 4.* Eodem argumento, tanquàm communes Regum hoſtes Romanos ſecum, ut bello adoriantur, & Eumenem & Antiochum Perſeus hortatur per Legatos, maximè verò in Attalo, & reprehendit,

Digitized by Google

hendit,& indignatur,quod is ad opprimendum Philippum, inq; ipſo Philippo pariter & Eumene, quod ad Antiochum oppugnandum adjutores fuiſſent, quaſi rerum ac ſtatus ſui communisq; periculi parum providos. Natura, *inquit*, ini- 17
mica eſſe inter ſe, liberam civitatem & Regem: Singulos populum Romanum aggredi, & quod indignius ſit, Regum viribus Reges oppugnare: Attalo adjutore patrem ſuum oppreſſum: Eumene adjuvante, & quadam ex parte ſocio Philippo Patre ſuo Antiochum oppugnatum: in ſe nunc & Eumenem & Pruſiam armatos eſſe. Si Macedoniæ Regnum ſublatum foret, proximam Aſiam eſſe, quam jam ex parte ſub ſpecie liberandarum civitatum ſuam fecerint: deinde Syriam: Jam Pruſiam Eumeni honore præferri, jam Antiochum victorem præmio belli ab Ægypto arceri: hæc cogitantem providere jubebat, &c. *Livius lib. 44. hiſtor. cap. 24. pr.*

Contrà, eodem pro Civitatibus liberisq; Rebuspubl. 18
argumento adverſus Regum invaleſcentem potentiam utebantur Rhodiorum legati in Senatu Romano, cùm, quod ipſi hanc rationem ſecuti, utroq; bello & contrà Philippum & contrà Antiochum Romanis adfuiſſent, nunc eandem cauſam eſſe, contenderent, cur ſibi potiùs, ab Eumene bellum patientibus, quàm Eumeni favorem atq; auxilium præberent viciſſim. Rerum, *inquiunt*, natura, quæ potentiſſima eſt, nos (Rhodios puta & Eumenem) disjungit; ut nos liberi, etiam aliorum libertatis cauſam agamus, Reges omnia ſerva & ſubjecta Imperio ſuo eſſe velint: *& deinde eâdem oratione*: tuendam ab ſervitio regio libertatem ſuſcepiſtis; hoc patrocinium receptæ in fidem & clientelam veſtram univerſæ gentis perpetuum vos præſtare decet. *Liv. lib. 37. cap. 54.* Ac certè meruerant Rhodii quod petebant, ſemper olim & communi Civitatum libertati patrocinantes & 19
in

in Romanos fideles. Multa egregia, *inquit Hiſtoricus*, pro fi-
de erga populum Romanum, proq; univerſo nomine Græ-
corum, terra mariq; auſi ſunt, nihilq; magnificentius, quàm
quòd eâ tempeſtate non territi tantâ mole imminentis bel-
20 li, legatos ad Regem miſerunt, *Livi. lib. 33. cap. 4. pr.* De li-
bertatis autem patrocinio aliis etiam civitatibus præſtito:
illam alteram, *ait*, curam non omiſerunt tuendæ libertatis
Civitatum ſociarum: nam alias auxiliis juverunt, alias pro-
videndo & præmonendo conatus hoſtis, &c. *Liv. ibidem in*
21 *fin. cap. 4.* Apud Græcos eadem fuit conſilii ratio poten-
tioribus civitatibus, quando fœderatæ inter ſe, communem
inſuper ſenatum ac totius quaſi liberioris Græciæ concili-
um, *Amphyctionicum* ab Amphyctione Authore dictum, in-
ſtituerent: *Vide Pauſan. in Phocic. Strab. lib. 9. Dion. Halicar-
naſſ. lib. 14.* nempè ut majus robur ex plurium conjunctione
& animorum & virium, & conſiliorum eſſet, adverſus vici-
22 nos Reges, quibus ſinguli reſiſtere non poterant; inexpu-
gnabiles quidem, quamdiu concordes perſtitère, rupto au-
tem ſemel vinculo, dum mallent ſingulæ ſuam fortunam ex-
periri, omnes imperium cum libertate amiſerunt, *teſte Iuſtin.*
23 *lib. 8. cap. 1. & ſeqq.* Prudentiùs fœdere adhuc integro Athe-
nienſes: Perſico quippe bello maximis promiſsis, ac polli-
citationibus ſollicitati regias in partes, non tamen induci
potuerunt, à communi Græciæ ſocietate ut recederen te-
merè, ſuamq; fortunam novo & compertæ inſolentiæ do-
24 minatori permitterent, *Herod, lib. 4. cap. 3.* Sed & veteris
Britanniæ populos legimus, per civitates diſtinctos, quam-
diu ſuæ quiſq; civitati fidus, ipſæq; inter ſe civitates com-
munia haberent commoda juxtà & pericula, facilè omnem
vim arcuiſſe; ſciſſos autem ſtudiis & factionibus multò fa-
ciliùs in Romanorum poteſtatem deveniſſe, quàm ſe anteà
25 tuerentur. Adverſus validisſimas gentes, nihil aliud pro no-
bis

Digitized by Google

bis utiliùs, *ſcribit egregius autor Tacitus in vit. Agric. Cap. 12.* quàm quod in commune non conſulunt: rarus duabus tribusve civitatibus ad propulſandum commune periculum conventus, ita dum ſinguli pugnant univerſi vincuntur. De- 26
dêre quipem operam, ut imprudentiæ ac inertiæ ſuæ culpam reſarcirent, poſtquam ſe periiſſe ſentirent; itaq; commune periculum novâ Concordiâ propulſandum rati, legationibus & fœderibus civitatum vires denuò ciebant. *Tacit. ibid. cap 29.* Sed fruſtra. Omnia enim dehinc prona victoribus, eadem victis adverſa eveniebant. Ideo cæſi ingentibus præliis nunquam potuêre recolligere vires, aut reſtaurare juſtum bellum. *vid. Tacit. ibid. Cap. 35.* Ac, ne 27
quid diſſimulemus in hoc Academicæ libertatis atrio, ſimile quippiam in validioribus Germaniæ urbibus licet obſervare; quarum mutuam non ſolum inter ſe, verùm & cum aliis liberis Rebuspublicis amicitiam tantopere & commendat & extollit. *Beſold. de Iure præced. & ſeſſ. prærogat. Cap.* 1 § 9. *verſ. ſunt & arcana.* notabili axiomate adjecto; fore quarundam magnitudinem Civitatum inæſtimabilem ſi ſe non ſeparent. Imò, quod illuſtrius eſt encomium: omnem 29
Germanicæ libertatis poſſeſſionem ac tutelam, aut certè maximam ejus partem hiſce tribuit, *d. cap. & verſic.* Et ſanè valuiſſe eas aliquando, vel ſola Hanſeatici corporis ſocietas (præter quam tamen aliæ multæ in imperio, & liberæ & opibus validæ exſtant Civitates:) ſatis indubitatum efficit; quippe quæ, proximorum ſeculorum memoriâ teſte, quamdiu concordes & magnanimæ, facilè omnem à ſe invidiæ ictum repulere, commercii præſertim maritimi causâ vel cum potentisſimis Regibus navalibus præliis decernere auſæ, magnis ſæpe impenſis, majore induſtriâ, ac fortitudine: At verò poſtquam imminuto aliquatenus commer- 30
cio à communibus, ut videtur, ſtudiis ad privata dilabi, ac

S ſuam

ſuam ſingulæ fortunam, ut olim Græciæ urbes, experiri cæpere, evenit (quod evenire aliter non potuit,) ut aliæ viribus laberentur, nonnullæ vicinorum Principum ditionibus paulatim ceſſerint, paucis admodum ſuperſtitibus, quæ priſtinæ adhuc gloriæ ac dignitatis ſpeciem tuentur; ac fortè
31 tueri melius poſſint, ſi modò *foris* quidem, antiqua redeat in præcordia virtus aliquando, & Solonis *apud Plutarch. in vita ejus.* meminerint, qui de civitate, in quâ tutò ac feliciter vivere liceret, interrogatus, eam dixit: ubi qui nullam ſentit læſionem damnumve, injuriam tamen alterius ſocii, tan-
32 quam ſibi factam accuſat: *domi* autem cogitent, quibus mediis Tyrii olim, celebre Orbis emporium, ab exiguis initiis citò convaluerint, ut ipſæ iisdem mediis reconvaleſcere diſcant: parſimoniâ, videlicet, & quærendi labore, ſicut de
33 iis annotavit *Iuſtin. lib. 18. cap. 4. pr.* Atq; hæc quidem eò hactenus relata à nobis ſunt, ut, quanti interſit, intelligamus, aliorum, qui ejusdem nobiſcum ſtatus ac conditionis ſunt, ſeu Principum, ſeu Regum, ſeu Civitatum ſalutem ab interitu, patrocinio noſtro vindicari ac defendi, adeoq; Orbem, undiq; ut ita dicam, in ſtatu & æquilibrio ſuo conſervari, de quo inferius, ubi de ratione Status nonnulla, fuſius agetur: interim hinc ad tertium Juris clientelaris objectum progrediemur.

CAPUT V.

DE TERTIO JURIS CLIENTELARIS objecto, quod eſt vicinitas.

SUMMARIA.

1. *Vicinitas tertium clientelæ objectum.*
2. *Bonam Vicinitatem commendat Vergilius in Ecclogis.*

3. Un

3. *Ut ſtrepitus, ita malè conſulta Vicinorum incommoda patiunt vicinis.*
4. *Æmulus ædificator, & Vicinus pleonecticus comparantur.*
5. *Bella vicinorum ſæpè in nos redundant.*
6. *Adama & Zeboim per viciniam interiêre.*
7. *Vicini ſæpè à vicinis ſubjugati.*
8. *Vicinorum naturalis æmulatio.*
9. *Acriora bella à finitimis.*
10. *Ætoli, Acarnanes, Byzantini &c. vicinorum injuriis afflicti.*
11. *Pretium ædium minuitur ex pravâ vicinitate.*
12. *Themiſtocles ſuas ædes commendabat ex bonâ vicinitate.*
13. *Studioſi poſſunt è vicinia prohibere fabros, piſtores, &c.*
14. *Princeps bonum vicinum retinere ac defendere ſtudeat.*
15. *Commendatio formulæ Germanicæ:* Gut nachbarlich Vertrawen.
16. *Adverſus malam viciniam, aut bellum viciniæ imminens, maturè conſilium capiendum.*
17. *Mora ſecuritati nocet.*
18. *Difficile conſilium in eligendis alterutrius belligerantium partibus.*
19. *Mithylenæorum imprudens conſilium in recipiendo Pompejo.*
20. *Primiſlaus Bohemiæ Rex infelici eventu Philippi Suevi partes elegit.*
21. *Milites ex raptu vivunt.*
22. *Senenſium neutralitas ipſis fuit damnoſa.*
23. *Alphonſi Arragonii de iis jocus.*
24. *Sclavi, Henrici II. Imperatoris, utpotè validioris, partes ſecuti.*
25. *In Clientela vel ſubeunda vel ſuſcipienda, propria fortuna in conſilio habenda.*
26. *Hetruriæ Dux à ſuſcipiendo Genuenſium patrocinio deterretur.*
27. *Partibus belligerantium dubijs, tertius in patrocinium aſſumendus.*
28. *Magna pericula magnis viribus indigent.*
29. *Prudentia Principis Auſtriacæ, in eligendo Patrono.*
30. *An hoſti nubendum.*
31. *Vicinitas locum defenſioni facit.*
32. *Vicino aſſiſtens non peccat in Jus gentium.*
33. *Violentiæ imminenti obviare licet.*
34. *Libertatis defenſio cuivis permiſſa eſt.*
35. *Vicinum qui negligit, injuriam facit.*
36. *Imò occultæ ſocietatis fit ſuſpectus.*

TErtium Juris clientelaris objectum ſit Vicinitas, quæ ut bona ſit, ut amica, ut fida, & quàm minimum fieri pot- 1

 eſt

eſt rebus noſtris moleſta, non minus ad curam egregii Principis, qnam ad officium boni Patrisfamilias ſpectat; quæ duo libenter inter ſe comparare ſolet ſummus Politicorum Ari-
2 ſtoteles. Et utrumq; quidem in Eclogis ſuis indigitaſſe videtur Poëta. Alterum *Eclog.* 1. *ibi*:

Nec mala vicini pecoris contagia lædent.

quod Patrisfamilias officium ſpectat: Alterum. *Eclog.* 9. *ibi*

Mantua væ miſeræ nimium vicina Cremonæ!

id quod Rempublicam reſpicit. Neq; verò ratio ſolùm,
3 ſed & ipſa experientia, rerum Magiſtra, hanc nobis curam ſuggerunt. Ut enim piſtori aut fabro contiguè habitantem nunquam non circumſonant eorum mallei & crapitacula; ita ob vicinorum aut flagitia aut malè conſulta, ipſi ſæpè va-
4 pulamus. Et ſicut avarus aut temerarius ædificator plerumq; ad æmulationem viciniæ, rarò ſine injuria noſtra ædificat, *Weſemb. parat. ff. de nov. op. nunc. n. 3.* Ita vicinus princeps, ſiquidem moroſus ſit, ſi pleonecticus, atq; omnem, quod dicitur, aquam ad ſuum molendinum trahens, multum ſanè faſtidii; ſin etiam turbulentus, bellandiq; avidus,
5 primum ſibi deinde nobis idem periculum creaverit. Non aliter enim ac majora flumina, quoties intumeſcunt, aggeribus ſuperatis, proxima quæq;, agrum, prata, ædes, nullo diſcrimine occupant; Sic conterminæ gentis bella, clades, injuriæ, quicquid obvium eſt, obturbant, mox eò amplius in vicinos redundant, iiſdemq; calamitatibus involvunt et-
6 jam innoxios; prout regiis duabus urbibus, Adama, & Zeboim, eveniſſe per vicinitatem, unà cum Sodomitis, & Gomorræis eodem infortunio conflagratis, traditur. *c. ſedet continuò. 46. diſtinct. 1. de pœn. Panormit. in c. clerici. de exceſſib.*
7 *prælat. clem. 1. de pœn.* Multi præterea ab ipſis vicinis populis dominandi libidine ſubjugati, magno ſuo demum malo didicêre, veriſſimum eſſe illud *Heſiodi in oper. & dieb.*——

noxa

Digitized by Google

— — noxa eſt vicinus uti implibus ingens.
Contra ita maxima commoditas, ſi commodus adſit.

Quin ita ferè inter accolas & vicinas gentes uſu venit, ut odiis ac æmulationibus ſibi invicem negotium faciant perpetuum, ac tantùm non mutuò ſe enecent. 8

Inter finitimas vetus atque antiqua ſimultas,
Immortale odium, & nunquam ſanabile vulnus,

ait Iuvenalis ſatyra 15. Ex noſtris quoque, non acriora eſſe quam à finitimis bella; monet *Pomponius ICtus in l. 2. § poſt deinde ff de orig. Iur.* neque alia fere plus periculi habere, *ibidem Zaſius, in verb. acriora arg. l. Cum oportet. §. fin. autem. C. de bon. quæ lib.* Ætolorum quidem & Acarnanum, Carthaginenſium, & Byzanthinorum exempla in hanc rem memorat. *Eraſm. Chil. Adag. cent.* 1. *n.* 32. & plenâ manu ſimilia habet omnis hiſtoria. Quod ii itáque damnoſa vicinitas pretium ædium minuit; *gloſ. in l. quod ſæpe 25. ff. de contr. emt.* ex quo non imprudenter Themiſtocles ædes venditurus, inter alia commoda bonum quoque vicinum habiturum emptorem, publicè proclamari juſſit: *Plut. in vita ejus.* Quod ſi ſtudiorum cauſa literis operam navantibus, ſingulari Iure tributum eſt, ut expellere, aut non admittere in vicinia fabrum ferrarium, piſtorem & ſimiles farinæ opifices poſſint, prout eo nomine quibusdam locis peculiaria ſtatuta ſunt prodita. *vid. l. un. C. de ſtud. lib. & Dd. comm. in authent. habitâ, C. ne fil. pro patr. eleganter Fopp. ab Ayzema diſſert. jur. civil. lib.* 1. *c.* 2. quantò majori ſtudio non tueri ſaltèm ac defendere debebit Princeps, vicinum hactenus æquum, fidum & commodum, cum non minor debeat eſſe favor totius Reip. quam literarum, quarum ipſa Reſpublica ædes ac receptaculum eſt; ſed & cavere etiam ac proſpicere maturè oportebit, nè gravis, moleſtus ac periculoſus, vicino amico ac tolerabili priùs oppreſſo,

9 10 11 12 13 14

—— —— Succedat ſedibus hoſpes.

15 Atque hinc quaſi priſtinæ fidei teſſera & laudatu digna ſunt in Germania noſtra, frequentia illa Epiſtolis pactis & conventibus Magnatum ac vicinorum Principum aut Civitatum inter ſe vocabula, Gutes Nachbarliches Vertrawen; cumque hoc vel illud fieri dicitur; zu Erhaltung nachbarlicher correſpondentz und beſtändigen wolvernehmens / &c: h. e. bonæ fidæ, & ſinceræ, Vicinitatis conſervandæ gratiâ. Id enim dum faciunt, non ſolùm, quod civilitatis eſt faciunt, ſed & reverâ dum præſtant, veræ ac Germanæ fidei ſpecimen exſerunt.

16 Maximè verò hæc tunc adhibenda eſt cura, cum vel uterq; vicinus malæ fidei eſt, vel potentis alicujus graſſatoris è longinquo adventantis impetum metuimus: tunc enim vel in tempore alterutrius partis ſorti accedendum, nè aut ab alterutro eorum victore ſubjugemur, aut utriusque direptioni atque injuriis, neutras partes tenendo, nos exponamus, *Danaeus lib. 13. apopriſ. polit. ex Tacit. 13. annal.* vel junctis ſocietatibus aliis, maturè obviemus, obſervato potius veteri Græ-

17 corum dicto: *Stulto ne digitum permittas.* quam noxiam moram nectendo eò rem devenire patiamur, undè poſtea cum Lyſimacho illo Comico exclamemus:

Nunc ego verum eſſe illud verbum experior,
Aliquid mali eſſe propter vicinum malum.

18 *Plaut. in Mercat. act. 4. ſc. 4.* Sagaci verò ingenio, prudentiq; conſilio hîc ad rectè dijudicandum opus eſt, cujus nam ex duobus ſint in dubio partes amplectendæ. Si enim cœco impetu feraris hîc, aut metu aliove affectu præpeditus non ſatis perſpexeris ex uſu quid fiet, facilè ex Scylla quod dicitur in Charybdin impegeris navim.

19 Mitylenæis id quidem bello inter Cæſarem & Pompejum quondam flagrante obtigit. Dubii etenim, victoris Cæſaris an

Digitized by Google

an Pompeij fugientis partes amplecterentur, illius odium pervicit tandem, ut Pompejum reciperent.

——— *ne Cæſar rapiat tu victus habeto,*

inquiunt apud *Lucanum in Pharſal. lib. 8.* Magnanimè & laudabiliter quidem, ob ſervatam hactenus integræ cùm Pompejo amicitiæ fidem, ſed conſilio non æquè maturo, exitu ſatis infelici. Ex mediæ ætatis hiſtoriâ haut diſſimile eſt in 20
Primiſlao Bohemiæ Rege exemplum. Is Philippo Svevo ac Othone Saxone de imperii ſummâ dimicantibus, cum neutrarum partium eſſe vellet, à Saxonis tamen militibus ſubinde infeſtaretur, nec ad delatas ob id querimonias ab Ottone aliud reſponſum acciperet, quàm; intempeſtivam æqueri- 21
moniam; quod ipſe Primiſlaus non ignoraret, ex raptu vivere milites, jamque neceſſariis in Saxonia deſtitutos, quid novi eſſet ſi apud vicinos rerum abundantiores victum quærerent? &c: tâm inſolenti reſponſo irritatus ſe quidem ad Philippum vertit, à quo aliàs pejora metuebat; ſed eventu parùm proſpero; quod Saxo paulò poſt Philippo exiſteret ſuperior, *Dubrav. hiſtor. Bohemic. lib. 15.* Nec meliorem 22
ſortem experti olim Senenſes bello Italico: quando in neutram partem inclinantes, bello deindè confecto & pace factâ, omnium æquè præda exſtitere, locumq; apud Alphonſum ſapientiſſimum Arragoniæ ac Siciliæ Regem dedere jo- 23
coſo illi dicterio: Eveniſſe ſenenſibus, quod his ſolet, qui mediam domus partem incolunt, ubi inferiorum fumo, ſuperiorum lotio divexantur. *Anton. Panormit. de dict. & fact. memorab. Alfonſi lib. 4. apophtegm. 24.* Cautius econtrà Sclavorum 24
gens, bello quod inter Henricum II. Imperatorem & Boleslaum Bohemiæ Regem gerebatur; cùm enim manifeſtò id quidem appareret, quocunque inclinaret fortuna; ſe prædæ victori futuros, re bene atque exactè deliberatâ, poſtquàm Henrici partes firmiores deprehendiſſent, maturè ad ſocietatem

tatem

tatem ac tutelam ipſius ſe recipiebant, prudenti non minùs
quàm felici conſilio. *Fabric. origin. Saxon. lib. 2.* Neque verò
25 de clientela tantum ſubeunda; ſed & patrocinio ſuſcipien-
do cogitantibus, proſpiciendum eſt ne dum aliis inſervire
cupiunt, ipſi interim aut conſumantur aut ſtatus ſui majus
26 periculum incurrant. Ideò Joannes Auſtriacus Magnum He-
truriæ ducem, Genuenſium patrocinium agitantem, cavere
juſſit nè ſe medium exponeret rapinis ac direptionibus Hi-
ſpanorum ex una, Gallorum ex alterâ parte, quippe bello
inter has duas gentes ejusdem Genuenſis Reipubl. cauſa jam
27 gliſcente. *Thuan hiſtor. lib. 61.* Quod ſi nec ſubire nec ſuſci-
pere alterutrius belligerantium partes tutum ſit, non abs re
fuerit, tertium quendam viribus ac potentia omnibus parem
advocare in ſocietatem neutralitatis, cujus auctoritate
28 quodcunque periculum evadas; ut enim magna negotia
magnis adjutoribus egent, ita & magna pericula; ac ſæpe,
quando ſuis nixa viribus fama non ſufficit. *Tac. annal. 3. cap.*
37. aliorum autoritate munienda eſt Reſpublica, *Vell. Pater.*
29 *Rom. hiſtor. lib. 2.* Cujus rei ſcitum præbet exemplum Auſtriæ
quædam Princeps, quæ cùm à Bavariæ hinc, illinc Panno-
niorum, perpetuis excurſionibus vexaretur, ſuos in conſili-
um vocavit. His in utriusque partis, uti fit, examine hæſitan-
tibus, cum, qui ſagaciores videri volebant, alterum ex hoſti-
bus ſibi matrimonio ut copularet, optimum factu cenſe-
30 rent, eoque jam major conſilii pars inclinaret, Ipſa: Minimè
verò, *inquit*, inimico nubam, ſed tertium potius quendam,
ſub eadem matrimonii conditione, in auxilium advocabo.
Idque perfecit, inito poſt interjectam exigui temporis mo-
ram cum Ottocaro Bohemorum Rege & auxilii ſimul & ma-
trimonii pacto. *Æneas Sylv. in addit. ad parallel. Alfon. d. lib. 4.*
apophteg. 24.
31 Et ex his ſatis conſtat (quæ hujus quidem capitis ſumma eſt)
pro

pro tuendis vicinorum ditionibus, probabile ex ipsâ *vicinitate* ſumi argumentum; neq; in eo adverſus gentium jus peccari, ſi quis ſuccumbenti per injuriam vicino, ſuæmet 32
ſecuritatis retinendæ causâ, opituletur quantâ poteſt induſtriâ: non magis in vitio futurus, quàm qui ea quæ noxia ſunt, naturali inſtinctu à ſe ipſo declinat. *Cic. lib. 1. off.* Vim quippe nobis imminentem aut repellere aut injecto quaſi 33
freno detinere, non eſt contrà legem agere, ſed legi ſubſidium parare, ut reſcripſit Gregorius P. *in c. ſicut. X. de privileg. & exceſſ. privilegiat.* Aſtipulante Ulpiani ſententiâ, 34
qui favorabili pro libertate argumento, cuivis extraneo ejus defenſionem permittit, nedum Vicino, *6. 3. §. 9 ff. de lib. hom. exhib.* Sed & diſertius in terminis Innocentius III. Concilio Lugdunenſi: Licere, *ait*, cuilibet impertire vicino ſuo 35
auxilium pro repellenda ejus injuria: Imò, ſi poſſit, negligat verò, ipſum videri injuriam feciſſe, ejusdemq; culpæ reddi per hoc participem, *c. dilecto. de ſentent. excommun. in 6.* Neq;, ut & Damaſus argumentatur, occultæ ſocietatis ſcrupulo caret, qui manifeſto facinori deſinit obviare, *c. qui poteſt. 23. quaſt. 3. cum ſimill.* 36

CAPUT VI.

DE COMMUNIS LIBERTATIS CLIentelâ & defenſione, ratione commercii.

SUMMARIA.

1. *Quartum Clientelæ objectum eſt Commercium.*
2. *Commercii causâ bella geſta.*
3. *Phœnicum nomen Græcis ob mercaturæ uſum invîſum.*
4. *Optima bonorum artium mercatura.*

5. *Thebani mercatorem à Magiſtratu arcebant.*
6. *Lege Claudiâ Senator Romanus vetabatur mercaturam facere.*
7. *Mercatores jure Codicis à dignitatibus repelluntur.*
8. *Idem conſtituit Theodoſius Imperator.*
9. *Aſſeſſores Cameræ tenentur abſtinere à mercationibus.*
10. *In Gallia mercaturæ exercitium tollit immunitatem à teloniis.*
11. *Mercatura toti humano generi utilis, & neceſſaria.*
12. *Mercatores pedibus & manibus comparantur.*
13. *Mercatura inter ignotas gentes amicitiam conciliat.*
14. *Solon, Thales, & alii ſapientes, mercaturæ operam dedêre.*
15. *Junius Damaſippus, è mercatore factus eſt Philoſophus.*
16. *Apud Venetos & Genuenſes mercatura nihil detrahit nobilitati.*
17. *Maſſilia & aliæ civitates à Mercatoribus conditæ.*
18. *Belgii & Hanſeaticarum Civitatum potentia, ex mercaturâ.*
19. *Mercatura favorabilis.*
20. *Hanſeaticorum privilegiorum apud Anglos, Danos, &c. ratio.*
21. *De Privilegiis illis remiſſivè.*
22. *Commercium, aurea Jovis Catena.*
23. *Commercii turbatores injurioſi ſunt in omnes gentes.*
24. *Commercii causâ clientela rectè initur.*
25. *Commercii causâ Alſatiæ Civitates ab Helvetiis defenſæ.*
26. *Belgium fœderatum initio in tutelâ Angliæ.*
27. *Hanſeaticæ Civitates, pro libertate Commercii pugnarunt.*
28. *Earum octennale bellum in mari Balthico.*
29. *Magiſter Ordinis Teutonici olim ordinarius Protector Hanſeatici fœderis.*
30. *Eandem Protectionem ambierunt Reges.*

1 QUartum clientelæ objectum ſuppeditat Mercatura, ſeu ut hodiè frequentiùs loquimur, *Commercium*.
2 Nam & hujus tuendi & propagandi causâ, non rarò etiam bella ſuſcepta, & ſocietates initas, & patrocinia quæſita, plurimis hiſtoriarum monumentis edocemur. Sanè quidem non eodem precio ubivis locorum habitam
3 fuiſſe mercaturam, conſtat. Quippe Phœnicum nomen ipſis Græcis olìm inviſum, quod avaritiam, ut putabant, & lu-

Digitized by Google

& luxum & inexplebiles diteſcendi cupiditates unà cum mercibus in Græciam primi invexiſſent. *Cic. in fragment. de Republ. lib. 3. quod exſtat apud. Nonn. Marcell. de propat. ſerm. cap. 5. verb. Merx.* Cumq; nulla ſit præſtantior, quàm bonorum artium mercatura, cujus meminit *Cic. lib. 3. off.* aliarum mercium lucrum abjectioris vitæ hominibus plerumq; attributum eſt: quemadmodum de Thebanis refert *Ariſtoteles lib. 3. polit. cap. 3.* quod neminem ad Rempubl. admiſerint mercatorem, niſi decennio antè à mercatura abſtinuiſſet, *add. eund. lib. 1. polit. cap. 6. & lib. 7. pol. cap. 9.* Sic apud Romanos quoq; lege quadam Claudiâ, contra Senatum latâ Sancitum quondam; ne quis Senator, quive Senatoris Pater fuiſſet, maritimam navim haberet, quæ plus quam 300 Anphorarum eſſet, eaq; ſolá ad vectandas fruges ex agris per Tyberim uteritur: addita hac ratione: quod omnis queſtus Patribus videretur indecorus. *Liv. lib. 21. cap. 63.* Cum quibus ſentiunt pæterea Imperatores nonnulli; Conſtantinus quidem *in l. 6. C. de dignitat.* ubi ultimi negociatores ab omnibus dignitatibus repelluntur, id quod deinde ad omnes in univerſum mercatores extendit *Synops. Baſilic. eod. cap. 22.* Honorius verò cum Theodoſio Imp. ut inter plebejos facilior & expeditior redderetur emendi vendendiq; curſus, nobiliores, natalium aut honorum luce conſpicuos, quiq; præterea ditioris patrimonii eſſent, continere ſeſe ab exercenda mercatura voluit, ut videre eſt ex *l. nobiliores C. d. commerc. & mercat.* Convenit his deniq; *Ordinat. Cam. Spir. part. 1. tit. 6. pr.* uti ſancitur, daß Cammerrichter und Beyſitzere ſich aller Geſchäffte/ Kauff- und ander Händel gäntzlich enthalten ſollen. Deniq; & in Galliæ regno, qui aliàs immunes ſunt à collectis gabellis & vectigalibus, *s'ils trafiquent ou marchandent*, h. e. ſi quidem mercaturam exercent & lucri causâ emunt-vendunt, privilegio immunitatis eatenus deſtituun-

4
5
6
7
8
9
10

ſtituuntur, atq; oneri collectarum denuò ſubjiciuntur, *Papon. arreſt. lib. 5. tit. des tailles, & impoſt. 5. n. 21.* *quem & allegat. Mindan. de proceſſ. extrah. lib. 2. cap. 46. n. 15. Bodin. lib. 6. de Republ. cap. 2.*

11 His tamen non obſtantibus negari ex adverſa parte nequit, rem eſſe mercaturam univerſo humano generi non modò utilem, (nec enim eadem fert omnia tellus, quibus vita hominum ſuſtentatur) ſed & propter ſterilitatem quorundam locorum ubi indigenis fructibus non ſaltèm non commodè, ſed nè vivi quidem ſolis poteſt, omninò neceſſariam, *ut Bodinus alibi diſſerit lib. 3. de Republ. cap. 8. add. ex noſtratibus Alexander. in leg. legatis. ff. d. legat. III. Alciat. in l. mercis de Verb. ſign. ubi Dd. & in l. 1. ff. de exercit. action. ibi: navigandi*
12 *neceſſitas.* Ideò pedibus & mânibus in corpore humano mercatores comparantur, quòd ſicut illæ corpori victum conquirunt & ſuppeditant reliquis membris, ita hi vitæ neceſſaria civibus ſuis convehunt. *Petr. Greg. Tholoſan. lib. 4. de*
13 *Republ. cap. 8.* Imò nec privatis tantùm ſingulorum uſibus commodare mercaturam, ſed & peregrinorum Regum ac Populorum amicitias per hanc conciliari, ſolidiſſimoq; quaſi vinculo contineri, quorum nè alias toto orbe diviſa nomina quidem cognita haberemus, res ipſa ſatis declarat. *Arniſ. lib. 1. doctrin. polit. cap. 12. §. Cæterùm nè omnes. f. m. 258.*
14 *add. Grimald. de opt. Senat. lib. 1.* Et nec ſapientes eam dedignatos fuiſſe, & ex mercatoribus viciſſim ad Philoſophorum caſtra tranſiſſe legimus. Solon quippe, etiamnum adoleſcens, ad mercaturam ſe contulit: & Thales Mileſius, & Hipocrates Mathematicus eidem operam dediſſe, feruntur nec adeò ipſum Platonem puduiſſe oleum ad Ægyptios vehere ibidemq; vendere, conſtat ex *Plutarch. in vit. Solon. fol. m. 79.*
15 Econtrà Junium quendam Damaſippum, operâ Stertinii ex mercatore factum eſſe Stoicum, annotavit *Adrian. Turneb. lib. 7.*

lib.7. adverſ. cap. 10. & Torrent. ad Horat. Satyr. 3. princip. Adeò ut clariſsimus Barlæus non dubitarit, conjugio res duas hactenus quaſi diſſociabiles viſas copulare haut inficeto, *vid. diſſertat. ejus quam inſcripſit: Mercator ſapiens.* Noſtrâ quoq; 16
ætate Venetorum Patriciis, quanquam nobiliſsimis, familiare eſt, ut & Genuenſis Reipubl. Proceribus, mercaturam longè lateq; gentium exercere, citrà nobilitatis ingenitæ maculam ullum-ve detrimentum, de quo in genere *vid. Cyriac. Herdes. de nobilitat. aphoriſm. 78. &c. Boter. de Politia Illuſtr. lib. 8. cap. 14. Tiraquell. de nobilit. cap. 33. n. 21.* Quin maximas 17
ſæpe civitates à Mercatoribus initia cæpiſſe & fundatas eſſe, vel una Maſsilia inſtar omnium, alias autem mercaturæ beneficio in potentiam excreviſſe regibus æqualem, cùm primis teſtatur Belgii ea pars, quæ nunc Fœderata dicitur; tùm 18
Hanseaticarum urbium ſocietas, & ex his præcipuæ, quarum nonnullæ ab exiguis initiis profectæ, ut pleraq; alia, eò quondam potentiæ provectæ ut ſuis ſe armis tueri, commerciiq; uſum, ut ità dicam, in æquilibrio retinere potuerint. In quem campum quidem nunc non deſcendimus, 19
illud ſaltem innuere voluimus, non odio & reſtrictionibus, ſed omni favore potius, imò omnium gentium patrocinio dignisſimam eſſe mercaturam. Certè non alia ratione fa- 20
ctum eſt olim ab Angliæ, Galliæ, Daniæ, Sveciæ, Poloniæ Regibus, Moſcoviæq; magno Imperatore, ut maximis optimisq; privilegiis ornarent Hanſeaticæ navigationis & Commercii uſum, quàm quod ingentia ejus rei beneficia atq; commoda & perſentiſcerent & gratis animis agnoſcerent, ſicuti videre eſt apud *Chytræum in Saxoniâ ſuâ. Crantzium in* 21
Vandalia, & qui noviſsimè omnium non infimam Jurium ac Privilegiorum illorum partem conſarcinavit. *Joan. Angel. Werdenhag. tract. de Rebusp. Hanſeat. part. ſpecial.* Itaq; cum æquabili hoc & continuò commerciorum uſu, 22

velut aureâ quâdam Jovis catenâ univerſus propè coaleſcat orbis & ex pluribus quodammodo reddatur unus, quô nihil poteſt ad humani generis felicitatem exiſtere pulcrius, *vid.*
23 *Sapient. cap. 14. verſ. 1. & ſeqq.* per ſe quidem apparet non ſolùm non ſine inſigni omnium nationum injuriâ turbari libertatem maris juxta & cõmercii, inq; turbatores, ob commune intereſſe, omnium gentium manus armari, non ſecus ac in publicos prædones ac piratas, *vid. Grot. de mar. lib. paſ-*
24 *ſim. Bodin. de Republ. lib. 5. cap. 6.* ſed & optimo maximoq; jure & ſocietates eo nomine iniri & patrocinia mutua ſuſcipi, *arg. c. ſi quis fortitudinem. 21. q. 3. d. ſuperius auth. navig. C. de*
25 *furt. & ibi Bald. Novell. 134. cap. 13.* Itaq; proximo ſeculo Anno 1552. cum (ut vetuſtiora prætermittamus) Alſatiæ Civitates præcipuæ, Colmaria, Sletſtadium, Argentoratum &c. irruente undiq; & vias publicas liberumq; commercandi uſum infeſtante Gallico exercitu, Helvetiorum auxilium implorarent, ſuſceptæ ac defenſæ ab his, juſtum patrocinium invenêre: Helvetii autem nullam aliam conſilii ſui rationem dedêre, quàm quòd civitates illas ſibi commercio haberent addictas. *Thuan. hiſtor. lib. 10. Sleidan. de*
26 *ſtat. Relig. & Reip. lib. 24. fol. m. 766.* Sic Belgæ etiam fœderati, initio ſurgentis Reipublicæ, ut & Hiſpanorum potentiam alieno robore frænarent, & ſe tutiori loco ſiſterent, inter alias cauſas, quod Eliſabethæ Angliæ Reginæ protectionem aſſumerent, commercium, ut præcipuam rationem, afferebant, *Meteran. hiſtor. Belgic. lib. 13. Gvilielm. Maj.*
27 *polemograph. Belg. lib. 7.* Quin Hanſeatici quoq; fœderis civitates commercii ſui, tàm occidentalis, quàm ſeptentrionalis, præcipuè verò orientalis des Oſteriſchen Handels libertatem, non bellis tantùm acerrimis propugnarunt; quorum paſſim
28 meminit. *Thuan. lib. 51. hiſtor.* & fortitudine caſuumq; varietate haut poſtremum fuit octennale illud ab Anno 1570. in

1570. in mari Balthico ejusq; littoribus geſtum *Chytr. Chron. Saxon. lib. 23. fol. m. 677.* verùm etiam antiquitùs, uti fertur, peculiarem libertatis ſuæ Patronum ac Protectorem habuêre 29
Magnum Ordinis Teutonici Magiſtrum. Quod munus uti non honorificum modò; ſed & proficuum poſtea Sveciæ, Daniæ, quin & Hiſpaniæ Reges ambiiſſe, nec non Franci- 30
ſcum Alezoniæ Ducem, poſtquam Belgii gubernationem adeptus eſſet, miſſis ob id Lubecam Legatis, ad Hanſeaticarum Civitatum conventum, petiiſſe quidem refert *poſt Feſch. de fœder. Limn. de jur. pub. lib. 7. cap. 1. n. 74. & 76.* Civitates autem amicitiam eorum maluiſſe ſemper, quam clientelam expreſſam, eventus demonſtrat, ejusq; conſilii veriſimile eſt, cauſas ac rationes habuiſſe quidem graviſſimas, de quibus ſingularia exquirere, forſan fuerit, ut ita dicam ultrà Cathedram.

CAPUT. VII.

DE COMMUNI DUARUM PLURIUMVE RPRUMP. NEC NON DE STRICTO SINSULARUM INTERESSE, ULTERIOR EXPLICATIO: ET QUALE HINC FUNDAMENTUM CAPIAT VERA STATUS RATIO.

SUMMARIA.

1. *Commune intereſſe parit mutuum auxilium.*
2. *Oxydracæ & Malli, perpetui hoſtes inter ſe, coaleſcunt animis adventaute Alex: M.*
3. *Metus externus eſt mutuæ concordiæ cuſtos.*
4. *Diverſa principia agendi habent, quorum actiones differunt.*
5. *Fons Rationis Status.*
6. *Prima ſocietatis humanæ principia.*
7. *Ea, quia agnoſcunt, commune habent intereſſe adverſus barbaros.*

8. Natu-

8. *Naturalis hominum caligo & pravitas.*
9. *Latrocinari quondam virtutis fuit.*
10. *Primarum noticiarum uſus ad beatitudinem civilem.*
11. *Ex iis deducta omnis Philoſophorum ſapientia.*
12. *Flaciani primas noticias nimium deminuunt.*
13. *Platonici, Pelagiani, & quidam Calviniani easdem nimium extollunt.*
14. *Primarum noticiarum ſynonyma.*
15. *Moratiores gentes, quamvis inter ſe ſæpè diſſentiant, primarum tamen notiarum imperium agnoſcunt.*
16. *Barbarorum ſocietas colluvies eſt, non Reſpubl.*
17. *Græci & Romani barbarum dicebant omne peregrinum.*
18. *Barbari hîc dicuntur ratione morum.*
19. *Bonis Regibus, non quæ utilia ſolùm, ſed quæ juſta, juſta ſunt.*
20. *Græci primi civilia præcepta in ordinem redegerunt.*
21. *Fuere etiam extra Græciam benè ordinata Imperia.*
22. *Ariſtoteles & Plato barbarorum Philoſophiam magni fecerunt.*
23. *Natura ſæpè artem antecellit.*
24. *Gens genti præſtat.*
25. *Totius humani generis duæ ſpecies: barbarum & civile.*
26. *Inter omnes Græcos communis ſocietas.*
27. *Cultiores gentes adverſus barbaras communem ſocietatem habent.*
28. *Tamerlanes. Attila, Barbari.*
29. *Tartarorum, et Turcarum conſilia barbara.*
30. *Orientaliores populi ſervituti aſſveti.*
31. *Europæi, præſertim Septentrionaliores, libertatis tenaces.*
32. *Adverſus Turcam, omnium politiorum gentium commune intereſſe.*
33. *Non eſt naturale bellum in barbaros, ſtupidos aut paganos.*
34. *Ad dominium non requiritur virtus moralis, aut religionis veritas.*
35. *Servitus naturalis apud Ariſtotelem quomodo accipienda.*
36. *Judæi & Syri naturâ Servi: Græci naturâ liberi & imperandum apti.*
37. *Cultiores gentes adverſus barbaras communem ſocietatem habent.*
38. *Eorum, quos civiliores diximus, ſubdiviſio.*
39. *Eaq; non ex contemptu primævæ rationis; ſed falſis concluſionibus nata.*
40. *Perpetuum civiliorum gentium diſſidium cogitationes peperit de univerſaliori Monarchia.*

41. *Romani*

41. *Romani quondam Galliæ Regulu leges dabant.*
42. *Modeſtum de 4. Monarchiis Judicium.*
43. *Alexander M. ſuſpectus fit affectatæ Monarchiæ univerſalis.*
44. *Mithridates Romanos habet pro Latronibus.*
45. *Eoſdem accuſat Demetrius.*
46. *Scythæ infinitam regnandi libidinem Alexandro exprobrant.*
47. *Eundem Latronem vocant.*
48. *Eundem Lucanus vocat prædonem Orbis.*
49. *Alexander terrarum fatale malum, & fulmen gentium.*
50. *Gradus, Rationis Status, ſecundus.*
51. *Dominandi cupiditas etiam ad Chriſtianos tranſit.*
52. *Hinc tertius, Rationis Status, gradus.*
53. *Hiſpania affectatæ univerſalis monarchiæ fit ſuſpecta*
54. *Hinc commune in eos odium.*
55. *De veritate rei dubitatur.*
56. *Rationes pro Affirmativâ.*
57. *Hiſpanorum Doctores in theſi & hypotheſi affirmativam tenent.*
58. *Ex pericula Turcis, Monarchiæ neceſſitas inter Chriſtianos infertur.*
59. *Cancellarii cujusdam judicium de Jeſuitarum doctrinâ: hæreticis non eſſe ſervandam fidem.*
60. *Publica approbatio orationis Hojanæ arguit conſenſum publicum.*
61. *Approbat, cui non diſplicet.*
62. *Jeſuitæ, Hiſpanicæ Monarchiæ conſultores.*
63. *Eandem ſuadet Campanella.*
64. *Hiſpanis imputatur, quod religionem ambitioni ſuæ prætendant.*
65. *Potentia, prudentia, & felicitas præcipua imperandi inſtrumenta.*
66. *Hiſpani ad Monarchiam naturaliter apti.*
67. *Silonius, Gallicus Scriptor, Hiſpanos tanquam imperandi peritiſſimos commendat.*
68. *De Hiſpanorum virtutibus nullum luculentius teſtimonium, quàm Gallorum.*
69. *Hiſpanorum potentia.*
70. *Vaſqueſius in Concilio Tridentino ſuperiorem locum pro Hiſpano contra aliorum Regum Legatos defendit.*
71. *Hiſpaniæ dominatus ampliſſimus.*
72. *Hiſpanica Monarchia aliis videtur vana.*
73. *Crantzii de Statu imperii Judicium.*
74. *Coronam nemo facilè deponit.*
75. *Vaſqueſii de univerſali imperio Judicium.*
76. *Unius in totum Orbem dominatus nulli Juri convenit.*
77. *Imò eſt abſurdus.*
78. *Bellarminus vanitatem univerſalis Monarchiæ agnoſcit.*
79. *Auguſtini eâ de re Judicium.*
80. *Nimia potentia reddidit Hiſpanos formidabiles.*

81. *Nimia potentia excitat invidiam.*
82. *Gallici ſtatus regula.*
83. *Veneti, Helvetii, Belgium, Danus, Sveci, Anti Hiſpanicæ factionis ſocii.*
84. *Status orbis Chriſtiani vertitur in æquilibrio Galliæ & Hiſpaniæ.*
85. *Ex Hiſpanica & Anti Hiſpanicâ factione natus eſt quartus gradus Rationis Status.*
86. *Ratio Status conciliavit Proceribus Germaniæ auxilium adverſus dominationem Hiſpanicam.*
87. *Poſſeſſio imperii Romani non infimus ad Monarchiam gradus.*
88. *Reges Daniæ &c. Imperio magis quam Cæſari addicti.*
89. *Henricus II. Galliæ Rex Germanicæ libertatis defenſor.*
90. *Mutatio Status in Germania Galliæ præjudicioſa.*
91. *Svecia & Belgii fœderati Ordines Hiſpanicæ factionis æmuli.*
92. *Humana omnia imperfectionis plena.*
93. *AntiHiſpanicorum interſe æmulatio.*
94. *Inter Eumenem & Rhodios, utrumq; Græcæ nationis populum diffidentia.*
95. *Lacedæmoniorum & Athenienſium factio totamGræciam diviſit.*
96. *AntiHiſpanici inter ſe diviſi.* 93.
97. *Quintus gradus Rationis Status peperit Ligas,Uniones &c.*
98. *Sextus gradus partem Pontificiorum & Proteſtantiam iterum conjunxit,*
99. *Ferdinandus I. Imperii communem utilitatem Fratris Caroli V. conſiliis prætulit.*
100. *Caroli V. conſilia ob factionem Hiſpanicam Germanis inviſa.*
101. *Svvendii teſtimonium de Pietate & integritate Ferdinandi I.*
102. *Ordines Imperii à Carolo V. diſſentientes.*
103. *Maximilianus Elector Bavaricus, Moguntinus, & Trevirenſis Hiſpanicæ factionis æmuli.*
104. *Electores Imperii ſunt Protectores libertatis Germanicæ.*
105. *Electorum officium eſt, inutilem Imperatorem removere.*
106. *Unio Electoralis*: Churfürſtliche Ain-und Vorwandnuß.
107. *Ejus initium & progreſſus.*
108. *Mauritii Saxonis bellum in Imperatorem juſtum.*
109. *Quilibet Imperii Status ratione officii tenetur publicæ ſalutis curam gerere.*
110. *Joannis Friderici Saxonis eâ de re teſtimonium.*
111. *Libertatis germanicæ defenſio ad omnes ſtatus pertinet.*
112. *Ratio ſtatus aliis laudata nimium, ab aliis vituperata.*
113. *Ratio ſtatus in Italiâ nuper familiariùs culta.*

114. *Ratio ſtatus criminationibus obnoxia.*

115. *Etiam apud Juriſperitos, ſed imperitos.*

116. *Multi Rationem ſtatus verbis damnant, facto approbant.*

117. *Ratio Status nec novum inventum eſt, & nec flagitioſum.*

118. *Ratio Status eſt quaſi exceptio à regula.*

119. *Quædam exceptiones inſunt ipſi regulæ.*

120. *Ratio Status cumprimìs imbecilliorum tutela, & in futuros caſus comparata.*

121. *Futura proſpicere ſapientis eſt.*

122. *Hiſtoriæ utilitas.*

123. *Exemplum Conſilii ex ratione Status depromti.*

114. *Regulariter nemini vis inferanda in ſuo.*

125. *Interdum præſtat arma inferre, quàm exſpectare.*

126. *Saguntini contra veram Status rationem deſerti.*

127. *Sæpè non integrum eſt decernere, bellum an pacem quis velit.*

128. *Præſtat in hoſtico bellum gerere quàm in ſuo.*

129. *Primi & ſecundi belli Punici comparatio.*

130. *Non exſpectandus eſt hoſtis à quo bellum imminet.*

131. *Hoſtis adventum in noſtro, plerumq; defectiones comitantur.*

132. *Conſul Romanus, Macedoniam potius quàm Romam bellum habere jubet.*

133. *Sæpè periculoſius eſt deprehendi, quàm audere.*

134. *Nemo tenetur primum ictum exſpectare.*

135. *Objectio contrà rationem Status.*

136. *Ratio Status nititur principiis moralibus:*

137. *Juris:*

138. *Politicis:*

139. *& Theologicis.*

140. *Stratagematum uſus.*

141. *Inſidiæ inter hoſtes licitæ.*

142. *Status ratio, publicæ utilitatis gratia recedit à regula.*

143. *Vera prudentia ad diverſitatem objecti ſe accommodat.*

144. *Abuſus non tollit uſum Rationis ſtatus.*

145. *Animus & intentio cum primìs conſideranda.*

146. *Tiberii & Davidis Regis Iſraëlitarum comparatio.*

147. *Boni & mali cum faciunt idem, non eſt idem.*

148. *Ad fundandam ſtatus rationem, gravioris momenti intereſſe requiritur.*

149. *Neceſſario fit, ſine quo ſalvi eſſe non poſſumus.*

150. *Metus qualis hic requiratur.*

151. *Quatuor requiſita Rationis ſtatus.*

Digitized by Google

152. *Vera ſtatus ratio communem ſalutem tuetur.*
153. *Conſilia præſtant armis.*
154. *Dominationibus obnitendum.*
155. *Quo quis plus poteſt, eò plura appetit.*
156. *Uſus doctrinæ de Ratione ſtatus.*
157. *JCtis hac doctrina non incognita.*
158. *Baldus Rationis ſtatus aſſertor.*
159. *Ratione Status proprii, licet defenre aliena.*
160. *Tutela infirmitatis plena Juſtitiâ eſt.*

1 ALtero ab hoc capite oſtendimus commune duarum pluriumve Rerump. periculum efficere quandam inter ipſas cognationem, & quaſi tacitam mutui auxilii Sponſionem, ad defendenda junctis armis ea, in quibus ſi-
2. mul periclitari videntur omnes. Hanc cognationem arctiſſimo vinculo eorum, obligare animos, quorum communiter intereſt, vel unico hoc nunc illuſtrabimus exemplo, quod de Oxydracarum & Mallorum inſtituto occurrit. Hos enim cætera feros, & nullis ſapientiæ præceptis magnoperè imbutos (ut erant pleraq; Orientis) quamdiu Pacem cum aliis gentibus, continuò bellum inter ſe habuiſſe conſtat. Adventante autem Alexandro Magno illicò rediiſſe in gratiam ſecum, & in communis periculi ſocietatem coaluiſſe, memorat *Curtius lib. 9. hiſtor. cap. 4. n.* 15. Mille aliis exemplis ſcatet non omnium ſaltèm gentium hiſtoria, ſed & noſtri
3. ævi memoria, ut ſupervacaneum ſit plura adducere. Nempè externum bellum uti concordiam, ita æmulationis oblivionem parit, citoq; conſentiunt animi, quando commune periculum imminet. *Tacit. 5. Hiſt. cap. 12. in fin. & in vit. Agric.*
4. *cap. 29. n. 2.* Quemadmodum verò, qui ita conſentiunt, commune conſenſionis ſuæ objectum communeq; aliquod principium habere neceſſum eſt: ita diverſo ab illis principio nîti oportet eos, qui diverſum ſentiunt, diverſisq;
5. conſiliis agitantur. Quæ quidem materia, cum ſit fons & fundamentum, quo nititur ipſa eaq; vera *Status ratio*, obiter & quaſi

& quaſi *ὡς ἐν παρόδῳ* hîc nonnulla ad inſtitutum noſtrum facientia repetemus. Ac primò quidem, cùm, vitæ hujus ſtatum 6.
univerſim complectendo, ſint quædam rationis etiam ſimplicisſimæ noëmata, quibus ceu communi pariete, tùm ſingulis gentibus imperandi ratio, tùm retinendæ univerſæ ſocietatis humanæ, ſalus fulcitur: quotquot in hiſce conſenti-
unt gentes, eo ipſo dum conſentiunt mutuam tacitæ ſocieta- 7.
tis obligationem inter ſe contrahunt, adverſus eos, qui ſpretis hujusmodi axiomatibus omnem publicæ quietis ac humunæ ſalutis certitudinem aut indubium vocant, aut everſam cupiunt.

Etſi enim indè ab admiſsâ derivataq; ad nos per gene- 8.
rationem primi omnium Parentis noſtri culpâ ea humanis mentibus irrepſerit tùm intellectus caligo, tùm voluntatis pravitas, ut homo homini in adjutorium natus, exiſtat quovis lupo, nè quid graviùs dicam, infeſtior. *Ambroſ. lib. 1. Offic. cap. 7.* primiq; gentium impetus vulgò ad cœdes ac latroci-
nia ferantur, adeò ut latrocinari ac prædas agere, nullo et- 9.
iam bello indicto, non modò licitum, ſed magnæ inſuper virtutis haberetur quondam, teſte de Cattis *Tacit. lib. 12. annal. cap. 27.* de Hiſpanis *Plutarch. in vit. Marij.* de aliis gentibus
Servio ad 1. 8. et 10. Æneid. Vergil. Reliquit tamen & conſer- 10.
vavit hactenus pro benignitate ſuâ clementisſimus Deus *noticiarum* in nobis, quas *primævas* dicimus vim magnam, quarum ductu admiſſo & naturaliter ad honeſtioris vitæ communionem ducimur, & eandem ita informare ac ordinare apti reddimur, ut ſuo modo, h. e. *Civiliter*, beata reddi non ſolùm una vel altera poſſit Respub:; ſed univerſus adeò terrarum orbis (ſi modò velit) & concinnè & ſvaviter inter
ſe degere. Idq; uti manifeſtum evadit, tot tamq; variis, egre- 11.
giis, atq; illuſtribus ſapientū monitis atq; præceptis, quibus ad benè gerendam Rempubl: pacemq; inter ſeſe mutuo &

ſincerè colendam, Rectores gentium præclarè inſtituuntur,
12. ita & in Theologiâ & in Politicis, tùm adverſus Socinianorum ipſiusq; adeò Flacii quondam errorem, noticias haſce aut nimis imminuentes aut planè expungentes. *Vid. Clav. Flac. in voce Legis: Oſterod: in Catecheſ. Rakovienſ. Germ. cap. 1. p. 10. Anno 1604. impreſſ.* tùm adverſus Platonicos, & Pe-
13. lagianos, nec non Zvvinglium, aliosq; non nullos è Calvinianis earundem vim nimium extollentes, firmiter tenendum eſt. *Vid. Zvvingl. in explic. fid. Chriſtian. ad Reg. Gall. adde Rom. 2. verſ. 14. & 15.*

14. Horum itaq; principiorum, indeq; legitimè deductarum concluſionum tramites (JCtis noſtris Jus gentium primævum & ſecundarium: Ciceroni *lib. 1. & 2. de natur. Deor.* Principia anticipata; Philoſophis, & Theologis: κοιναὶ ἔννοιαι, h. e. communes notiones; Scholaſticis: Syntereſis, ἀπὸ τοῦ συντηρεῖν, h. e. conſervo, dictos, *vid. Tom. 1. quæſt. 79. artic. 12.*) quotquot ſecutæ ſunt nationes, quamvis de finibus
15. aliisq; controverſiis ſæpè ipſi inter ſe certârint, quatenus tamen communisſima illa æqui boniq; veſtigia, velut communem actionum ſuarum normam agnoverunt, civiliores ſemper habitæ: quod reliquum eſt, his oppoſitum agmen,
16. ab rectæ rationis cultu alienum, rude, efferum, qui Apoſtolo teſte veritatem illam naturalem in injuſticiâ detinent, h. e. vi reprimunt, ne ſeſe exſerere posſit. *Roman. 1. verſ. 18. 19.* uti mera colluvies, ulliusq; Reipub. & Politiæ appellatione indignum eſt. *Ariſtot. lib. 3. politic. cap. 6. & lib. 5. cap. 10. Vid. Bodin. lib. 2. de Repub. cap. 2.* ita meritò inter *Barbaros* diſtincto à cul-
17. tioribus illis vocabulo relati fuere: non lingvæ reſpectu habito, quomodò Græci primùm, deinde Romani, poſtquam omnem humanitatis cultum ac civilitatem ad ſe tranſtuliſſe viderentur, ac ſibi quodammodo ſolis vendicarent, quicquid extra gentem ſuam erat, barbarum vocitabant. *Thucyd. lib. 1.*

Digitized by Google

lib.1.fol.m.3.princ.& lib.7.fol.m.344.Feſt.de Verb.ſignif.verb.barbari.Liv.lib.31.cap.29.in fin.Tacit. de morib. Germ.cap.18.pr. ibi. Soli barbarorum,&c. Sed morum vivendiq; potius ratione, eoq; ſenſu, quo immolandorum hominum conſvetudinem immanem ac *barbaram* vocat Cicero *Orat. pro M. Fontej.* & ex Gaditanorum moribus diſciplinaq; inveteratam quandam *barbariem* delendam,ait *Or. pro Corn. Balbo*: quomodo & Antigonus Macedoniæ Rex differenti cuidam: omnia Regibus honeſta & Juſta eſſe: Sunt per Jovem, *reſpondit*, non nobis,ſed *Barbarorum* duntaxat Regibus, nobis verò ea duntaxat honeſta ſunt, quæ honeſta, & ea tantùm Juſta,quæ Juſta: *Plutarch. Apophtegm. lib.4.* Quamvis enim quod fateri oportet ex omni gentilium antiquitate principes fuerint Græci, qui in ordinem redegerunt civilis doctrinæ præcepta, eademq; literis conſignata reliquerunt: *Cic. Tuſculan. 5. Auguſtin.de Civitat. Dei lib. 8. cap.* 3. nimis ſtrictè tamen dictum nec ſine arrogantia fuerit, omnem ideò Civilitatem his ſolis tribuere. Fuere enim & ante illos, & ipſis eorum temporibus regna atq; imperia legibus bonis, egregiisq; inſtitutis florentia,quorum res geſtas utcunq; aut literariæ rei ignorantia aut annorum vetuſtas aboleverit,famâ tamen & fragmentis nonnullis, haut exiguæ prudentiæ veſtigia deprehendimus.

18.

19.

20.

21.

Vixere fortes ante Agamemnona
Multi, ſed omnes illacrymabiles
Urgentur,ignotiq; longa
Nocte,carent quia Vate ſacro.

ait *Horat.lib.4.od.9.Vid.Diogen. Laërt. in proœm vit. Philoſoph. Euſeb. de præcept.Evangel.lib.10. cap.3. Ioann. Baptiſta Grammaij. in hiſtor. Aſiat.univerſ.in Perſicis,Indicis,Scythicis,&c.fol.m.396. & paſſim. Imprimis verò clariſſimus Heurn.lib.de Philoſoph.barbar. ſingulari.* Idq; haut diſſimulant ipſi Græcæ ſapientiæ Patres, 22.
Ariſto-

Digitized by Google

Ariſtoteles,& Plato. Hic enim in *Timæo* Græcos ſuos præ barbaris, h.e. orientalioribus, vocat *Pueros*; ille, *de cælo.* 1. barba-
23. ros Græcis *ait* eſſe præferendos. Et *Iuſtinus lib. 2. hiſtor.* multa,
ait Scythis naturam dediſſe, quæ Græci longa ſapientum doctrina, præceptisq; Philoſophorum conſequi nequiverint:
24. perindè ſicut hodiè tàm moralium, quàm Politicarum Virtutum laudibus, gens genti, natio nationi præſtat. *Liv. hiſtor. lib. 31. cap. 7. in med. Vide Lanſii de Principat. Europæ conſultationes.* & Germanorum noſtrorum laudem adverſus Jovii pro Italiâ ſuâ Intumeſcentis faſtum defendit *illuſtris Enenekel. in Thucyd. comm. lib. 1. n. 3. verb. nec barbarorum. f. m. 486.*
25. Sed ne prævaricemur, nos hic illud ſaltem conſtare volumus, totius generis humani univerſim comprehenſi, eo, quem diximus, reſpectu, duo eſſe genera: cultum &
26. *civile* alterum, alterum *barbarum*: proindè, quemadmodum Græci, quod iisdem inſtitutis ac moribus uterentur, ex hac communione ſocietatem quandam arctiorem inter ſe, communesq; hoſtes pariter, & amicos ſibi conſtituebant:
27. *Plat. de Republ. lib. 5.* ita patet univerſim, communione ac ſocietate quadam contineri politiores gentes, adverſus eos populos, qui non ſolùm inſtitutis ac moribus utuntur aut barbaris aut tyrannicis, aut planè nullis, ſed alias quoq; benè
28. inſtitutas Respubl: vi adoriuntur, atq; oppugnant. Quales fuere quondam Tamerlanes, Attila, & his ſimiles, omne Jus in armis circumferentes, & alia benè ordinata Imperia, uti
29. quodq; proximum, obterentes. *Vid. Thuan. lib. Hiſtor. 67.* Nec diſſimilis multò, noſtrâ ætate metuendus ad huc non Chriſtiano ſaltèm nomini; ſed cunctis politioribus regnis Tar-
30. tarorum atq; Turcarum impetus; hi quippe abſolutiſſimæ dominationi aſſveti, dum eidem jugo ſubmittere conantur Europeæ libertatis reliquias, naturam ipſam quodammodò
31. oppugnant; Europæis, Septentrionalibus præſertim, à fœda
iſtius-

iſtiusmodi dominatu, cui totus propè Oriens ſervit, naturaliter abhorrentibus. *Vide Martini Broniovii Tartariam. cap. 38. 39, 40, 41. Sabellic. ennead. 9. lib. 6.*

Itaq; ſi barbarorum iſta hominum colluvies in noſtri 32.
aliquam partem quibus

de meliore luto finxit præcordia Titan

incurſionem moliatur, quis neget omnium, non modò Chriſtianorum, ſed quotquot etiam ingenuioris regiminis participes ſunt populi, intereſſe quàm maximè, ut communi periculo occurratur, communisq; intra cancellos hoſtis coërceatur? *vid. Henric. Stephani oration. exhortat. de Expedit. in Turc. ſuſciend. ad Imper. Rudolph. II. Item Georg. Agricol. orat. de bello adverſus Turc. ad Ferdinand. Hungariæ & Bohemiæ Regem.*

Dico autem *Occurratur.* Nam (quod nonnullis viſum 33.
eſt) ultrò laceſcere, aut invadere iſthoc hominum genus, & tanquam lolium aut Zizania mundi exſtirpare velle, non magis noſtri Juris eſſe exiſtimandum eſt, quàm ſi in eas gentes, quæ de Deo malè ſentiunt, aut hebetioris ſunt ingenii, naturale aliquod Dominii nobis rectius de divinis ſentientibus & acutiori ingenio præditis Jus eſſe dixerimus: quod quàm falſum ſit, eleganter demonſtrat *Grot. de Iur. bell. & pac. lib. 2. cap. 22. §. 11.* Ubi nec ad obtinendum dominii 34.
Jus opus eſſe virtute morali, aut religioſa, aliâve intellectus perfectione; nec ad idem amittendum oppoſita perfectioni iſti vitia ſufficere (modò cœtera pacatè vivant, nec ſocietatis humanæ ſtatum imminutum eant) rectè differit contra Pontificiorum quorundam fœdas adulationes, qui bellum naturaliter licitum eſſe in paganos ingenioq; nobis inferiores gentes quaſi naturaliter ad ſerviendum diſpoſitas, ſtultè aſſerunt. Neq; enim huc trahendum eſt, quod *Ariſtot. lib. 1. politicor. cap* 3. de quorundam hominum naturali 35.

adſerviendum aptitudine differit. Agit enim Philoſophus de hominibus præſertim, ejusdem qui ſunt ſocietatis, quoniam aliquot gentes ità à naturâ comparatas eſſe ait, ut ſine domino regi non poſſint: indè verò ad imperium gentis in gentem argumentari velle, utpote à diverſis ad diverſa, utiq; ſana ratio non permittit: *Vid. ipſum Ariſtotel. cap. 4. d. l. 1. Heinſ. in epiſt. ad Georg. Richter. quæ exſtat apud J. Rutgerſium variar. lection. lib. 4. cap. 3. Et latiſſimè Arnis. relict. polit. lib. 1. cap. 3.*

36. Hinc quamvis concedamus e. g. Judæos & Syros omnes ſervituti natos eſſe, ut *Cic. ait in orat. de provinc. conſular.* vicisſim, quamvis Græcos ſolos ad imperandū aliis gentibus aptiores eſſe concedamus non tamen concedemus illicò, naturali Jure Græcis in Judæos, Syros omnesq; alias gentes competere imperium. *vid. Giphan. Comment. in d. cap. 3. polit. Ariſt fol. m. 61. & Beſold. de increm. Imperior. cap. 3. S. Falſus eſt Ariſtoteles. 3. fol. m. 17. add. Fernand. Vaſq. illuſtr. quæſt. part. 1. lib. 1. in proœm. num. 5.*

37. *ubi contrà Ariſtotelem diſputat.* Atq; hoc eſt *primum* caput, generalisſimæ videlicet illius communionis, quæ ob commune periculum cunctis politioribus Europæ gentibus contrà Barbaros intercedit, idq; nullo diſcrimine habito, ſeu religionis, ſeu imperii, ſeu ſtatus & conditionis cujuscunq; *vid.*

38. *Grot. de Iur. bell. & pac. lib. 2. cap. 15. §. 12.* Alterum gradu proximius eſt, & quaſi ſubdiviſione quadam hos ipſos populos, quos politiores diximus, iterum partitur. Cum enim diſtinctis licet terrarum ac Dominiorum finibus, ceſſante præſertìm metu à barbaris illis, non deeſſent tamen inter hos internarum diſcordiarum cauſæ, graves illæ quidem quoties inevitabiles; at ſæpe etiam levisſimæ: natæ ſimul ſunt cœdes mutuæ, rapinæ, bellaq; ex bellis ſata; ſæpe etiam unius pedis gleba, imò punctum terræ, ferro flammaq; diviſum:

39. nullo quidem principiorum illorum, quæ diximus, manifeſto contemptu; ſed coloribus atq; obtentibus, ſeu ſtudio

dataq;

dataq; operâ, ſeu per errorem apparentesq; falſarum concluſionum illecebras, quæſitis: tantâ interim contendendi libidine, ut non paludes, flumina, montes, quibus ferè naturaliter maxima imperia terminantur, dirimere eos; non fœdera, non pacta, majorumve inſtituta; non dati aut accepti olim beneficii memoria componere, ſæpè nec quidem commune omnium periculum disſidentes potuerit aut continere, aut in gratiam reducere. Eaq; contentionis ſerra 40.
cum jam ſine fine duceretur, & quaſi in priſtinum Chaos inordinatamq; maſſam reduceretur orbis, factum indè videtur ut ſubiret tandem quorundam animos conſilium altioris alicujus imperii, quod ſingulorum disſidia omnes ſub unum jugum coërcendo, finiret deniq; ac componeret, quaſi nullum aliud eſſet diſcordantis orbis remedium, quàm ut uni pareretur ſicut Romæ olim, & ſicut in Galliâ Manlius quon- 41.
dam evocatis ad ſe Gallorum Regulis, leges quibus pacem cum vicinis Regibus ſervarent, dixit denuntiavitq; nempè *ut morem vagandi cum armis finirent, agrorumq; ſuorum terminis ſe contineret quisq;* apud *Liv. hiſtor. lib. 38. cap. 48.* Deprehende- 42.
re hujus ſivè conſilii ſive fati etiam veſtigia licet in majoribus illis quatuor Monarchiis, haut ſine divinæ providentiæ ſingulari inſtinctu. Cujus fatalem vim cum non intelligerent gentes ſubactæ, ſequius de illorum progresſibus judicatum ſæpè, quàm decebat. Sic de Alexandro M. judicat 43.
pirata ille, qui, quo ſcelere compulſus mare haberet infeſtum uno myoparone, quæſitus: *Eodem*, inquit, *quo tu Orbem terrarum*, quaſi Orbis Latronem Alexandrum arguens. *Nonn. verb. Inveſtum mare, ex Ciceron. lib. 3. de Republ.* De Romanis 44.
idem ſentit Mithridates: ideò eos Latrones vocat: *Quippe adverſus Latrones*, inquit ad milites ſuos, *ſi nequeant pro Salute, pro ultione tamen ſuâ, omnes ferrum ſtringere. Iuſtin. hiſtor. lib. 38. c. 4.* Et Demetrius, uti ſuprà attigimus, Romanos accuſabat, 45.

Digitized by Google

quod non contenti Italiæ terminis ſpe improbâ totius Orbis Imperium amplecterentur, apud eund: *Iuſtin. lib. hiſtor. 29. cap. 2. in princ.*

46. De Alexandro verò, multò ad huc diſertiùs Scythæ: *Si Dii, inquiunt, habitum corporis tui aviditati animi parem eſſe voluiſſent, Orbis Te non caperet: alterâ manu Orientem, alterâ Occidentem contingeres: & hoc aſſecutus, ſcire velles ubi tanti numinis fulgor conderetur.* & mox: *ab Europa petis Aſiam, ex Aſia tranſis in Europam; deinde ſi humanum genus omne ſuperaveris, cum ſilvis, & nivibus & fluminibus, feriśq; beſtiis geſturus es bellum.* prout eleganti Oratione explicat *Curt. lib. 7. Hiſt cap. 8 n. 12, 13.*

47. Nec dubitavit (ſi non ficta potius, quàm vera eſt Oratio) gens armis promptisſima Alexandro in faciem eloqui quod pirata illa majore quidem audaciâ fecit. *At tu*, ajunt, *qui te gloriaris ad latrones perſequendos venire, omnium gentium quas adiiſti latro es, Lydiam cepiſti; Syriam occupaſti: Perſidem tenes: Bactrianos habes in poteſtate: Indos petiiſti; Iam etiam ad pecora noſtra avaras & inſtabiles manus porrigis. Curt. ibid. n. 19.*

48. Idem Judicium de eo fert Poëta in epitaphio ſatis alioquin gravi & eleganti

Illic Pellei proles veſana Philippi
Felix prædo jacet terrarum

& paulò poſt:

——Macedum fines latebrasq; ſuorum
Deſeruit victasq; Patri deſpexit Athenas
Perq; Aſiæ Populos fatis urgentibus actus
Humanâ cum ſtrage ruit, gladiumq; per omnes
Exegit gentes, ignotos miſcuit amnes
Perſarum Euphratem, Indorum ſanguine Gangem,
49. Terrarum fatale malum; fulmenq; quod omnes
Percuteret populos pariter, & *Sydus iniquum*
Gentibus, Oceano claſſes inferre parabat
Exteriore mari, non illi flamma nec unda,

Nec

Digitized by Google

Nec ſterilis Libye, nec Syrticus obſtitit Hammon.
Iſſet in occaſus mundi devexa ſecutus
Ambiſſetq; polos: Nilumq; à fonte bibiſſet.
Occurrit ſuprema dies; naturaq; ſolum
Hunc potuit finem veſano imponere Regi.

Lucan. lib. 10. bell. civil. incipit. verſ. 19. Etſi verò in his ut & 50.
Perſarum Aſſyriorumq; ſummis imperiis divinæ virgulæ
indicia haut obſcura deprehendimus, negari tamen non
poteſt, & ab his ipſis Regibus, & ab aliis cœco impetu in
exemplum ruentibus, multa præter jus fasq; merâ dominan-
di cupiditate geſta eſſe. Itaq; natus inde eſt alius, & quaſi
ſecundus gradus Rationis ſtatus, quem hos ipſos inter popu-
los, quos civiliores diximus, pro conſervando cujusq; ſtatu,
recta conſtituit ratio ipſaq; adeò neceſſitas. Atq; utinam 51.
iſthæc dominandi cupiditas apud profanas veriq; Dei igna-
ras gentes conſediſſet: dolendum verò eſt etiam in Chri-
ſtianorum cœtum irrepſiſſe hanc peſtem, ut jam non de Ta-
merlanis, vel Attilæ, aliorumve barbarorum aliquâ irruptio-
ne ſuſtinendâ, non de Alexandri aut Cæſaris alicujus am-
bitione, communi ope repellendâ cogitare; ſed recentiori
gradu ſingula propè Chriſtianorum regna, ſingulæ Reſpubl.
ſe ſua inter ſeſe tueri neceſſum habeant, novâ iterum, adeoq; 52.
jam *tertia* quadam *Status Ratione* initâ. Cujus rei etſi nun-
quam non exſtiterint ſemina, renovandæ tamen majoribus 53.
ſtudiis ſive initium ſive occaſionem præbuit orta proximo
ſeculo de Hiſpanorum Regibus affectatæ *univerſalis Monar-
chia* inter Chriſtianos ſuſpicio. Hæc etenim opinio ubi vul- 54.
gari per finitimas nationes cœpit, ingenti ſimul odio exce-
pta eſt, ſingulis ad nova conſilia, quibus obviam iretur, in-
tentis. Et quidem, ex vero an callidâ ad quæſtus invidiâ, 55.
nata fuerit opinio, nec aſſeverarim ego, nec noſtrum eſt ju-
dicare. Plenæ ſunt hac de re diſcurſibus, gravaminibus, con-

Digitized by Google

ſiliis, monitionibus, ſecretis inſtructionibus, non Bibliothecæ tantùm ſelectiores, ſed & ipſa Regum ac Germaniæ Prin-
56. cipum archiva. Illud ſaltèm in confeſſo eſſe putamus, non defuiſſe argumenta, quibus aſtrueretur haut dubiæ rei fides, nempè: & voluiſſe Hiſpanos, & potuiſſe efficere, quod eis
57. imputabatur. *Voluiſſe* quidem magni argumenti res eſt, quod ex ipſis Hiſpanorum Doctoribus exſurgerent, publicis ſcriptis aſſerentes: Non poſſe orbem Chriſtianum, niſi reddito UNI Imperio conſiſtere, nec ulli magis, quàm Hiſpaniarum genti eas partes convenire. Ita docuit quondam in Duacenſi Academia Andræas Hoijus, Profeſſor publicus, *Oratione de nova apud Europaos Monarchia utilitate, anno circiter*
58. *1599. primùm editâ, deinde anno 1609. recuſâ.* Idq; ut cœteris Regibus eò faciliùs perſuaderet, uſus eſt inter alia communis periculi Chriſtianis à Turca omnium hoſtium immaniſſimo, omnibus ſimul impendentis argumento. Inde, Monarchiá, *inquit*, opus eſt: opus eſt Monarchiâ contra potentem illum Tyrannum, *fol. m. 23. & paulò poſt*: iterum dico intereſſe Europæ, ſi ſalva eſſe velit, omnem poteſtatem ad unum deferri:
59. *fol. 21.* Nec verò ſufficere videtur eximendo huic ſcrupulo, quod in ſimili causâ de Jeſuitarum doctrinâ: *Hæreticis non eſſe ſervandam fidem*, reſpondebat aliquando magni Principis in Germania Cancellarius: nempè in ſcholis & umbrâ tales opiniones, magis exercendi ingenii ac ſtyli gratiâ, verſari; in conſiliis Pontificiorum publicis aut rideri, aut certè nec attendi, nec approbari; Non, inquam, ſuffecerit fortè hoc
60. idem in præſenti causâ reſpondere. Nam iſta quidem Duacenſis Profeſſoris Oratio, non ſine publica magnorum apud Hiſpanos virorum & laude & approbatione prodiit; tum, ut de publico applauſu certiùs conſtaret, iteratò edita eſt: deniq; ſi non Regi aut Regio conſilio placuiſſet, aut vel hoc vel iſte nimis invidioſum ſtatuiſſent edi in vulgus, tale do-

gma

Digitized by Google

gma, utiq; vel contrario aliquo documento hoc teſtati eſſent, vel publicationem ſaltèm libelli prohibuiſſent. Quorum neutrum cum ſic factum, eximi hominibus opinio non potuit; ſi non regii conſilii aut juſſus res fuerit non diſplicuiſſe tamen magnanimæ genti conatus eorum, qui ad hanc 61.
editam honoris arcem, viam gradumq; ſtruxiſſent, publicatâ in id ſententiâ aliquâ rationabili, ne ſcilicet ſine ratione obtruderetur aliquando Orbi nova hæc religio. Manus quoq; porrexiſse eidem operæ celeberrimum Jeſuitarum 62.
ordinem, ac pro virili novæ Monarchiæ hujus fabricam ſuſtinuiſse, aſſerit *autor Myſter. patr. Ieſuit. pag. 187. & ſeqq. Renat. Verid. in Stater. Forer. cap. 11. ſ. m. 131.* Et *Thomas Campanella* Monachus Dominicanus, quamvis alibi univerſalitatem hanc 63.
imperandi Pontifici Romano potisſimum deferre videatur, *libro quem inſcripſit Atheiſm. triumph. cap. 10. in pr. & num. 2.* alio peculiari tamen libro eandem Philippis, Hiſpaniarum Regibus vindicat ſatis manifeſtè *de Monarch. Hiſpanic: & præſertim in appendic. Utrum ſit optandum, &c.*

Aliqud quoq; voluntatis argumentum ex diverſorum 64.
temporum hiſtoria obſervarunt accuratiores; nempè religioſæ unionis ſtudium etiam cum pernicie ſubditorum alibi, ut ajunt (in Belgio ſcil:) obtenſum; alibi, etiam in ipſo Eccleſiæ ſuæ ſummo beatisſimoq; Patre, Pontifice Romano, armis quippe obſeſſo, & tantùm non fame enecato, manifeſtisſimè violatum: *vid. Thuan. hiſtor. lib. 1. Sleidan. de ſtat. rel. & Reipub. lib. 6 ſ. m. 157. & Satyricus autor libelli, L'homme du Pape & du Roi.* Deinde *potuiſſe* quoq; efficere Hiſpanos, quod eis 65.
imputabatur, probabiliter inferebant rei hujus aſſertores, tùm ex ditionum regnorumq; amplitudine, maximaq; opum affluentiâ, quâ cœteros Reges cunctos multis paraſangis anteire Regem Hiſpaniarum oſtendebant: tum ex rerum noviſſimis temporibus geſtarum memoriâ, quæ abundè teſtaretur,

ſtaretur, & prudentisſimis conſiliis eos, & maximâ fortunâ hactenus uſos fuiſſe, & gravitate animi, conſtantiâ, ſimilibusq; ad univerſum orbem gubernandum dotibus à natura
66. eſſe inſtructisſimos. Et ſanè de naturali Hiſpanorum præ aliis nationibus *aptitudine*, forſan haut digniorem fide teſtem reperiemus, quàm ex ipſa Gallicâ ratione, Hiſpanis infenſisſi-
67. mâ. Ex iis verò diſertisſimus, publicoq; eminentisſimi Cardinalis Richelii ſumptu olim conductus Scriptor non ſolùm gloriam iſtam Hiſpanis tribuit, ſed & Gallos ſuos eorum exemplo ad virtutes maximè heroicas hortatur, ejusdemq; gentis exemplis pasſim utitur, triplici ratione inſtitutum ſuum defendens: *Si quelqu'un* (ſunt verba Autoris) *trouue manvais que j'allegue ſi frequemment des exemples Eſpagnols; je le ſupplie de conſiderer que je l'aye fait pour deux ou trois raiſons. La premiere dautant que c'eſt l'humeur des François de ſe toucher davantage des choſes eſtrangeres que de celles de leur pays. La ſeconde, dautant qu'ils ſeruiront a faire davantage connoiſtre la conduite de ces gens la, qui eſt une connoiſſance neceſſaire aux Miniſtres des autres Princes; puiſque cette nation tient les autres nations Chreſtiennes en perpetuel exercice & qu'elle les oblige toutes d'eſtre auec elle ou contre elle. La troiſieſme dautant que generalement parlant: elle entend l'art de gouverner & de commender aux hommes, mieux que nulle autre du monde.* h. e. ſi quem offendat, quod Hiſpanorum exemplis in diſcurſibus meis frequentius utor, is reputet quæſo non abſq; ratione hoc à me factum eſſe. Primùm enim ita Gallorum eſt ingenium, ut facilius alienis moveantur, quâm domeſticis: deinde, Hiſpanorum ita conſilia nobis reddentur familiariora, quorum certè inquiſitio hodiè aliorum omnium Principum miniſtris eſt neceſſaria, utpote cujus gentis induſtria cæteris Chriſtianis perpetuum negotium faceſſit, dum aut amicos aut hoſtes eſſe cogit: tertiò *quod nulla alia gens magis calleat artem gubernandi, &*

Digitized by Google

di, & regendi homines. Ità diſſerit le Sieur *de Silhon en la préface de ſon Miniſtre d'eſtat, & veritable uſage de la politique moderne part.*1. Quo quidem teſtimonio(quod ne quis callidè prodi- 68.
tum exiſtimet, ipſa procul dubio veritas expresſit) nullum poſsit afferri luculentius. De *potentiá* verò, quod diximus, 69.
ditionumq; amplitudine jam ſuperiori ſeculo res ipſa loquebatur. Burgundiá quippe cum annexis ditisſimis Belgii provinciis, tum Luſitaniá, unà cum utriusq; Indiæ Inſulis partìm matrimonio, partìm bello quæſitis, tum Neapolitani ac Siciliæ regnorum, tùm Mediolanenſis Ducatus aliarumq; in Italia amplisſimarum poſſesſionum acceſsione auctis, ut vix parem inter Chriſtianos Regem haberet Europa. Itaq; 70.
omnium horum regnorum ac terrarum conjunctionem tanti æſtimavit JCtus Hiſpanus, ut ad Tridentinum concilium Orator ab Rege ſuo miſſus, pro obtinendo ſuperiori loco, publicè contenderit: *Regem Hiſpaniarum majorem eſſe cunctis mortalium, cumq; ad novum Indorum usq; orbem innumeræ gentes ac provinciæ illi obtemperent, non ſolùm longiùs latiusq; ſeſe imperium ejus porrigere, quàm aliorum Principum, qui nunc ſunt, verùm etiam omnium aliorum, qui ab origine mundi unquam fuerunt*; idq; adeò manifeſtum eſſe exiſtimat, ut quemadmodum in aliis, quæ JCtis notoria dicuntur, ita hic quoq; nudâ allegatione opus ſit. *Vid. Fernand. Vaſquium in præfat. illuſtr. quaſt. part* 1. *lib.* 1. *ſub num.* 25. *verſ. Cum ergò majoribus & ibid. num.* 33. *in fin.* qui iterum *ead. præfat. num.* 90. hæc habet: *Nam præter bonam totius Europæ partem in orbe nobiliore ejus dominatui ſubjacentem, ſi novum orbem, quem temperat, reſpexeris, invenies monarchiam ejus reliquas omnes mortalium Principum longè anteire ac præcellere; ſive illi Reges ſint, ſive Imperatores.* Hæc ille. 71.

Et ſi verò probabiliter hinc diſputatum fuerit, & voluiſſe & potuiſſe Hiſpanos universale aliquod in omnes

72. Chriſtianos imperium condere, deprehenderunt tamen alii vanitatem rei: nec perſuaſuros magis ulli Jeſuitas genti aut nationi, ipſam Svadam quanvis imploraturos, credibile eſt, ut & neceſſarium, & utile credant factum cæteri Reges,
73. uni Regi omnium faſces ſubmittere, quàm Crantzius Clericus Hamburgenſis Proceribus ac Statibus Imperii perſvaſit: *Melius Germania conſultum eſſe, ſi omnes Principatus ac Ducatus, reducerentur ad unitatem.* h. e. ad unius Imperatoris παμβασιλείαν. *Vid.*
74. *Crantzi. in Vandal. lib. 8. c. 11.* Præterquam enim quod nemo facilè in Majeſtatis conſortium quenquam recipit, nedum Coronam deponit in ſinum alterius, alienigenæ præſertim aut peregrini, niſi fortè aut neceſſitate adductus, ut ille olim Syracuſanorum Tyrannus, de quo *Eraſm. Chiliad. 1. cent. 1. 83.* aut pietatis quadam religione, ut proximo ſeculo Carolus V. Imperator; certè & natura ipſa & ingeniorum diverſitas refragari videtur operi non magìs commodo, ac ſi quis idem velit calopodium, quod dicitur, omnium pedibus induere. Habent quippe gentes ſingulæ ſuum ingenium, nec eundem omnes facilè recipiunt ſeſſorem. Unde in ſimili quæſtione laudatus nobis anteà Hiſpanus JCtus ipſe, brocardium illud;
75. *an Imperator Romanus ſit totius mundi Dominus*, excutiens, nec eſſe Mundi totius unum Dominum, nec fuiſſe unquam, nec futurum; imò futurus ſi ſit, monſtrum naturæ fore, non lè-
76. gitimum imperium, docet *quæſt. part. 1. lib. 1. cap. 20. n. 10.* Itidem Mundum uni Principi ſubeſſe, nec Jure naturæ, neq; gentium, neq; civili, neq; divino conſentaneum aſſerit. *eod. cap. 20.*
77. *n. 27. Nam ſi reliquis civitatibus*, inquit, *tale Ius conſtituere liceret, unaquaq; civitas ſcriberet, aut ſcribere poſſet, ſibi eſſe Ius dominandi imperandiq; univerſo in orbe aut mundo; ſicq; ſingula ſingulis imperarent, ſingulaq; ex diverſo ſingulis mutuâ vice inſervirent, qua res foret riſu & ludubrio digna. Stultiq; forent, fuiſſentq; ab Origine mundi Reges, Imperatores, Principes, Civitates, qui cum uno verbo poſſent*

Digitized by Google

poſſent ſe totius mundi dominos ſcribere & efficere, tot bellis, præliis, vulneribus, calamitatibus, urbium incendiis, puerorum, ſenum, virorum, fæmineiq; generis internecionibus, agrorumq; vaſtationibus de Imperio contenderunt: non mundi universi, ſed ſæpiſſimè unius Civitatis, aut oppiduli. Ergò etiamſi omnes leges, tàm Civilis, quàm Canonici Iuris, contrarium expreſſiſſent nihil aliud agerent, quàm nugas agere, & fabellas componere: ſed abſit ut in legibus Civilibus aut Canonicis tale quid reperiatur, cùm potius reperiatur oppoſitum, &c. vid. d. num. 27. fol. m. 231. Eandem abſurditatem agnovit 78.
etiam Cardinalis Bellarminus, ipſe quamvis Jeſuita, & acris Monarchiæ Pontificiæ, etiam in temporibus propugnator. Etſi enim hactenus cum ſociis ſuis ſentit: expedire omninò generi humano, ut omnes Provinciæ mundi ab uno aliquo ſummo Rege gubernentur in rebus Politicis, ſub ſe habendo non ProReges aut Vicarios: ſed veros Principes, quemadmodum ſummus Pontifex ſub ſe habet Epiſcopos; duas tamen notabiles addit conditiones, ſi poſſit eò perveniri: *(1) ſine injuſticia (2) ſine bellicladibus. Bellarm. lib. 1. de Pontif. Rom. cap. 9.* Quod utrumq; cum nullam veri habeat ſimilitudinem, recte videtur ſociorum ſuorum vanitatem notaſse. Quantò rectius fortè nos ſentiemus cum *D. Auguſtino lib. 4. de Civit. Dei. cap. 15.* Feliciores fore res humanas, ſi eſsent ubiq; 79.
parva regna, concordi unitate lætantia, quàm quod unus quisq; Regum per fas & nefas imperium ſuum prorogare contendit, *vid. Campan. d. append. Monarch. Hiſpan. f. m. 524.*

Sed quicquid ejus tandem ſit, ſive affectaverit Hiſpa- 80.
nia univerſale imperium, ſive falsò hoc eis imputatum, tanta unius Regni velut alluvione quadam fortunarum ac ſucceſſuum indies aucta, & jam maximè poſt initam cum domo Auſtriaca Imperiiq; Romani Majeſtate arctiſſimam neceſſitudinem, ſtabilita potentia, cum non poſset non aliis regnis formidabilis videri natum eſt illud invidiæ malum,

 de

de quo *Sen.epiſt.14.* Ac jam cœteræ vicinarum Regionum na-
81. tiones mutuò ſeſe intuentes, taciti quodammodo inter ſe decernebant, quid quiſq; ſibi faciendum contrà ſtatueret: Nempe, quod de Athenienſibus Hiſtoricus ait, odio immoderati eorum imperii, omnia Græciæ regna, velut ad commune incendium extinguendum concurriſſe *Iuſtin.lib.5.hiſt.*
82. *cap.1.* In quo ſuperiorum temporum conſilio, ante omnes Galli primas tenuiſse videntur, conſtitutâ ſibi regula: *Hiſpanis undiq; obniti, ubiq; negotiū faceſſere, bellis tùm ipſos, tùm amicos eorum diſtinere, hoſtes pecuniâ militè aliiſve ſubſidiis juvare*: eamq; velut præcipuam Status ſui rationem (*pour principale maxime d' Eſtat*) & ſequuntur hodiè & magnoperè commendant, addita ratione: quod aliter tùti eſse à dominatu Hiſpanorum nequeant, ſuam potentiam extraneis bellis alere satagentium. *Pierr. Matth. en l' hiſtorie de Henric. IV. livr. 1. Narrat. 1. chap. 2. Silhon en ſon Miniſtr: d' eſtat. partie 2. liv. 8. 3. diſc. 1, 2. 4, 5.*
83. *& 6.* Et quamvis iisdem veſtigiis inhæſerunt hactenus pleriſq; occaſionibus, Veneti; Helvetii, Reformatæ præſertim religioni addicti; Belgii quoq; ea pars, quæ nunc Fæderatum dicitur, Anglia, & non ita pridem Dania; ac nuper feliciſſime omnium Svecia: quia tamen Galli præ aliis rigidi atq; operoſi fuere in exſequendo hoc conſilio, factum eſt, ut harum duarum gentium, Gallicæ nimirum & Hiſpanicæ æquilibrio univerſus Chriſtianus orbis ſuſtineri viſus fuerit. *Beſold. lib. 2. polit. cap. 5. §. 28. & Gallici Scriptores hujus ævi paſſim: interq; eos Celſiſſimi Ducis Rohanii libellus, Gallicè ſub titulo: les Interreſts des Roijaumes & principautés du monde; latinè haut ineleganter verſus à viro doctiſſimo. Reinholdo Curiken, Gedanenſis Reipub: Secretario, cum inſcriptione: Trutina Statuum Europæ &c. quem libellum jam olim in arcanis & delitiis Principum habitum, multaq; egregia revelantem, propter materiæ hujus cognationem, in fine adjicimus.*

Digitized by Google

Ita diviſus ſciſsusq; factionibus, Hiſpanciâ nempè & 85.
Antihiſpanicâ, Chriſtianus orbis, & ſuperiori quidem & hoc
noſtro ſeculò multas magnasq; edidit tragœdias: nataq;
indè *quarto gradu* (ut quod cœpimus filum pertexamus)
nova iterum & ſtrictior quodammodo *Status ratio*; his pro
communi conſervatione adverſus Hiſpaniæ potentiam,
illis contrà nitentibus. Et cum primis quidem, ea factio, 86.
quæ Hiſpanis obtinebatur, quòd Imperii Romani poſ-
ſesſionem & Majeſtatem plurimùm conferre, & quaſi pro-
ximum aditum, ad univerſalis Monarchiæ gradum fore ju- 87.
dicarent, ſuâ communiter intereſse exiſtimarunt, ne quid
Germaniæ Procerum Statuumq; libertas detrimenti caperet:
facilè enim imperium univerſi obtenturam Hiſpaniam,
quamprimùm Germanico regno pro lubitu imperitare
cœperit. Hinc jam olim Carolo V. Imperatori è Daniâ ac
Norvegiâ reſponſum: *ſe non Cæſari: ſed Imperio fidos amicos* 88.
eſſe, quod ſi Cæſar contra imperium machinaturus ſit, pro virili an-
nixuros, ut antiqua libertas defendatur, & Henricus II. Galliæ 89.
Rex in epiſtolâ ad eundem Imperatorem: *graves ad ſe delatas*
eſſe querimonias multorum Germaniæ Principum & Ordinum,
qui partim religionis, partim Turcici belli, & puniendæ rebellionis
occaſione quæſitâ, ſervitutem ſibi parari, & callidis conſiliis ali diffi-
dium atq; factiones, et ex hauriri Germaniam dicerent. Sic ut
amplius dubitari non poſſit, quin Monarchiam ſibi Imperator con-
ſtituat: ex eo verò magnum ſe percepiſſe dolorem, & propter com-
munem utriusq; gentis originem, & propter veterem conjunctionem
atq; amicitiam, quæ firmo ſemper & inviolata permanerit; & paulò 90.
poſt: *etenim ſi ſtatus mutatio fiat, & Germania ſua libertas aufe-*
ratur, intelligere ſe, quantò ſit hoc ſuo cum detrimento futurum, atq;
diſcrimine: nam eſſe Germaniam non Galliæ tantùm; ſed & ipſius
Reipubl. Chriſtianæ propugnaculum &c. referente *Sleidan. de ſtatu*
Relig. & Reipubl. lib. 24. pag. m. 758. Junge *Bodin. lib. 5. de Repub.*

 cap. 6.

91. *cap.6. pag. m. 956.* Belgium quoquè fœderatum, & Svecia,
quid nuperis temporibus eo nomine præſtiterint, in ore &
oculis omnium verſatur. *Vide Hiſtor. tumult. Belgic. Argonau-
tic. Wilhelmi Uſſelinx. Henckel. de Iuſtic. belli Svec: & paſſim actis*
92. *motuum Germanic. &c.* Sed quemadmodum pleraq; ſunt
humana plena affectibus, & nullus poteſt naturam ſic retine-
re, ut non peccet nihil, hoc enim proprium eſt ſolius Dei,
93. ſicut ſcribit Imperator. *in Novell. 133. cap. 5.* ita has ipſas partes,
quæ Hiſpanum contrà jam coaluerant, non potuit commu-
nis utilitatis reſpectus ſatis continere, ut unanimi ſtabiliq;
concordiâ in mutuâ fide perſiſterent. Teſtatur quippe ex-
perientia, nullibi ferè actiores ſimultates exſtitiſſe; dum qui-
libet eorum, uti in Hiſpanum accenſus, ita novo ſeu metu
ſeu invidiâ cœpit angi, ac omnes tantùm non immortalibus
inter ſe diſſidere odiis: non aliter quàm apud Græcos
94. olim Rhodii, habebant quidem cum Eumene uno maximè
Regum & privatum & publicum civitatis ſuæ hoſpitium,
nempè Græci natione cum Græco Rege, nihilominùs po-
tentiam ejus veriti, ſocietate Romanorum eandem ibant
95. imminutum. *Liv. lib. 37. hiſtor. cap. 54* & exortâ Lacedæmo-
niorum atq; Athenienſium factione *intereà* ait hiſtoricus,
*Græcia omnis ducibus Lacedæmoniis & Athenienſibus in duas diviſa
partes ab externis bellis velut in viſcera ſua arma convertit: fiunt
igitur de uno populo duo corpora, & eorundem caſtrorum homines
in duos hoſtiles exercitus dividuntur. Iuſtin. hiſtor. lib. 3. cap. 2 pr.*
96. Sic noſtra quoq; ætate corpus illud quod Hiſpanicæ domi-
nationis metus hactenus coagmentaverat, non in duas ſal-
tèm; ſed multò plures partes ruptione facta diſſiliit: poſt-
quam Gallus ab Anglo, â Sveco Danus, quin & Germanus
â Germano diſceſſionem fecêre, ac plus quam Vatinianis
odiis Cadmæisq; cœdibus ſe mutuò dilaniarunt. Ac in Ger-
97. maniâ quidem ut hunc quaſi *quintum* gradum conſtituamus
odium

odium Religionis in diverſas partes egit Imperii Ordines; *Catholicos*, h.e. Pontificios, in Ligas: *Evangelicos*, in Uniones, Correſpondentias, Alliantias, & ſi quæ ſunt alia ejus generis vocabula: de quibus vid. *Hortled.* Von Urſachen des Teutſchen Krieges: *Acta publica Londorpii, &c.*

Sed & hinc ulterius ad *ſextum gradum* deſceſſio facta 98.
eſt, diviſo ipſo tàm Pontificiorum, quàm Evangelicorum agmine: aliis defenſioni publicæ communisq; libertatis ſtudio unicè intentis, aliis in privati emolumenti arrogatæq; nimiæ potentiæ ſuſpicionem adductis. Quo fretus conſilio Ferdinandus Rex Romanus, Caroli V. Imperatoris Frater, 99.
communi Statuum atq; in his ſimul Evangelicorum cauſæ velificari, quàm Fratris Imperatoris conſiliis, quæ cunctis 100.
pariter Ordinibus ob Hiſpanicæ & Burgundicæ factionis æmulationem inviſa erant, inhærere maluiſſe dicitur, autore *Lazaro Schwendio*, tribus quondam Imperatoribus, Carolo, Ferdinando I. & Maximiliano II. à conſiliis intimioribus, in deſſen Bedencken von Regierung des Römiſchen Reiches und Freyſtellung der Religion: ubi inter alia hæc notatu digna ſcribit: Derhalben denn auch Hertzog Moritz/ als Er ſich des 101.
Landgrafen Geſängniß halber gegen Käyſer Carolen zu widerſetzen bedacht/ leichtlich ihme bey den andern Teutſchen hat können Anhang und Beyfall machen/dieweil ſie alle voller Verdacht und Mißtrauen gegen dem Spaniſchen und frembden Regiment geſtecket ſeyn/welcher ſich dañ ſo gar öffentlich im Werck hernach erzeiget hat/ das zu Zeiten Hertzog Moritzen Anzuges durchaus faſt jederman im Reich mit ihm heimlich zugeſtimmet/ und bey dem Käyſer mit einiger Hülff und Handbietung nicht zuſetzen wollen/darauff auch folgendes auff dem Tage zu Paſſou unter den Ständen eine gemeine Sache daraus worden/ alſo daß die eingebrachte gravamina, und Beſchwerden von jederman NB, angenommen und beyfällig geweſen ſeyn/ & *poſt pauca*: Aber in ſolcher

Digitized by Google

ſolcher höchſter gemeiner Gefahr und Noht/da hat GOtt durch ſondere Gnad Käyſer Ferdinand, den löblichen heiligen Käyſer und Vater des Vaterlands erreget/ daß Er Käyſer Carols Fürhaben nicht hat wollen beyfallen/ wie ihm denn auch für der Zeit viel dinge in deſſelben Regierung nicht haben gefallen wollen; ſondern hat bey ſich erwogen/ daß dem Teutſchland durch dieſes Mittel möchte geholffen werden/ do ein beſtändiger Religion-Friede auffgerichtet/ und ſonſt vielen gemeinen Beſchwerden und Obliegen in der Käyſerl: Mayeſtät Regierung abgeholffen würde/ darümb er ſich denn NB. lieber an die Reichsſtände/ denn an ſeinen eigenen Herren und Bruder hängen wollen/ alſo daß endlich durch ſein embſiges/ treuhertziges/ und Väterliches Zutuhn/ der Paſſauiſche Vertrag/ und Religion-Friede/ item Milderung und Abſchaffung vieler anderen Beſchwerden auch wider Käyſer Carols und des Pabſtes Willen erfolget ſeyn/h. e. *Ideoq; Mauritio Saxoni, poſtquam pro liberando Landgrafio Haſſiæ puta, Imperatorem Carolum oppugnare ſtatuiſſet, facilè fuit reliquos Germaniæ Principes conſilii ſui aſſeclas habere, quod omnium animi ſuſpcionibus atq; invidiâ Hiſpanicorum conſiliorum maximè laborabant, quæ poſteà Mauritio adventante ſatis erupêre, dum nemo non ex omni Germania cum eodem clanculum ſentiret, Imperatore penitus deſtituto ac deſerto. Ex quo mox in Conventu Paſſavienſi, quod Mauritius intendebat, pro communi omnium cauſa acceptum eſt, cunctis eadem gravamina & querelas approbantibus*, & paulò poſt: *Verùm in ſummo iſto communiq; omnium periculo excitavit Deus pro ſingulari ſua bonitate glorioſiſſimum ſanctiſſimumq; Imperatorem Ferdinandum, verum Patriæ Patrem, qui Caroli intentionibus NB. nequaquam aſſentire voluit, cum jam anteà multa actionum Carolinarum ei diſplicuiſſent. Itaq; Germaniæ nullo convenientiori remedio ſubveniri poſſe ratus quàm factâ ſuper Religionis exercitio pace firmâ ac ſtabili, aliisq; remotis gravaminibus NB. magis Imperii Ordinibus adhærere, quam Domino ac Fratri ſuo voluit,*

Digitized by Google

voluit, effecitq́; ſuâ demum induſtriâ ac paterno ergà Imperium affe-ctu, ut & Pax religioſa Paſſavienſis conficeretur, & reliquis querelis modus ſtatueretur, renitentibus ac invitis licet ipſo Imperatore Carolo, & Pontifice Romano. vid. Goldaſt. in Statut. & reſcript. Imperio. ad ann. 574. pag. 209. Eosdemq; videlicet Imperii Ordines 102. tàm Catholicos quàm Evangelicos, eodem tempore ſeorſim ab Imperatore ſenſiſſe pariter innuit Albertus Brandeburgicus in apologiâ ſuâ, his verbis: Darumb denn die Chur-Fürſten/ auch wir zu unſerer expedition billig beweget worden/ und die Käyſerl. Mayeſtät dagegen im Reich (denn was durch ihre beſtalte Soldaten und angenommenes Krieges Volck geweſt) unſers wiſſens von den Ständen keinen Bey-oder Zufall gehabt/ da ſonſt die Stände wo wir unbillig/ und als Feinde des Reichs gehandelt/ ihrer Verwandnuß nach/ und dazu Vermöge des Landfriedens Ihrer Mayeſtät hätten hülfflich und beyſtändig ſeyn müſſen/ h. e. *Electores & Principes ipſumq́; Albertum meritò expeditionem ſuam ſuſcepiſſe; Cæſaream econtrà Majeſtatem præter milites ſuos conductos, neminem in temperio, quod ſciri poſſet habere aſſentientem, cum tamen, ſi illi quidem iniquè & tanquàm hoſtes imperii egiſſent, Statibus tùm officii, tum Pacis publicæ causâ neceſſitas incubuiſſet Majeſtati Cæſareæ aſſiſtendi.* Nec aliam 103. rationem nuperis annis ſecutus eſſe fertur ex Catholicorum cenſu ferventiſſimus alioquin religionis vindex, Maximilianus Bavariæ Elector, ut & reverendiſſimus p. m. Antiſtes Moguntinus, Anshelmus, & Trevirenſis, Chriſtoferus; quorum hic quod publici boni amore nimium ut ita dicam Gallizare videretur, aliquot per annos gratiâ Imperatoris caruit. At certè ne quid detrimenti capiat Respubl. ejusq; liber-104. tas, cumprimìs annitendum eſſe Electoribus conſtat, utpotè quorum dignitati hoc ſpecialiter tributum eſt, ut tanquam Depoſitarii, Cuſtodes ac Protectores privilegiorum libertatisq; Imperii habeantur. Undè hæc verba in formulâ Abdicationis

Digitized by Google

105. cationis VVenceslai: *Cogitandum nobis eſt*, ajunt Electores, *ut ſacro Imperio in orbis Chriſtiani præſidium & conſolationem rectius & ſalubriùs provideatur, atq; inutilem, negligentem diſſipatorem & deſtructorem imperii, ac indignum ſacri Romani Imperii defenſorem ab eodem imperio omniq; ejus dignitate, gradu ac ditione ad idem pertinente penitùs removeamus, ut ex Goldaſt. ſtatut. & reſcript. Imperial. pag. 139 refert Kruſ. in vindic. Mauritian. num.*
106. *167. adde Arniſ. lib. 2. relect. polit. cap. 6. ſect. 6. num. 73.* Nec alius ſcopus Unionis Electoralis, der Churfürſtlichen beſondern Ein- und Verwandnuß/ quam ut defendantur Jura, privilegia ac Libertas, non Collegii ſaltèm Electoralis, ſed & totius Im-
107. perii omniumq; ejus Statuum. Qualis Unio inter 6. Electores primùm Francfurti anno 1430. inita, deinde VVormatiæ anno 1533. iterata, ac poſtea 9. Electoralium Conventuum exemplis intra ſeculum confirmata: deniq; Impp. Caroli V. Ferdinandi &c. capitulationibus artic. 4. & 5. approbata: *Vid. Aur. Bull. tit. 12. pr. Goldaſt.* Teutſche Reichshändel *part. 8. cap. 1. & 3. Limn. de Iur. publ. lib. 9. cap. 1. n. 232. Schultz. Colleg. pub. de ſtat. rei Roman. vol. 1. diſp. 7. theſ. 20. lit q.* Non immeritò itaq;
108. bellum, quod pro liberatione Philippi Haſſiaci ſuſcipiebat Mauritius Saxoniæ Elector, cum ipſa Germaniæ libertas velut ſub acie novaculæ ſimul ſtaret, *ut loquitur Heig. lib. 1. quæſt. illuſtr. 11. n. 16.* tanquam juſtum & neceſſarium laudat *Chytræus in Chron. Saxoniæ lib. 17. f. m. 508.* Dixi autem *cumprimis* hoc
109. Electoribus negotii datum eſſe; *nec tamen ſolis*. Nam & reliquis Imperii Statibus licitum eſſe, pro libertate ac ſalute publica advigilare, ubi hoc communis omnium utilitas poſtulaverit, id verò magnanimè aſſeruit quondam Joannes Fridericus Saxoniæ Elector *in apologiâ ſuâ contrà Henricum*
110. *Brunsvvicenſem* his verbis: Das ein jeder Churfürſt und Stand / neben Käyſerl. Mayt. Verwandnuß / auch dem Reich mit ſeiner Pflicht verwandt ſey/ h. e. *Singulos Electores & Princi-*

pes

pes Imperii, juxta obligationem, quâ Caſ. Majeſtati obnoxii ſunt, etiam imperio teneri : & paulò poſt, quid hac obligatione contineatur explicans, ait : Das ſolches in des Reiches Pflichte 111.
vor eins gehe und gehöre/ das ein jeder Chur- und Fürſt ſchüldig und verpflichtet ſey/ durch Göttliche ehrliche Wege das fürzuwenden/ was zu erhaltung deſſelben Reichs gemeinen Stands und Stats/ und ſeiner hergebrachten Gerechtigkeit- und Freyheiten Nütze und Noht iſt/ auch füglich abzuwenden und vorzukommen helffen/ was zu Zerrüttung ſolcher hergebrachten libertäten und Freyheiten gereichen wolte/ hoc eſt: *Ad obligationem, quâ Status Imperio tenentur, indubitatò hoc pertinere, ut quilibet Princeps vel Elector teneatur per legitima & honeſta media efficere id, quod ad conſervationem Imperii, ejusq; commune emolumentum, Jura & libertatem utile eſt, declinare autem & prævenire omnibus modis ea, quæ ad detrimentum talium Iurium ac libertatis tendere videantur.* Plura in eandem ſententiam diſſerit. *Hortled.* Von den Urſachen des Teutſchen Krieges/ *lib. 4. cap. 9. n. 173. & 174.*

Atq; ita demum ſe habet hæc illa prudentiæ civilis 112.
particula, quæ proximo ſeculo, aſſumpto novo ab Italis vocabulo *Ratio Status* dici, atq; eo titulo paſſim circumferri, ſcriptisq; uti fit, partim efferri nimium, partim imperitè aut per adulationem mirum in modum traduci cœpit. Præcipuè autem ſciſſo in plura dominia Italiæ principatu, Principibus 113.
ac Rebusp. ejus, ne quaſi minores piſciculi à majoribus deglutirentur, non ſolùm utilis, ſed & neceſſaria viſa eſt hæc doctrina, adeoq; ab iis diligentiùs exculta, ſicuti exemplis aliquot illuſtrat. *Scipio Ammiratus diſcurſ. ad Tacit. lib. 20. cap. 10.* Indè ad vicinas gentes transvolavit, cumq; jam omnium ferè Europæi orbis Regum, Principum, ac Rerump. deliberationibus familiariùs, ut videbatur ſe inſinuare cæpiſſet, humani ingenii vitio, quod plerumq; aut faſtidit, quæ non ab ſe proficiſcuntur, aut exquiſitiora, non ſatis intelligit, factum 114.

 eſt,

Digitized by Google

eſt, ut quaſi novum aliquod commentum, repudiaretur à
115. multis & variis inſuper criminationibus impeteretur. Quod ſicuti imperitiæ quorundam facilè condonetur, ità mirum tamen videri poſſit viris nonnullis publici privatiq; Juris peritiam, cum experientia rerumq; uſu profeſsis, dogma hoc ita ſimpliciter, tanquam Machiavellicum, Statiſticum, *ut loquuntur*, & humano generi exitioſum, adeoq; impium
116. & exſecrabile prorſus, damnari, qui tamen ipſi graviſsimis Regum aut Principium conſiliis adhibiti, niſi ex eodem fonte aquam peterent, nihil fortè haberent, quod in medium conſulerent, ſimiles profectò (ſi quid res vitii demum habet) iis,

qui Curios ſimulant, & Bacchanalia vivunt.

117. At verò neq; heri aut nudius tertius natam hanc eſſe *Status Rationem*, neq; rem adeo contemnandem, ſiquidem pio cum affectu, ad finem bonum, per legitimos tramites dirigatur, ſed & ſalutarem eſſe & neceſſariam & rationi rectæ, adeoq; ſecundario, quod dicimus, gentium Juri non ſolùm conſentaneam, ſed & coævam, multis illuſtribus argumentis alibi demonſtravimus, & luculentisſimè apparet ex iis, quæ Cicero diſputat *toto officiorum libro tertio*, ubi vera ſolidaq; hujus doctrinæ principia explicat; nunc ad defenſionem atq; innocentiam ejus hoc dixiſſe ſufficiat: Eſſe
118. *veram Status rationem* in ſe & ex principiis ſuis conſideratam, ferè aliud nihil quàm legitimam ac juſtam exceptionem à Regulâ: imò ſæpè ne exceptionem quidem, ſed ratio-
119. nem, quæ ineſt ipſi Regulæ, non ſecus atq; ampliationes aliæq; Concluſiones themati ſuo inſunt, cui ſubordinantur, aut, ex quo deducuntur. Maximè autem vis & uſus ejus per-
120. ſpicitur in eâ civilis prudentiæ parte, quæ, ne quid Respub. à potentiori Principe aut Republ. detrimenti capiat, maturè conſulit, in futurum proſpicit, quæq; veriſimiliter nocitura videntur,

Digitized by Google

videntur, aut in ipſis cineribus extinguit aut antevertere ſtudet. Sanè vetus nec ab ullo ſapiente damnatum eſt Comici illud: *Sapientes eſſe, non ea tantùm, quæ ante pedes ſunt videre; ſed & quæ futura ſunt, proſpicere*: in eoq; omnis propè hiſtoriæ utilitas verſatur, ut in illuſtri monumento poſita exempla intuentes, inde quid nobis noſtræq; Reipub. ex uſu ſit capiamus. *Livius in præfat. hiſtoriar.* & florentibus nobis optabile eſſe, ex non validisſimis exemplum ſumere, quo rectius noſtra componamus, monet Arſacem cautisſimus Mithridates apud Salluſtium *lib. 4. hiſtor. in fragm. f. m. 460. add. P. Greg. Tholoſ. de Republ. lib. 10. cap. 4. §. 5. & 6.* Quæ & ſi quæ ſunt iis conſentanea ſi quis ut nova, impia, & minus ferenda accuſare velit, eum oportet eſſe aut gnaviter ignarum aut vafrè ineptum. Omnis quidem antiquitas hanc eandem rationem in actionibus & conſiliis iisq; gravisſimis ſecuta fuit, nec ulla ferè hiſtoricorum pagina eſt, quæ non aſperſum habeat exemplum. Ex millibus unum nobis ſuppeditet, quod impræſentiarum occurrit, habita Romæ in Senatu conſultatio anno V. C. 540. de bello Macedonico, quod quidem inter ſecundum & tertium Punicum interjacet medium. Etenim orto inter Acarnanes & Athenienſes bello, cum Philppus Macedoniæ Rex Acarnanibus asſiſteret, ac de ferendo Athenienſibus auxilio, publicè deliberaretur, plebs quidem Romana, cui tot bellorum continuus labor jam gravis erat, pacem malebat: eiq; certè generales regulæ, quibus honeſtum abſolutè ſpectatur: *Pacem bello præferendam eſſe; nemini vim temerè adhibendam in ſuos; neq; ex ſuſpicionibus meris movenda bella, injuſta eſſe arma quæ non neceſſaria, aliaq; ejus generis axiomata* patrocinabantur. Conſul autem Sulpitius, longius proſpiciens, & futuri providus, ultrò Macedoni arma inferre cenſuit, nempè ut averteretur bellum in hoſtile ſolum, quod cunctando cum ſummo periculo in Italiâ eſſent accepturi.

121.
122.
123.
124.
125.

126. In quo genuinam Status rationem ſecutus eſt. Repetens
enim culpam deſerti nuper Sagunti, oſtendit Senatui quàm
graviter tunc temporis peccatum fuerat, quod noluiſſent
potius Saguntinis ſuccurrendo in Hiſpaniâ cum Pœnis ma-
nus conſerere, quàm noxiâ cunctatione hoſtem in Italiâ ex-
127. ſpectare: Ideò ne eundem errorem denuò errent monet,
præſupponitq; ſuperioris temporis exemplo cautior factus,
nè hoc quidem nunc in conſilium vocari debere, *bellum an
pacem habere malint* cum Philippo, *ſed utrum in Macedoniam
legiones transportent, an hoſtem in Italiam accipiant?* Ex his, po-
ſterius inconſultum eſſe duabus præcipuè argumentis de-
128. monſtrat; primò, quod præſtet ſemper in hoſtico bellum
gerere quàm in ſuo: idq; quàm proficuum fuerit ſemel
cum obſervaverint, quàm damnoſum cum neglexerint,
utriusq; & primi, & ſecundi belli Punici compatatione illu-
129. ſtrat. Nempè primo Carthaginenſibus in Siciliâ, lato Ma-
mertinis prompto auxilio, occurrerant, illudq; bellum ex-
tra Italiæ læſionem confecerant; alterò, hoſtem in Italiâ
maximo ſuo damno receperant. *Hoc*, inquit, Conſul hoſtem
ſcilicet in Italiâ exſpectare, *quantum interſit, ſi unquàm ante
alias, Punico certè proximo bello,* quod numero erat ſecundum,
*experti eſtis: Quis enim dubitat, quin ſi Saguntinis obſeſſis fidemq;
noſtram implorantibus impigrè tuliſſemus opem, ſicut Patres noſtri
Mamertinis tulerunt, totum in Hiſpaniam bellum averſuri fueri-
mus, quod cunctando cum ſummâ clade noſtrâ in Italiam accepimus.*
130. Alterum argumentum eſt: quod jam conſtaret, de mali-
gno Philippi animo in Romanos: quippe pacto jàm cum
Hannibale inito, transfretandi cum exercitu in Italiam;
quod ſi non impediretur maturè, ſimul oſtendit Conſul, &
quàm facilè ei tranſitus futurus ſit, & quanta non majoris
tantùm Græciæ, ſed & Lucanorum & Brutiorum, & Samni-
tum quoq; metuenda ſit defectio. *Patiamur*, inquit, *expu-*

gnandū

Digitized by Google

gnandis Athenis, ſicut Sagunto expugnando Annibalem paſſi ſumus, ſegnitiem noſtram experiti Regem? non quinto inde menſe quemadmodùm ab Sagunto Hannibal, ſed quinta inde die, quàm ab Corintho ſolverit naves, in Italiam perveniet: & mox à Pyrrhi temporibus exemplum ſumens: *aggreſſus* Italiam *Pyrrhus concuſſit, & victor propè ad ipſam urbem, Romam venit, nec Tarentini modò, oraq; illa Italiæ, quam majorem Græciam vocant, ut linguam, ut nomen ſecutos crederes; ſed Lucanus & Brutus, & Samnis à nobis defecerunt: hæc vos ſi Philippus in Italiam transmiſerit, quietura aut manſura inde creditis*? His ſimilibusq; argumentis adductis intrepidè concludit: Ergò *Macedonia potiùs, quam Italia bellum habeat.* Atq; hujusmodi exemplis rerumq; uſu edocti Politici confecerunt axioma: neceſſarium bellum eſſe, quando pernicioſior quies eſt temeritate, ſeu ut *Tacit. loquitur lib. 2. annal. cap. 26. n. 2.* quando omne ſubſidium ab audacia petendum, ac periculoſius eſt deprehendi quàm audere, ut idem Tacitus loquitur *in Agric. cap. 15. in fin.* Cui convenit, quod & vulgò apud JCtos dicitur: neminem teneri primum ictum exſpectare, & prævenire melius eſſe, quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere, ſicut & initio hujus exercitationis noſtræ præmiſimus, ex *l. 1. C. quando lic. unic. l. ult. C. in quib. cauſ. reſtit. non eſt nec. cum ſim. ll.* Porrò imperitia eſt, & non ſatis intelligentis Viri Judicium, advocare huc dictum Apoſtoli: *non eſſe facienda mala, ut eveniant bona, ex Epiſtolâ ad Rom. 3. Pſ. 8.* aliaq; ſacræ ſcripturæ malè intellecta aut detorta loca. Qui enim ita argumentantur, prius erant ad Ethicam totiusq; Civilis doctrinæ principia reducendi, iis locis, ubi de bonitate & malitiâ morali agitur; de finium & cauſarum ſubordinatione; de rebus indifferentibus; de medio, quod vocant, perſonæ; quid itidem differat Vir bonus à Cive bono; quid imperandi media abſolutè, ab iis quæ dicuntur πρὸς ὑπόθεσιν; quid Juſtum κατ' ἀξίαν, & quid

131. 132. 133. 134. 135. 136.

κατ'

Digitized by Google

κατ' ἀριθμον. Vid: Ariſtotel.lib.4. Polit.cap.7. & 3.politic.cap.3.& lib.2.Nicomach.cap.9. Hornej.in Ethic.lib.3.cap 1.& 3.Bort de Iur. Majeſt.cap.3.thes.1 vers. Hactenus.& vid.ibid.thes.3. Tholoſan.
137. *de Republ.lib.10.cap.4. Cellar.polit.lib.2. cap.5.§.33.&c.* Remittendi quoq; ad JCtos noſtros; qui non omnem dolum fraudulentam machinationem nec omnem vim eſſe injuriã docent, *vid. Ulpian in l.1.§.3.ff.de dol.mal. Ioan. Valler. different: utriusq; for.verb.defenſio.differ.5. & 6. Celſ. Bargal. de dolo lib.1.*
138. *cap. 2, 3.* Quin doctiſſimus noſtræ ætatis Politicorum ex naturâ Reipubl. per ſe conſideratæ oſtendit, bonitatem & malitiam moralem, ne quidem ingredi eſſentiam & definitionem Reipubl. *Arniſ.lib.2. relection. polit. cap.1.ſect.2.per tot.*
139. Deniq; diſcant illi etiam à Theologis, quorum communis ſententia eſt: ſimulationem & diſſimulationem, tàm in verbis, quàm factis, ſi cautè & citra fraudem illicitam uſurpentur, non ſolùm licitam, ſed & ſæpè neceſſariam eſſe, ſolo ex Patribus ferè Auguſtino diſſentiente: *lib.ad Coſſentium peculiari de mendac.præſertim cap.5.& 7. Vid. pro communi opin.*
140. *Dn. Meiſner.p.m.in philoſoph ſobr. part.2. Section.2.quæſt.*6. & pertinet huc Stratagematum, proditionum, & ſimilium artium uſus, de quibus *Polienus, Frontinus, Veget. de re milit. lib.*
141. *3.cap.9. Lipſ.lib.1.pol.cap.17.* Quin ipſe Auguſtinus: *cum bellum juſtum ait ſuſcipitur, utrùm apertè pugnetur nihil ad Iuſticiam intereſt.c.Dominus noſter.23.quæſt.2.add. Ayal.lib.1. de Iur.&*
142. *offic.bell.c.2.Eliam Reuſner.lib.2.Art.Stratag.cap.5.* Uti ita mirum videri non debeat, recedi nonnunquam Status publici conſervandi tuendiq; gratiâ ab regulis Juris communis, cum virtus in actione conſiſtat, actio autem, ut recta ſit, non verbis regulæ inhæreat, ſed menti potius, ut Celſus ſcribit *in l.*
143. *ſcire leges.17.ff. de leg.* Idq; aptitudine non prorſus Arithmeticâ, quoniam ex fine plurimum regulatur, tùm quoq; ad varias circumſtantias diverſosq; reſpectus ſeſe accommodat; ſed

Digitized by Google

ſed modo in quibusdam Geometrico, in quibusdam Muſico; atq́; ità demum Virtutis nomen meretur, adminiculante videlicet, quam dicimus, prudentiâ directrice, quæ & Medicis oeconomia dicitur, de quâ *vid: Rod. à Caſtro in Medico politic. paſſim.*

Neq́; verò ſi qui hac doctrinâ abutuntur, ac domina- 144.
tioni velandæ Status nomen obtendunt, ideo damnabilis eſt
atq́; impia ipſa doctrina: nam & quilibet fanaticus, quilibet
hæreticus ſacræ ſcripturæ autoritate abutitur; & eloquentia,
tot regnorum conſervatrix, in ore maligni fit gladius in ma-
nu furioſi; & Philoſophia, vitiorum expultrix, quibusdam
ceſſit in vanitatem, neq́; ideò tamen minus & S. Scripturam
in Eccleſiâ, & eloquentiæ uſum in Republ. & Philoſophiam
utrobiq́; retinemus. Ideò, ut dogma hoc contra calumniam
paulò magis ſtabiliamus, & ne promiſcuo uſu autoritas ejus
deteratur, regulas quasdam adjiciemus, notatu admodum
neceſſarias, quibus & verus rei uſus aſtruitur & natura ejus
rectiùs intelligitur. Primò autem ac ante omnia quidem, 145.
ut in omni actione, ita hic quoq́; animus, conſilium, locus,
tempus, inſpicienda, utpote quibus menſuratur ipſe actus,
l. non omnis. 19. pr. ff. de reb. cred. l. aut facta. §. 1. ff. de pœn. In omni-
bus enim rebus, quæ in conſultationem cadunt, & quorum
abuſus eſt, non uſus rerum, ſed libido utentis in culpa eſt, ait.
D. Auguſt *lib. 3. de doctr. Chriſtian. cap. 10. relatus in C. quicquid. 1.*
diſtinct. 41. Alibi alia exempla adducuntur; nos hic illuſtres
duos regnandi artifices componemus, alterum ſacris alte- 46.
rum profanis Scriptoribus cognitum. *Tiberius* Imperator
omnia ſimulabat, ſæpè mentiebatur: ſimulabat & *David*,
Rex Iſraëlitarum, vir ſanè ad voluntatem Dei ſingulari in-
ſtinctu factus, *Matth. 22. Act. Apoſt. c. 1.* Et tamen *ille* propterea
ab omnibus culpatur, *hic* à nemine, imò ne ullius quidem
Sacræ Scripturæ teſtimonio. *vid. 1. Reg. 18. & 15.* Cauſam

rogas? Nempè quia uterq; diſpari conſilio, diſpari modo ac fine & ſimulabat & diſſimulabat. *Ille* natura innatâ malitiâ, & omni loco, & omni tempore, quoniam totus ex verſutiâ & dolis conſutus erat, calliditatem & quodvis figmentum pro ſapientia reputans: adhæc, bonis omnibus morte aut exſilio multatis, fœdo adulantium ſervitio utebatur: *Hic* non niſi ex neceſſitate ſumma, convenienti loco & tempore; cætera pius, probus, integræq; fidei: tùm quibuscunq; poterat, optimis utebatur adminiſtris: *Ille* turpiter; *hic* ſecundum virtutem; *ille* callidè & nequiter, *hic* prudenter, *ille* in perniciem bonorum, ſuæ utilitati, *hic* pro ſalute
147. publicâ, nullius noxâ aut injuriâ. Ita cum boni & mali eadem faciunt, eademq; patiuntur, non factis & pœnis, ſed cauſis utiq; diſcernendi ſunt, ait iterum Auguſtinus *ad Vincent. contra Donatiſt. epiſt. 48.* Apprimè itaq; in omnibus hujusmodi rebus, ex earum naturâ; non ex cauſa utendi, & modo appetendi, vel probandum improbandumvè eſt quod facimus, *d.c quisquis. in fin.*

148. Porrò etiam, ad hoc ut Status ratione, *verbi gratiâ*, ad vim manifeſtam de veniatur, nec quævis cauſa ſeu quodvis intereſſe aut damnum, ſive illatum ſive inferendum, nec quælibet levis ſuſpicio aut metus ſufficiunt; ſed primùm intereſſe aliquod majoris momēti præſupponitur; veluti quod totius Reipubl Statum petat, h.e ſive Majeſtatem ipſius corporis, ſive dignitatem & venerationem imperantium, ſitq; cum damno conjunctum non niſi per bellum reparabili. In illis enim duabus partibus Majeſtas verſatur: Imperio ſcilicet ipſo, & dignitate imperantium; *Cic. Orat. pro Rabir. & 2. de Orator.* ſeu ut Rhetor alius: in poteſtate & dignitate *Julius*
149. *Severian. in præcept. art. Rhetor.* quorum ſive utrumq; ſive alterutrum ſi in periculum deducatur, neceſſariò fit quicquid fit, cum neceſſarium ſit ſine quo ſalvi aut liberi eſſe non poſſumus

Digitized by Google

ſumus ut ait Cicero *in part. Rhetor* : Sed & hoc quoq; 150.
animadvertendum eſt, metum hic intelligi talem demùm,
qui cadit in Virum politicum, h. e. prudentem, non errantem; magnanimum, non meticuloſum; ſuo contentum, non avarum: quomodo & JCti, ut metus excuſet, talem requirunt, qui cadit, ut ipſi loquuntur, in virum bonum & conſtantem, *c. cum dilectus. 6. quod met cauſ.* Itaq; ut Rationi Sta- 151.
tus in eaq; vera conſtet ratio, ad quatuor hæc capita reſpiciendum erit: (1) ut non quævis cauſa, ſeu quodvis intereſſe pro causâ Status accipiatur (2) ut & poſſit, & velit Statum noſtrum infringere adverſarius (3) ut impetus, qui metuitur non aliter niſi contrario bello queat arceri, & (4) deniq;, ut de utroq; hôc certò nobis conſtet, certitudine quidem, non quâvis opinativâ, nec etiam abſolutè certâ ac infallibili (verſamur enim in contingentibus) ſed tali, quæ in moralibus fidem repperit, & maximam probabilitatem continet, *Vid. Beſold. lib. 2. politic. cap. 5. 28. Hug. Grot. de Iur. Pac. & bell. lib. 2. cap. 22. 5. 5.*

His ita poſitis ac veluti cancellis additis, jam nemo 152.
ſanus dubitet fortè aſſerere: Quemadmodum univerſi melioris orbis adverſus barbariem, & vicisſim ex illis aliorum adverſus Hiſpanicæ potentiæ metum, commune diximus periculum, commune verſari interreſſe, communem defenſionem; ita his ipſis, qui Hiſpanicæ factioni opponuntur, eandem rationem intervenire, ne quis nimiæ potentiæ, aliena ad ſe rapiendo, inter ipſos evadat; ſed ut quiſq; potius finibus ſuis, quibus hactenus Jurisdictio & imperium ejus terminatur, harmonicâ proportione, ad communem omnium ſalutem ſtatumq; ſingulorum conſervandum, porrò contineatur. Quamdiu enim ſine mala libidine, ſine probro, 153.
ſcelere ac injuria cujusquam degitur; nec utile erit, nec neceſſarium fuerit, coercitionibus, h. e. bellis, uti. Nec enim

 acriora

acriora adhibenda, quamdiu cautis conſiliis locus eſt. *Tacit.*
154. *1. annal. cap. 29. n. 2.* & pleraq; in ipſâ ſummâ fortunâ auſpiciis & conſiliis meliùs, quàm telis & manibus geruntur. *Id.*
155. *Tacit. lib. 11. annal. cap. 6. n. 5.* At ubi æqualitas exuitur, & pro modeſtiâ ac pudore ambitio & vis incedunt, dominationum proventui obnitendum. *Tacit. lib. 3. annal. cap. 26. n. 1, 2, 3.* Uſu enim & exemplis didicitum pridem, quàm præceps ſit ad dominationem humanum ingenium. *Ariſtot. lib. 5. polit. cap. 10.* & uti vix deſinat quis plus velle poſſe, quàm poteſt, niſi id ſe, quod vult, efficere poſſe deſperet. *Vid. Grot. de antiquit. Batav. c. 6. in pr. Ferdin. Vaſq. in præf. lib. 1 illuſtr. quæſtione num. 40.*

156. Quæ quidem paulò fuſiùs repetita, ideò hactenus adducenda exiſtimavimus, ut quemadmodum ſuperiùs fontem protectionis naturalis circa perſonas & res alienas aperuimus, ita hìc conſtaret, quomodo vis Juris ac doctrinæ hujus ad illam hodiè in curiis, aulis, foro, omnibus deniq; triviis ac circulis adeò decantatam *Status rationem* ſeſe extendat, & quale eadem in naturalibus rectæq; rationi convenientibus principiis habeat fundamentum, tùm maximè conſpicuum, quoties de præveniendo hoſte; aut defendendis, noſtræ ſecuritatis causâ, Status alieni Juribus; aut deniq; retinendo, vel totius ut ita dicam Orbis, vel ſingularum ejuſdem partium æquilibrio, conſultatur.
157. Atq; ad hanc ipſam Status Rationem (ut ne hâc etiam in parte ἀσύμβολη ſit Jurisprudentia noſtra) referenda ſunt vulgata illa juris noſtri brocardica: quando ex præparatorio facti argumentum ducitur ad poſitionem ipſius facti, veluti cum quis ex impensâ itineris inſtituendi causâ præſumitur voluiſſe proficiſci, *l. ſi pecuniam. 5. in pr. ff. de condict. dat cauſ. non ſec.* & qui præparavit ſe ad fugam, habetur pro fugitivo. *Bald. & Angel. in l. pignoris, C. de pignoratic. act.* & qui præparat ſe ad occidendum,

dum,

dum, pro percuſſore habetur, quiq; cum repellit facere id cenſetur ad neceſſariam defenſionem. *Iaſ. in l. ut vim. n. 9. ff. de Iuſt. & Iur. & ex Iaſ. Menoch. lib. 0. præſ. 3. n. 13.* Item quod naturalis æquitas multa dictitet in genere, quæ aliter ſe habent in ſpecie. *Bart. in l. hoc edictum. 1. ff. de minor. cum ſimill.* Omnium 158.
verò optimè & nervoſiſſimè totum hoc dogma complexus eſt Interpretum ac Doctorum ingenioſiſſimus *Baldus*, quando ſcitè admodum quoſcunq; Reges, ac Rerumpub. moderatores admonet: *Cuſtodiam regni eſſe, non permittere quenquam creſcere ultra commenſurationem* h. e. ſymmetriam, commenſurabilitatem, ſeu proportionem juſtam. *in §. conventicula de pac. Iur. firm. in Uſib. Feud. add. Petr. Greg. Tholoſan. de Republica lib. 22. cap* 10. §. 4. Atq; hujusmodi poſitis cautionibus facilè componitur quicquid ex generalibus regulis doctrinæ huic obſtare videtur. Intereà cum ſymmetriæ ſeu propor- 159.
tionabilitatis hujus in Magnatum conſiliis & habita omni ævo & ſemper habenda ſit exacta ratio, ſequitur id, quod toto hoc capite innuere maximè voluimus: non licere modò, ſed & neceſſarium eſſe quandoq; & æquitati convenire, Statum vicinorum aliorumve, cum quibus nobis aliquod commune ſeu periculum ſeu bonum eſt, contrà vim atq; injurias, etiam propria, ſponte, ſivè ſolius noſtri Status ſive communis alicujus intereſſe causâ, armatâ manu defendere, & quibuscunq; modis tueri, conſentiente deniq; & ap- 160.
plauſum dante his omnibus vulgari illa naturalis juris & humanæ ſocietatis ratione, quod generaliter ipſa per ſe fortitudo, quæ defendit infirmos, plena juſtitiâ ſit, ut ait *D. Ambroſius, lib. de Offic. 1. cap. 5. add. Grot. de Iur bell. & pac. lib. 2. cap. 25. §. 5. & 6. & cap. 20. §. 8.*

Digitized by Google

CAPUT. VIII.

DE CAUSIS PROTECTIONIS QUÆRENDÆ, EX PERSONA CLIENTIS, SEPARATIM SPECTATA.

SUMMARIA.

1. *Propriarum virium imbecillitas, cauſa quærendæ protectionis.*
2. *Imbecilliores natura decet validiorum auxilio uti.*
3. *Propriæ vires examinandæ.*
4. *Et nimium audere, & nimium timere pernitioſum eſt.*
5. *Nimius metus inanes ſumptus cauſatur.*
6. *Protectio non neceſſaria invidiam parit.*
7. *Nimius metus injuriæ feneſtram aperit.*
8. *Timidus arma contra ſeipſum habet.*
9. *Validiora naturali vitio infirmioribus dominari cupiunt.*
10. *Cavendum, nè hoſtibus oportuni fiamus.*
11. *Nimia confidentia homines excæcat.*
12. *Arrogantia odioſa.*
13. *Temeritas periculoſa.*
14. *Nec metuendum nec confidendum nimis.*
15. *Verum conſilium ex circumſtantiis ſumitur.*
16. *Prudens Princeps ſtatum noſſe debet præcipuorum Regum ac Principum.*
17. *Alienæ offenſionis metus ſæpè nos tutos reddit.*
18. *In dubio præſtat timere quam audere 21.*
19. *Audaciæ & meticuloſitatis comparatio.*
20. *In ambiguis, quod minimum eſt, ſequimur.*
22. *Libertatis retinendæ cauſa, clientela rectè initur.*
23. *Libertas dulce nomen, quibus nota eſt.*
24, 25. *Subditorum intereſt, ſub bono regimine diu perdurare.*
26. *Clericos non decent arma.*
27. *Clericis ſeculare commercium interdicitur. 34.*
28. *Sacerdos non ſit percuſſor.*
29. *Clerici gaudent ſingulari legum patrocinio.*
30. *Clerici poſſunt etiam protectores eligere.*
31. *Militare per ſe non eſt peccatum.*

32. *Mini-*

Digitized by Google

32. *Miniſteriale Eccleſiæ officium grave.*

33. *Sacerdotes ſunt forma gregis.*

35. *Clerici œconomicis curis abſtinere debent.*

36. *Miniſtris Eccleſiæ de ſalariis ſufficientibus proſpiciendum.* 37.

38. *Iidem non debent eſſe polypragmones.*

39. *Joannis XXII. Pontif. avaritia.*

40. *Miniſterii Eccleſiaſtici modeſtia apud Evangelicos feliciter retinetur.*

41. *Quidam Pontifices Imperatoribus debitum honorem exhibuere.*

42. *Secularis & Eccleſiaſtica Juriſdictio tempore Caroli M. adhuc diſtincta.*

43. *Conniventiâ Imperatorum crevit Clericatus.*

44. *Pontificis & Clericorum metaphyſicum imperium.*

45. *Nec Dominans apoſtolatum, nec apoſtolus dominatum affectare debet.*

46. *Civilia non ſunt miſcenda cum ſacerdotio.*

47. *Crantzii de mixturâ hâc Judicium.*

48. *Clericos præſtat à tutela officio excuſari.*

49. *Modica peritia ad tutelam ſufficit.*

50. *Tutelam gerere quivis poteſt, qui non prohibetur.*

51. *Tutela periculoſum & oneroſum munus eſt.*

52. *Clerici à perſonalibus muneribus vacationem habent.*

53. *Conſiliarii Principum à tutelis excuſantur.*

54. *Neceſitas, cauſa clientelæ contrahendæ.*

55. *Ad clientelam contrahendam requiritur neceſſitas ſumma & inevitabilis.*

56. *Neceſſitas liberat à cauſa dictione.*

57. *Neceſſitas ſemper excepta cenſetur.*

58. *Ex duobus malis quod minimum eſt, eligendum.*

59. *Neceſſitatis legem agnoſcit Gregorius M. & Theologi Scholaſtici.*

60. *Ubi neceſſitas poſtulat, ſubditi ſine conſenſu ſuperioris clientelam poſſunt inire.*

61. *Vinculum ſubjectionis ex neceſſitatis circumſtantia ſuſpenditur.*

62. *Lubeca fit Civitas Imperii libera.*

63. *Livonia, Boruſſia ab Imperio avulſa.*

64. *Imperii Romani imminutio.*

65. *Clauſula excepta neceſſitatis quibusdam homagiis adjecta.*

66. *Jure gentium licet ſubditis cum hoſte paciſci in extremâ neceſſitate.*

67. *Ac clientela, & pactionatâ ſubjectione facilior eſt ſeciſſio.*

68. *Saguntini Romanorum auxilium fruſtrà exſpectant.*

69. *Prote-*

69. Protector fœderis conſervandi.
70. Ei nunnunquam arbitrandi Jus tributus.
71. Protectorem fœderis habuerunt Socii Svevici, ut & Hanſa Teutonica.
72. Contra fœdus peccans à ſociis coërcendus.
73. Amphyctiones ex conventione erant Conſervatores fœderis Græci.
74. Amphyctiones ordinarium judicium exercebant, etiam extra cauſam fœderis.
75. Amphyctionici, & Generalis Ordinum Belgicorum Conventus, comparatio.

ET hactenus contrahendi patrocinii cauſas vidimus, tàm patrono quàm clienti quę poſſunt eſſe communes: nam & Status ratione quandoq; neceſſarium eſſe tàm defendi, clienti, quàm patrono defendere; iterumq; tàm aliena quàm propria aut cognata, id verò capite proximè ſuperiori attigimus. Nunc quod inſtitutum noſtrum exigit cauſas vel Patronum vel clientem ſingulariter ac ſeorſim reſpicientes annotabimus: & quidem primum *de Cliente*, deinde & de Patrono videbimus.

1. *Prima* verò in cliente, eaq; generaliſsima cauſa eſſe poteſt propriarum virium imbecillitas & diffidentia; quando ſcilicet ob majorem vicini alteriusve hoſtis potentiam, bellaq; à validioribus imminentia aut alii alicui majori malo cavendo alienam opem, de facultatibus noſtris deſperantes, imploramus, adeoq; tuendæ in quemcunq; caſum,
2. imbecillitati noſtræ clientelare fœdus pangimus; id quod facere his caſibus eadem nos ratio docet, quâ fieri Imperator ait, ut qui ſeipſos tueri per ætatem non poſſunt, alterius tutelâ regantur, § *impuberes. 6. Inſtit. de Hilian. tutor. junctâ l. 1.*
3. *ff. de minor.* Ne tamen aut proterriti magis, quàm opus eſt, damnum, aut nimia noſtri fiduciâ periculum incurramus, ante omnia probè examinanda erit virium facultas, videndumq; accuratè, noſtri

——— quid ferre recuſent,
Quid valeant humeri. *Horat.*

Horat. de art. poet. Uti enim temeritas eſt, majora audere 4.
quàm efficere poſſis; ita & ſtupiditas, non intelligere quid
poſſis. Ideò utrumq; hîc in vitio eſt. Ac metus quidem ni- 5.
mius hoc *primùm* incommodi habet, quod inani & inutilè
ſumptu nos fatiget: nec enim ſine ſumptu patrocinium quæ-
ri nec retineri poterit. Nemo autem ſanus facilè ſuum jactat,
& ſine gravib⁹ cauſis magnam impenſam facit. *l. cum de inde-
bito. 25. princ. ff. de probat. Deinde* ipſa quoq; potrocinii cauſa, dũ 6.
aliorum nos ſecuros præſtat, apud alios ſæpè invidiam parit
diffidendiq; anſam præbet, etiam apud amicos, præſertim
vicinos. Inſolens enim quid machinari videbitur, qui ma-
gna ſubſidia parat. *Tertiò* evenit quoq; non rarò, ut nimiùm 7.
metuendo, viam quodammodo aperiamus, quâ in nos graſ-
ſentur ſecuriori animo, quibus aliàs ipſi aut metuendi, aut
non temerè aggrediendi videremur. Dum enim aliorum
opem invocamus, ſimul & tenuitatem noſtram prodimus,
& potentiorum injuriæ nos oportunos reddimus, juxtà ver-
naculum illud, Wer ſich zum Schaaffe machet/den freſſen die 8.
Wölffe/und wo der Zaun ſich niedriget/ da wil jederman über-
ſpringen/quod vetut ſapiens ita pronunciavit: Timidus arma
contra ſe ipſum habet. *Socrates apud Stob. Sermon. 4. p 51, 52.* 9.
naturali potentiæ vitio, quæ infirmiora quæq; validioribus
ſubeſſe cupit, ſicuti Athenienſium Legati diſſerunt in collo-
quio apud Principes Meliorum. *Thucyd. lib. 5. bell. Peloponenſ. f.* 10.
m. 260. Itaq; hic locum reperit, quod habetur *in Bell. Iugurthin.*
Cavere oportere, necubi hoſtis oportunus fiat, vel, quod
idem eſt, nec nos hoſti oportuni fiamus. Econtrà nimia 11.
confidentia multa quoq; incommoda habet. *Primùm* ipſos
homines, quos occupavit, faſcinat atq; excæcat; deindè
odioſos reddit. Omnis quippe arrogantia odioſa *ait. Cic. di-* 12.
vin. in Cæcil. cap. 9. in fin. nec quicquam magis à Perdicca in
Antipatrum alienavit animos, quàm nimia ſui fiducia *Iuſtin.*

 lib. 13.

Digitized by Google

13. *lib.13.cap.fin.pr.* Deniq; omnis temeritas pericoloſa eſt, & ſæpè integra regna perdidit, ſicut Macedones ſuo exemplo
14. querulantur *apud Iuſtin.lib 24.hiſtor.cap.5.in m.* Inter hos duos ſcopulos igitur ut ſecurè navigemus, regula tenenda eſt; ut nec metuamus nimis, nec nimium confidamus. Id autem rectè fecerimus, ſi & vires noſtras cum aliorum potentiâ, maximè ejus à quo metuimus, exactè comparemus, & temporum aliarumq; circumſtantiarum momentis, ut Seneca
15. loquitur *de vit. beat. cap.15.* ſuſpendamus: ita enim intelligemus quid quantumq; ſit metuendum: Atq; hic quidem non vicinorum modò (quanquam horum potiſsima habenda ſit
16. ratio:) ſed & aliorum Regum, Principum, Rerumpublicarum, quotquot eorum, nè pereamus, aliquo modo intereſſe poteſt, ſtatus, conſilia, animus, uno complexu velut in tabulâ nobis proponenda, ex iisq; colligendum, ſitne patraturus adverſatius, quod metuimus, an vano metu laboremus;
17 Nonnunquam enim, qui nobis ſuperior eſt, amicorum aliorumve offenſionem quibus commune nobiſcum intereſſe, eſt, vitare cupiens, mutuo metu continetur. *vid. Grot. de Iur.*
18. *pac. & bell. l.2.cap.24. §.* Quod ſi res omninò ardua ac dubia videatur, recipiendane ſit protectio an omittenda? & alterutrum tamen omninò eligere neceſsitas jubeat: præſtat timere,
19. quàm audere nimiùm. Etſi enim audaces fortuna juvet, temeritasq; non nunquam felices habeat progreſſus. *Iuſtin. lib. 2. hiſtor. cap.9. ibi: nec audaciæ ejus eventus defuit.* Sæpè etiam neceſſaria ſit magnarumq; rerum initium. *Flor. lib.1. cap.8. ibi. nam quid Romulo ardentius. adde Agathoclis exemplum apud Iuſtin. lib. hiſtor. 22. cap.4.* Sitq; econtrà

Peſſimus in dubiis augur timor.——

20. *Stat. lib.3. Thebaid. verſ.6.* Sicut tamen alias in moralibus, ex ambiguis, ubi in utramq; partem peccatur, quod minimùm periculi habet ſequendum eſt, ſecundum id quod dicitur,

In

Digitized by Google

In iſtam partem potius peccato tamen.
Grot.d.lib.2.cap.23.§.5. ita hìc timendo peccare utilius fuerit, 21.
quàm temerè audendo periculum ſubire, eoq; ſpectat proverbialis ſententia; *Timidi matrem nunquam fleviſſe*: quam & prudentisſimus Orator comprobat: *Si in alterutro*, inquiens, *peccandum ſit, malim videri nimis timidus, quàm parum prudens. Cic.pro Marcell.*

Secunda quærendæ protectionis cauſa ex parte clientis, 22.
ſit nobis: vel plenæ atq; integræ libertatis retinendæ conſilium, puta in libero populo, vel cujuscunq; præſentis conditionis, in quà quis degit. Cum enim nihil ſit omninò bono- 23.
rum multitudini gratius, quàm dulce illud nomen, Libertas, *Liv.lib.33.cap.18.& Cic.5.in Verrem cap.63.* quam qui rectè norunt cum Perſarum regno non permutent, ſicuti Buris & Spertis, nobile par Spartanorum ad Xerxem, *apud Plutarch.in Laconic.* Utiq; patet, ingenuæ gentis eſſe, eam quàm maxime 24.
defendere. Sed & gens populusve, qui pio & pacato ſub imperio hactenus vixit, ne divellatur à corpore ſuo, aliamve Status diminutionem patiatur, clientelam rectè ſubibit. In- 25.
tereſt quippe ſubditorum non minus, bono Principe diu uti, quàm Principum ne probis & morigeris ſubditis ſpolientur. *Alexand.in l.ſæpe 63.ff. de re lud. Menoch.conſil.32.n.22.* Et hujus & illius generis pacta clientelæq;, cum in nullo non hiſtoriarum genere obvia ſint, exemplorum commemoratione ſuperſedebimus

Tertia cauſa eſſe poteſt ipſa hominis conditio vitæq; 26.
genus: quod nonnunquam ità comparatum eſt, ut alieno auxilio quam ſuis armis defendi, magis deceat. Tales ſunt Clerici quiq; præterea ſacris miniſteriis addicti ſunt. His enim, quoniam interdictus eſt non tantum armorum ſed 27.
omnis propè ſecularis negociationis uſus *Matth.20.verſ.26,27. Ioan.18.verſ.11.* adeò quidem ut nec ſubditum h. e. clericum

 diſcipli-

Digitized by Google

diſciplinæ ejus ſubjectum, propriis mani bus percutere jure
28. noſtro permittatur, eò quod hoc *extraneum*, ut Imp. loquitur, h e. indecorum ac inſolens in Sacerdote ſit *Novell. 123. cap.11. c.8. diſtinct.45. 1. Tim.3. verſ 3. ibi: non percuſſorem.* ſingu-
29. laris indulta eſt ſecuritas adverſus vulgi injurias, *l. 10. C. de Epiſcop. Et Cler. c.29. cauſ.27. quæſt.4. c. fin. de Treug. & Pac. cum*
30. *ſimil.* Quæ ſi non præſtetur, commodos ſibi Patronos eligere, quorum autoritate ac tutela defendantur, utiq; concedendum eſt; idq; infinitis propè Germaniæ noſtræ exemplis (alia ut taceamus:) comprobatur. Neq; enim verò armis interdici clericis exiſtimādum eſt, ut univerſali conceſsa ſecuritate contenti, nullum præthereà humanum axilium invoca-
31. re auſint, neq; ob naturam rei armorum uſu prohibentur: quaſi omnis ſecularis actio (qualis eſt & bellum & omnis armata defenſio) ſit per ſe carnale opus & à religioſi hominis devotione quid alienum, ſicut ineptiunt decretales Pontificiæ, *c. multa ſunt. & c. ſed nec procurationes. Ne cler. vel Monach. ſecul. neg. ſe immiſc.* eademq; ſuperſtitione imbutus Imperator
32. in *l. generaliter 52. C. de Epiſcop. & cler.* Sed tum propter conditionem officii, quod cum per ſe arduum ſit, grave, periculoſum, &, ut Patrum aliquis dixit, vix angelicis humeris portandum, totum hominem, ſi quod aliud, poſtulat: tùm propter exempli utilitatem: ſunt enim forma gregis, ut Apoſto-
33. lus loquitur, h. e. velut idea quædam Chriſtianiſmi abſolutè & per ſe conſiderati, ſeind Vorbilder der Kirchen/ ideoq; quàm maximè pacifici eſſe debent, *1. Tim.4. 2. Tim.2. 1. Pet.2. cap.5. add. Meiſn. Philoſ. ſobr. part.1. ſect.2 cap.1. quæſt.2.* Ideò idem
34. Apoſtolus alibi generaliter præcipit: Nemo militans Deo ſeſe implicet ſecularibus negotiis, *2. ad Timoth. 2. verſ. 4.* & alibi ſimpliciter jubet Spartam ſuam ornare qui Scripturæ docendæ ſe addixit. *vid. Act. Apoſtol. cap.6. verſ. 4. verbo: perdurabimus: velut habet vulgata: erimus ſeduli add. Melcach. 2. verſ. 7.*

Digitized by Google

verſ.7.cum ſimill. quod latius explicat *Bernhard. lib. 4. 9ſid.ad Eugen.cap. 6. ubi*: Nihil turpius *inquit*, Epiſcopo, quàm incumbere ſuppellectili & ſubſtantiolæ, ſcrutari omnia, ſciſcitari de ſingulis, morderi ſuſpicionibus, moveri ad quævis perdita aut neglecta, quotidianas expenſas quotidiano reciprocare ſcrutinio, de pretio eſcarum & numero panum quotidianarum cum miniſtris habere diſcusſionem &c. Atq; hæc quidem cauſa eſt, quod toties ac tam ſedulò alibi inculcatur, proſpiciendum eſſe miniſterio ſacro operantibus, ſufficientiaq; ipſis ſalaria conſtituenda nempè ut ſuppetat undè ſe & domeſticos honeſtè posſit exhibere, nec opus habeant familiaribus curis diſtineri *Rom.15. verſ.1,2,3. & verſ.15,16,17.&c. l.omnis.2.§.4.C.de Epiſcop. & cler. quam condidit Conſtantinus Imp.miſitq; Epiſcopo Felici.Novell.131.cap.5.* quod niſi fiat anſam præbebimus aut officium ſuum venerabile quidem & planè divinum, negligentiùs tractandi, aut illicitis munuſculis aliisq; indecoris vitæ ſubſidiis, non ſine ſcandalo ac diſciplinæ detrimento, inhiandi. *Vid. Matth.10.verſ.9,10.1.Corinth.9. verſ.2,9,11,13,& 14. Galat.6.verſ.6.* 1. *Tim.5.verſ.*17,18. Viciſſim ipſi divinarum rerum miniſtri ultrò ſecularibus negociis & commerciis lubentes abſtinere debent, ne aut polypragmones audiant, aut malum exemplum fiant. *Ezech.22.verſ.25.* mereanturq; ſuâ culpâ maculam Joanni XXII. Pontifici à Græcis olìm aſperſam: *Superbiam tuam ſummam tolerare non poſſumus, avaritiam ſatiare non valemus*, referente ex P.Mornei hiſtoriâ Papatus *Lanſio de principat. Europ.orat.contrà Ital.fol.m.* 742. Atq; hæc de Clericorum vita, conditione & ſuſtentatione, quibus divinis unicè officiis vacare, civilibus negotiis, cumprimìs autem armorum uſu abſtinere, ubi verò opus ſit, ſeculare patrocinium invocare jubentur, in noſtris Evangelicorum terris præciſiùs adhuc obſervatur: In Pontificiorum autem Eccleſiis multò ſecius ſe habent. Etenim quæ in eandem

35. 36. 37. 38. 39. 40. 41.

dem ſententiam inſerta Corpori Canico reperiuntur decreta, reſcripta; Canones, veluti *C. tributum. 23. quaeſt. 8. c. magnum quidem 11. q 3. c. omnis anima. X. cenſu, ubi tributum & cenſum Imperatori concedit Pontifex*, cumprimis verò *C. Hadrianus. 22. c. in Synodo. 23. diſtinct. 63.* ubi ipſa Pontificiæ dignitatis inveſtitura à Synodo Romana ipſa Hadriano Pontifice, Imperatori tribuitur, etiam ſub pœna anathematis, *cum ſimill.* ea temporum ſucceſſu mutata, & tandem prorſus abolita ſunt: receptis in in ſocietatem clavis Sacerdotalis regalibus omniq; ſeculari
42. Juriſdictione. Quod quidem, uti Caroli M. temporibus adhuc diſtinctum fuiſſe videtur, quippe addito ſingulis in Saxonià noviter conſtitutis Epiſcopatibus Comite, politicarum rerum adminiſtratore, *Helmold. in Chron. Sclav. lib. 1. cap. 3. Knich. de ſublim. territ. Iur. cap. 1. n. 6. & ſeqq.* itá peſſimo exem-
43. plo, Imperatorum certè ſeu Othonis Magni, ut ex veteri quodam Chronico probare nititur *Reinecc. de Sax. Origin. ſ m. 14. vid. etiam de gradibus & progreſſu hujus rei. Meiſn. in philoſ. ſobr. part. 3. ſect. 2. c. 1. quaeſt. 3.* ſeu cujuscunq; alterius conniven-
44. tia, indè deſcitum eſt: Ita ut jam non Pontifex ſolùm Romanus utrumq; gladium hodiè vibret, ſed & Epiſcopi & Abbates metaphyſicum iſtud imperium exerceant. *Paurmeiſt. lib. 2. de Iuriſdict. cap. 1. n. 48.* ſociabilisq; facta in eadem perſonâ coaluerit raſura cum diademate cucullus cum toga regali, gladius oris & baculus Aaronis cum gladio Nimrodi *Clut. Syllog. ror. quond. Concluſ. 8. theſ. 6. Anthon. Coler. de Iuriſd. Imp. ſect. 49. Engelbr. de Iuriſd. Imp. concluſ. 67. Mod. Piſtor. vol. 2. conſil. 49. n 3. Surd. Conſil. 775. cum infinitis aliis. & eſt textus in c. cum*
45. *capella, 16. de privileg.* Utiliter an damno Chriſtianiſmi hoc factum ſit, nunc non exquiro. *Bernhardus* quidem, etſi undecimo ſeculo adeoq; jam adulto Papatu vixerit, planè improbat, cum verba Salvatoris noſtri: *Reges gentium dominantur, vos autem non ſic*: ita interpretatur: Planum eſt, *inquit*, Apo-
ſtolis

ſtolis interdicitur dominatus; I ergò tu & tibi uſurpare aut dominans Apoſtolatum, aut Apoſtolicus dominatum; Planè ab alterutro prohiberis: ſi utrumq; ſimiliter habere voles, perdes utrumq;. Forma Apoſtolica hæc eſt: interdicitur dominatio, indicitur adminiſtratio, *cum aliis quæ ſequuntur l.2. de conſid. ad Eugen.* & velle civilem virtutem conjungere cum cum Sacerdotio, eſſe miſcere omninò non miſcenda ait *Syneſ. epiſt. 64.* 46.
Undè non ſine causâ miratur *Crantzius*, ipſe quidem Clericus olim Hamburgenſis, quomodo hæc duo ſibi 47.
adverſantia in eodem ſubjecto ſtare poſſint: Mira *inquit*, Pontificum perplexitas, qui utriſq; rebus impliciti & ſecularibus & Eccleſiaſticis, magnam rem peragunt, ſi utrobiq; integri ex fide omnia implent. *in Saxon. ſuâ lib. 3. cap. 30. in fin.*
Eodemq; argumento utilius etiam fuerit (ut obiter hoc addamus, eſt enim tutela ſimile quid Juri protecticio) ſecularibus tutelis Clericos abſtinere, aut ſaltem ab his, ſi velint, excuſari: non quaſi vel inidonei ſint, vel Jure prohibeantur; 48.
49.
novimus enim vel modicè ſaltem peritos huic muneri ſufficere. *§. ſimileter. Inſtit. de excuſ. tut.* & neminem prohiberi, niſi 50.
quem natura aut lex diſertè prohibeat. *l. nec. non. §. quod eis. ff. ex quib. cauſ. major.* ſed quod publicè interſit, ne hujusmodi civilibus curis, quæ periculoſas & oneroſas ſæpè hæreditatum aditiones, transactiones, contractus, actiones itidem ſivâ inſtituendas ſive proſequendas continent, plurimū præterea ſtudii, laboris & temporis unà cum exactiſſimâ diligentiâ requirunt, graventur homines Deo ejusq; ſacris dicati; præſertim cū & ipſi eandem ob cauſam ab aliis perſonalibus muneribus vocationem habeant, & militibus pariter noviſſimo Jure hoc indultum ſit, *Novell. 72. c. 1. & inde ſumptâ auth. minoru. C. qui dare tut. poſſ.* Et cur nō eodem Jure gaudeant, quo Principum ac Civitatum conſiliarii? Cum non minus publicā curam ſpectet quod in Sacerdotio, quàm quod in Magiſtratu 51.
52.
53.

con-

conſiſtit. *§. hujus ſtudii Inſtit. de Iuſtic. & Iur. Schneid. in §. & qui poteſtatem Inſtit. de excuſat. tuor. vid. in terminis Fernand. Vaſq. lib. 3. controv. illuſtr. cap. 98.*

54. *Quarta* cauſæ locum habeat, ſumma & inevitabilis neceſſitas: quando hoſtili impetu obrutis nullum evadendi aliud apparet conſilium. Cujus argumenti vis potiſſimùm perſpicitur in oppreſſionibus ſubditorum, omni au-
55. xilio deſtitutorum. *Dico autem ſummam & inevitabilem.* Niſi enim *ſumma* & extremi periculi ſit, quantum quidem ipſos ſubditos attinet, non facilè huic, tanquam extraordinario remedio dandum eſſe locum, jam antè monuimus; & ſi *evitabile* ſit periculum aliâ ratione, temerarium fuerit hoc onus
56. ſubire. Habet autem neceſſitas ejusmodi hoc ſingulare, ut ab omni cauſæ dictione liberet, ſi quid ejus causâ factum ſuſceptumve fuerit, *arg. l. ut vim. §. de j. & j. ubi interpp.* Unde frangere omnem legem dicitur, *Senec. controverſ. lib. 9. declam. 4.* & ubi præceps utrinq; via, mediam verò ſequi deterrimum, ut *Tacit. loquitur lib. 3. hiſtor. cap. 40. n. 4.* parendum eſſe neceſſitati
57. ipſa ratiò manifeſtum reddit: cum in omnibus quæ humani inſtituti ſunt, ſemper excepta cenſeatur ſumma neceſſitas, quæ rem reducit ad jus primæum. *Grot. lib. 2. de Iur. bell. & pac. cap. 15.* quam imò nec Dii ſuperant, h. e. cui nec Dii legem
58. poſuêre, *Livius hiſtor. lib. 9. cap. 4.* Ipſi Canones hoc agnoſcunt, & quando dua mala (moralia) ſimul urgent, ut alterum ſit neceſſe eligere, diſpenſationi adverſus jus primævum (hoc eſt, contrà regulam: non ſunt facienda mala &c.) locum relinquunt. Duo mala, *inquit Concilium Tholetanum*, licet ſint omninò cautiſſimè præcavenda, tamen ſi periculi neceſſitas ex his unum perpetrare compulerit, id debemus reſolvere quod minori nexu noſcitur obligare *in c. duo mala, 1. diſtinct.*
59. *13.* & Gregorius M. in moralibus: dum mens, *ait*, inter minora & maxima peccata conſtringitur, ſi omninò nullus ſine

peccato

Digitized by Google

peccato evadendi aditus patet, minora ſemper eligantur, quia & qui murorum undiq; ambitu ne fugiat clauditur, ibi ſe in fugam præcipitat, ubi brevior, h. e. humilior ac depreſſior murus invenitur: *& paulò pòſt*: Cum enim in dubiis conſtringimur, utiliter minimis ſubdimur, ne in magnis ſine veniâ peccemus *c. nervi 2. d. diſt. 13. add. c. ſi aliquid. 6. cauſ. 22. q. 4. Thom. 1. 2. quæſt. 13. ârtic. 6. Leſſ. de Iuſtitia lib. 2. cap. 23. n. 21. Molina de Iuſt. & Iur. tract. 2. diſput. 335. num. 30.* Licebit itaq; ſubditis ubi ſumma ingruit neceſſitas, etiam ſine ſuperioris (ut & ſupra oſtendimus) conſenſu, protectionis fœdus contrahere. 60. *vid. præter ſuperius alleg. Bart. Bald. quos citat Menoch. conſ. 31. Gumpeltzheim de Iur. advoc. concluſ. 33. lit. B. & argutè Felin in c. cæterum de judic.* Sive enim nolit Princeps ſubditis in periculo conſtitutis ſuccurrere, ſive non poſſit: utroq; caſu in tantum aut reſolvitur aut ſuſpenditur nexus ſubjectionis, ut vel dedere ſe hoſti optimis quibusq; conditionibus, vel alienum defenſorem quærere liceat. 61. *Bald. in C. 1. n. 9. X. de judic. Buchſtorff. ad A. B. concluſ. 99. lit. F. Ziegl. not. ad Calvol. §. Landſaſſ. concluſ. 1. n. 99.* Ita Lubeca obſidente eam Friderico II. Imp: cum extrema imminerent, nullumq; ab Henrico Leone, cui tùm parebant, auxilium adeſſet, pactis conditionibus ſe ſuaq; Imperatori permiſit: 62. *Herman. Bonn. in Chronic. Lub.* Ita Livonia: Ita Boruſſia: cum ab Imperio nullum appareret auxilium, ceſſere Polonis. 63. *Thuan. hiſt. lib. 22. vid. Beſold. lib. 2. polit. cap. 9. §. 28. Becht. de Securit. thes. 39. Thoming. conſ. 13. num. 43. ubi defectionem illam Boruſſiæ ex hoc capite defendit.* Ita infinita propè alia Romani quondam Imperii, aut ſui Juris facta ſunt, aut in vicinorum Regum ac Principum manus pervenere 64. *ut ex Bald. repetit. Albert. Brun. conſil. 86. & exactiori calamo perſtringunt Clut. in Syll. res. quot. & Zach. Victor. diſputat. hac de re pecul.* Cautè & prudenter itaq; ſacramentis, quibus fidem ſuam & ſubjectionem Græciæ quidam populi Perſis obſtrin- 65.

66. ſtringebant, adjecta fuit clauſula: Non diſceſſuros à fide *niſi planè coactos*, teſte Herodoto: & ſcitè admodum *Auguſtinus de Civit. Dei lib.* 18. *cap.* 2. In omnibus ferè gentibus, *ait*, vox naturæ iſta perſonuit, ut ſubjungari victoribus mallent, quàm
67. bellicâ vaſtatione penitùs deleri. Quæ omnia quidem eò facilius procedunt, quò laxius ipſum eſt ſubjectionis vinculum; quale in Civitatibus nonnullis Germaniæ, quas *pactionatas* diximus, ſuperius obſervatum eſt, *vid. præter ibi allegata, Glock. de contributhes, 11. Acta homagial.* Braunſchweig *con-*
68. *trà* Braunſchweig/Item *Apologiam Stralſundenſem &c.* Omnium facillimè verò in Clientibus, deficiente videlicet in ſummo eorum periculo Protectoris auxilio. Quomodo Hannibal monuit Saguntinos, Romanorum, quorum in clientelâ erant, auxilia ob longinquitatem fruſtrà nè exſpectarent, utq; eò maturius ſibi rebusq; ſuis deditione factâ conſulerent, additâ comminatione, ſi ſpreto hoc conſilio intereà vi expugnarentur, nullum fore gratiæ locum;

Pandere jamdudum portas, & cedere vallo
Imperat, & longè clauſis ſua fœdera, longè
Auſoniam fore, nec veniæ ſpem Marte ſubactis.

apud *Sil. Ital. lib. 1. Punic. verſ. 281. & ſeqq.*

69. Deniq; *quintò* eſt etiam cum ipſius Fœderis cauſa, ſive extraneus aliquis eligitur, qui velut Protector & Conſervator fœderis habeatur, ſi quæ inter Fœderatos oriatur controverſia aut ſimultas, ſocietati noxia aut periculoſa. Huic,
70. quamvis ex naturâ officii jurisq; protecticii, nulla competat jurisdictio, nonnunquàm tamen judicandi arbitrandiquè de controverſiis illis ſimul poteſtas tributa reperitur: certè peccantes contrà fœderis leges in ordinem redigere aut continere, donec vel de jure cujusq; amice transſigatur, vel competens judicium conſtituatur, id verò ad officium

ejus

ejus omnino ſpectat. Talem protectorem fæderis Svevici 71.
Socios habuiſſe olim, Obriſten Bundshäuptman dictum, tradit *Wehner. obſ pract. verb.* Schwabiſcher Bund. & de Ligâ ſive Societate Hanſeaticâ idem refert *ex Theſaur. polit. part. 3. Beſoldus lib. 2. politic. cap. 6. n. 36.* Quod ſi talis nullus conſtitu- 72.
tus ſit, incidat tamen controverſia, ea vel ex generali naturâ Societatis decidetur, vel ex conventione fœderatorum ſingulare judicium patietur; quale fuit apud Græcos olim Amphyctionum conventus ad Thermopylas, parùm di- 73.
ſtans ab *Ordinum Generalium* Fœderati Belgii conſeſſu Hagæ-Comitenſi, utpotè ad quem & interpretatio & conſervatio fœderis initi pertinet. Sicut enim apud Amphyctiones, ci- 74.
vitatibus illis quibus ex cæterarum conſenſu ea data erat poteſtas, jus fuit dijudicandi controverſias non ſaltèm ex fæderis legibus earumq; interpretatione emergentibus, ſed & cujuslibet alterius litis inter duas pluresve Civitatum forte enatæ, *Strab. Geograph. lib. 9. Ioachim. Stephan. de juriſdict. lib. 2. cap. 6. n. 12.* ita Conſeſſus ille Belgicus de omnibus Unitarum interſe Provinciarum controverſiis, niſi quas vel ipſa Societatis formula excepit, vel ſingulare pactum conſuetudo-ve ſeperavit, & cognoſcit planè & judicat: ut non in- 75.
ſcitè hæc duo, Amphyctionicum & Generalium illorum Ordinum Conſeſſum interſe comparaverit, ſibiq; examusſim reſpondere ſcripſerit *Hug. Grot. in diſſert. de antiq. Batav. jur. & iterum in Apologet. ſuo cap. 1. fol. m. 4.*

CAPUT. IX.

DE CAUSIS QUIBUSDAM SUSCIPIENDÆ PROTECTIONIS, PROTECTOREM SEPARATIM MOVENTIBUS.

SUMMARIA.

1. *Honeſtas & utilitas, duo ultroneæ protectionis fontes.*
2. *Honeſtas ſola abſq; utilitate.*
3. *Utilitas Reip. noſtræ.*
4. *Etiam ignotis ſuccurrere, naturale eſt.*
5. *Miſericordiæ humanæ latitudo.*
6. *Mundus arenæ gladiatoriæ comparatur.*
7. *Orbis injuriæ, ad omnes Reges pertinent.*
8. *Adherbal naturalis miſericordiæ allegatione auxilium impetrat.*
9. *Romanorum majeſtas in protegendis alienis.*
10. *Romani univerſalis protectionis nomine à Græcis celebrantur.*
11. *Itidem à Cicerone.*
12. *Nomina quorundam clientum apud Romanos.*
13. *Romanorum conſuetudo in defendendis regibus exteris.*
14. *Dignitatis conſervandæ cauſa bella pro aliis geruntur.* 17.
15. *Principibus fama curioſè conſervanda.*
16. *Germanicus famæ tenax.*
18. *Limitatio generalis belli protectitii.*
19. *Intereſſe aliud publicum generis humani, aliud quibuſdam commune; aliud ſingulare.*
20. *Contra naturam eſt alieno incommodo ſuum commodum augere.*
21. *Utilitatis & honeſtatis diverſitas.*
22. *Utilitas duplex conſideratio.*
23. *Solus utilitatis reſpectus invitio &.*
24. *Utilitas quæ in damno avertendo occupatur, naturalis defenſionis rationem habet.*
25. *Superſtitio eſt cuncta bella pro extraneis ſuſcepta criminari.*
26. *Syracidis ea de re dictum.*
27. *De utilitate rectè dijudicandâ regula.*
28. *Ciceronis ea de re locus.*
29. *Num etiam invitos defendere liceat?*
30. *Rationes pro affirmativâ.*
31. *Servare nolentes, pulcrum opus.*
32. *Jure civili pro capitis reo, cuivis licet appellare.*

33. Bene-

Digitized by Google

33. *Beneficium nonnunquam invito datur.*
34. *Rationes dubitandi.*
35. *Suſpectum eſt, qui ſe ultrò ingerit.*
36. *Reſpondetur ad rationes dubitandi.*
37. *Jus tertii locum facit beneficio alias ſuſpecto.*
38. *Defenſio aliena ceſſat, ubi apparet Status noſtri periculum.*
39. *Tutior via ſemper eligenda.*
40. *Impium eſt totam Remp. alieni auxilii causâ in caſum dare.*
41. *Utilitas & turpitudo non poſſunt ſimul eſſe in eodem ſubjecto.*
42. *Utilitas & honeſtas, res conjunctiſſimæ.*
43. *Romanæ leges ex utilitate ſcriptæ.*
44. *Ciceronis eâ de re locus.*
45. *Flori de eâdem locus.*
46. *Hæc doctrina non eſt nova aut dubia.*
47. *Joannes Gerardus Theologus inſignis idem docet.*
48. *Locus ex Gerardo.*
49. *Gerardi autoritas.*

EXplicitis quæ Clientem ſeorſim attinent, ſupereſt de cauſis ſuſcipiendi patrocinii ex perſonâ ipſius Patroni deſcendentibus nonnulla videre: omnia enim & ſingula minutatìm perſequi, nec inſtituti noſtri eſt, nec ipſa jam res patitur. Sunt verò cauſæ ejusmodi quibus Patronus, etiam non requiſitus, non interpellatus ſuâ ſponte Clienti 1.
ut ſuccurrat, moveri poteſt, vel in ſolâ, honeſtate ſitæ, vel in utilitate ſolâ, vel in utroq; ſimul. *Solâ honeſtate* moveri dicitur, quando v.c. nullâ alia ſpecialiori obligatione obſtrictus ſolâ naturali generoſitate humanæq; ſortis commiſera- 2.
tione impulſus, tuetur eum qui vim patitur; ità quidem ut ex hâc tuitione aut nullum, aut valdè exiguum ſit commodum ipſe percepturus: *Utilitatis causâ* verò tunc moveri 3.
dicetur, quàndo Status ac dignitas Reipub: ſeu alia ejusmodi inſignis utilitas ipſius Protegentis ei propoſita eſt. Et hujus & illius conſideratio hîc ſpectanda.

Ac prius quidem quod attinet, revocare opus eſt, quæ paulò antè hìc de re jecimus fundamenta: quantum ſcilicet homini homo naturaliter debeat. Piè ſapiens Romanus inter 4.
ea refert: *etiam ignotis ſuccurrere*, ſeipſum aliorum commodis

5. impendere, uti habent verba *Senecæ lib. 1. de irâ cap. 5.* Sæpè enim eorum magis nos miſeret qui noſtram miſericordiam non requirunt, quam qui illam efflagitant *Cicer. in orat. pro*
6. *Milon.* Atq; ità non minus rectè dicemus de Mundi hujus, tanquàm majoris arenæ Spectatoribus, h. e. Monarchis ac Rebusp: liberis, quod de gladiatorum ſpectatoribus Chriſtianus Romanæ eloquentiæ Magiſter: Non eſſe pios & juſtos homines qui conſtitutos ſub ictu mortis patiuntur occidi, nec ſuffragiis ſuis liberant, *Lactan'. Firmian. lib 6. divin.*
7. *Inſtit. cap. 20.* Quo æquior enim ac potentior gens eſt, eò ad
8. vindicandas Orbis injurias debet eſſe promtior. Hinc inter alia, quibus ad impetrandum contrà Jugurtham auxilium in Romanorum Senatu nititur Adherbal, depromſit non exigui ponderis argumentum: *Si ad impetrandum*, inquit, *nihil cauſæ haberem præter miſerandam fortunam, quod paulò antè Rex genere, famâ, atq; copiis potens, nunc deformatus ærumnis, inops, alienas opes exſpecto; tamen erat majeſtatis populi Romani prohibere injuriam, neq; pati cujusquam regnum per ſcelus creſcere,*
9. apud *Salluſt bell. Iugurthin.* Tanta enim erat Romana virtus, auctis forrunâ animis viribusq;, ut, quò pluribus patrocinium poſſent commodare adverſus externa aut injuſta imperia, nullum defugerent periculum, nullam impenſam. Ideò
10. apud Græcos, poſtquam tora Græcia ſolennibus Iſthmys à victore Conſule per præconem libera proclamata eſſet multos dies gratis cogitationibus ac ſermonibus revocatum legimus: *Eſſe aliquam in terris gentem quæ ſuâ impensâ ſuo labore & periculo bella gerat pro libertate aliorum; neq; hoc finitimis aut propinquæ vicinitatis hominibus aut terris continenti junctis ſolùm præſtet, ſed & Maria trajiciat, nè quod toto Orbe terrarum injuſtum imperium ſit, & ubiq; jus, fas, lex potentiſſima ſint. Livius lib. 33.*
11. *cap. 19.* Nec minus eleganter diſertus Orator: *Clariſſimi viri noſtræ*, ait, *Civitatis temporibus optimis, hoc ſibi ampliſſimum pulcherrimumq;*

cherrimumq́ ducebant ab hoſtibus, clientibus-ve ſuis, ab externis qui in amicitiâ populi Romani eſſent, injurias propulſare eorumq́ fortunas defendere Cic. de divinat. Et *Tacitus* dum legionum nu- 12.
merum quasq; provincias tutarentur, percenſet, ſimul Regum nomina recenſet, qui magnitudine Romanâ, Tiberii adhuc tempeſtate, protegerentur adverſum externa imperia, *lib.4.annal.cap.5.n.3.* eamq; tanquàm veterem & rece- 13.
ptam ſuâ ætate conſuetudinem populi illius prædicat, *in vit. Agricol.cap.4.num.2.* Ex quibus ſimul intelligitur, quantùm 14.
ad Reip: dignitatem abſolutè conſideratam attinet, itá ferè ejus comparatam eſſe rationem, ut nonnunquam tuendæ ejus gratiâ ultrò aliis ſuccurrere opus ſit. Cæteris enim, h. e. 15.
privatis in eo ſtant conſilia, quid ſibi conducere putent: Principum diverſa eſt ratio, quib⁹ etiam ad famam & honorem præcipua dirigenda, *Tacit, lib.4. annal.cap.40.n.2.* & ma- 16.
gnitudo gravitasq; ſummæ fortunę, quam ſemel adepti ſunt, magno ſtudio retinenda eſt, quemadmodum hoc in Germanico ſuo prædicat *idem Tacit.lib.2. annal.cap.72.n.3.* Itaq; 17.
ſi vicinos, ſi amicos, ſi fæderatos defendemus, fecerimus quod jus gentium poſtulant; ſi cum quibus nihil horum eſt, attamen defendi aut ſaltem non deſeri, nominis famæq; noſtræ majeſtas exigat, faciemus quod licet; dummodò (ut perpetuò hoc inculcemus) non per ambitionem quicquam 18.
fiat, ſed frenandæ potentiorum licentiæ; aliisq; modis juvari non poſſunt quorum cauſa ſuſcipitur bellum.

Alterum alienæ defenſionis caput in *utilitate* ſeu emo- 19.
lumento aliquo poſitum eſſe diximus; idq; ſi *publicum generis humani* commodum ſpectat, per ſe legem habet ſuam, ex iis quæ ſuperius diximus, cum ipsâ honeſtate conjunctiſſimam: ſin *plurimum* quorum aliquod commune intereſſe eſt, ex iis quæ capite abhinc altero explicavim⁹, determinari poteſt: ſin *noſtrum privatim* videri poſſit contrà naturam facere, qui ſuæ utili-

utilitatis causâ rei prorſus alienæ ſe immiſceat. Ac profectò
20. qui nihil aliud ſpectet, præter proprium emolumentum, eum in vitio eſſe nemo dubitat. Rectè enim & ex Stoicorum & Platonis ſententiâ *Cicero*: Detrahere aliquid alteri, *ait*, & hominẽ hominis incommodo ſuum augere commodũ, magis eſt cõtrà naturam, quàm mors quàm paupertas, quã dolor, quàm cætera quæ poſſunt aut corpori accidere aut rebus ex ternis
21. *lib. 3. offic.* Adeoq; utilitatis hâc in parte ab honeſto diverſa eſt ratio, quod honeſtas quidem per ſe & ſola ſit expetibilis,
22. illa verò non niſi cum honeſtate conjuncta. Undè & circà utilitatem duplex oritur conſideratio: una quæ *ſolam* abſolutè ſpectat, altera quæ *honeſtatis* ſimul rationem habet: iterumq; quod utilitatis eſt, aut *lucri* alicujus rationem conti-
23. net, aut *damni* ſaltèm avertendi causâ fit. Porrò, quæ nihil præter merum lucrum reſpicit protectio, planè relinquenda eſt, perindè ac ipſa hæc deliberatio, utrum, quod utile eſt honeſtatis autem nihil habet, ſequendum ſit. Tale enim deliberandi genus nè quidem ferendum eſſe, ſed tanquam ſceleratum & impium prorſus è medio tollendum, rectè docet
24. *Cicero d. lib. 3. offic.* § *Cum igitur aliqua ſpecies. Cum ſeqq.* At verò ubi cum utilitate coincidit honeſtas, quamvis utilitatis ſimul habeatur reſpectus, non tamen ideò vituperabile ſit conſilium. Quemadmodum & quæ damni ſimul avertendi gratiâ fiunt, non poſſunt dici contrà honeſtatem fieri, cum naturali defenſionis jure nitantur; dummodò ità comparata ſit damni iſtius ratio, ut aut manifeſtè immineat aut indubitatis indiciis metuendum ſit *vid. ſupr. cap. 7. n. 151.*

25. Caveant itaq; ſuperſtitioſa ingenia, cuncta hujusmodi bella, quæ defendendæ alienæ libertatis gratiâ ſponte ſuſcipiuntur, quaſi injuſta & proprii tantùm eonolumenti causâ ſuſcepta, criminari; memores dicti apud *Syrac. cap. 4. verſ. 19.*
26. *Eripe eum cui fit injuria de manu injurii*. In eo enim, cum ipſa

maximè

maximè inſit honeſtas, non exiſtimari debet aliquid turpe verſari. Nec enim (ut ſummam ferè hujus diſputationis 27.
complectamur) illicò ſuſpectum eſſe debet omne quod utilitatis ſpecie aliquà ſe exhibet; ſed videamus potius, quoties de hoc liberandum eſt, habeatnè ipſa hæc utilitas aliquid honeſti, cujus ratione ſuſtineatur totum conſilium. Ità ex- 28.
quiſitisſimus optimusq; politicarum virtutum magiſter *Cicero* docet: *Incidunt*, ait, *ſæpè multa cauſæ quæ conturbant animos utilitatis ſpecie, non cum hoc deliberatur, relinquendanè ſit honeſtas propter utilitatis magnitudinem, (nam illud quidem improbum eſt) ſed illud, poſſitnè id quod utile videatur, fieri non turpiter. vid. loc. ant. alleg. §. ſed jam ad propoſitum revertamur. & ſeqq.* quæ omninò regula notanda eſt iis, qui de hujus generis quæſtionibus rectè judicare velint.

Atq; ex iisdem hiſce fontibus non ineptè defendetur 29.
hæc quoq; opinio: Quoties ſecuritatis & Status noſtri ratio ſecundum ea quæ jecimus poſtulat, *etiam invitos defendi poſſe*, nec vitio dandum eſſe, ſi quis, ut majus à ſe declinet malum, eidem, in alieno quamvis, obſiſtat. Quid enim aliud feceri- 30.
mus ipſa dictitante ſanà ratione, ſi præſentisſimum à potente aliquo bellatore periculum impendeat, ſitq; v. c. vicinus aut ad ſuſtinendum impetum ejus non ſatis validus, aut nullius conſilii: num hìc impetum exſpectabimus in noſtro? num hoſtem ſinè dubio futurum, patiemur viciniæ acceſſione fieri auctiorem? annon potiùs, ut & quæ vicina ſunt conſerventur, quod honeſtatis eſt, & noſtris rebus proſpiciatur, quod prudentiæ, maturè occurremus etiam in alieno ubi minus juris nobis ſit poſtquam hoſtis occupaverit? Ità 31.
quidem pulcherrimum opus ſervare etiam invitos ac nolentes, cenſet *Senec. de beneſ. lib. 2. cap. 14.* eademq; ratione utuntur Civilis noſtri juris interpretes, quandò iniquum 32.
putant conſentire ad interitum imperitè, ac ultrò feſtinanti;

nanti;

nanti; ideoq; *ex:gr:* pro capitis Reo, etiam invito ac renitente, cuivis extraneo permittunt, appellare: *Ulpian in l. non*
33. *tantum. 6. in. fin. ff. de appellat.* Quin recepta ipſis traditio eſt: quodvis beneficium etiã invicto conferri poſſe, ſiquidem id fieri commodè poſſit, & publicæ honeſtatis cauſa exigat *gloſſ. in. d. l. 6. add. Sturz. in l. nullum crimen. 109. ff. de reg. jur.*
34. Equidem contrarius ſibi, ut videtur, *Seneca de clam. 4. lib. 8.* non magis autumat crudeles eſſe qui volentes vivere occidunt, quàm qui mori volentes non ſinunt: quomodo etiam *Plautus*:

——nullum beneficium
Eſſe duco id quod cui facias non placet.

in Trinumm. act. 3. Scen. 2. Theodoricus Rex: Non eſt defenſio,
35. *ait*, quæ præſtatur invitis: ſuſpectum eſt quod patiuntur nolentes, apud *Caſſiodor. lib. 5. var. epiſtol. 39.* deniq; Paulus JCtus,
36. invito, *ait*, beneficium non dari, *l. invito. 69. ff. de reg. jur.* Sed *primum* illud Stoicæ ſapientiæ paradoxo nititur aut certè, quemadmodum & *alterum* illud clientem reſpicit, cui beneficium, quamvis ſalutare, poteſt accidere minus acceptum, eoq; reſpectu quaſi penitus nullum videri: *tertium* ad abuſum ſpontaneæ, ut ità dicũ, hujus defenſionis ſpectat, quem & nos pariter damnamus: *quartum* etiam ab ipſis Interpp.
37. limitatur: niſi beneficio locum faciat interpoſita perſona; ſivè, ut alias loquimur, jus tertii: vel niſi de jure alicujus privato agatur; tali enim beneficio cuilibet renunciare licet: vel deniq; niſi publicæ utilitatis cauſa aliter ſuadeat: *vid. vir doctiſſ. Petr. Fab. in Comment. ad d. l. 69. n. 9. Stuz. ibid. & ſimil.*

38. Probè verò notandum eſt quod diximus: etiam invitos defendi poſſe, quoties *Securitatis & Status noſtri ratio exigat.* Adeò enim noſtræ conſervationis reſpectus cum hac conſultatione conjunctus eſt, ut ſi res noſtræ forte majori periculo exponantur, ceſſet ipſa defenſio, nedũ pro invitis, ſed & pro-

pro fidem noſtram implorantibus ſuſcipienda. Itaque ſi vel 39.
ipſi viribus impares ſimus, vel ſtatum noſtrum tutiori viâ aſ-
ſerere licet, utique cum damno aut pernicie noſtrâ ad hoc
defenſionis genus neutiquam deſcendemus. Honeſtati ete-
nim convenit quidem cuivis extraneo opem ferre; ſed non
minùs honeſtum, imò propiori gradu eſt, nos noſtraq; con-
ſervare: impium contrà & deſperatum conſilium, malle al- 40.
terius juvandi causâ vel nos vel qui ad nos pertinent, perire,
quemadmodum verſum illum, Dejotaro Regi imputatum,
immanem vocat. *Cicero*:

Pereant amici, dum unà inimici intercidant,

Orat. pro Reg. Dejor. fol. m. 818. Et hactenus, manente vi- 41.
delicet causâ intrà cancellos legitimæ ſuiipſius conſervatio-
nis, ſive abſtinendo hoc fiat, ſive defendendo, patet verum
eſſe, quod idem *Cicero lib. 3. offic. §. cum igitur aliquis.* ait: *In eâ-*
dem re & utilitatem & turpitudinem ſimul verſari non poſſe. Quic-
quid enim ità utile eſt ut ſine eo ſalva eſſe Reſpub: non poſsit,
eo ipſo honeſti faciem induit! *Vid. Weſembec. in parat. ff. de* 42.
pact. n. 4. Fueruntq; hæc duo apud veteres ſemper ut res con-
junctiſsimæ habitæ, adeò quidem ut publicam civitatis utili-
tatem pro ipsâ juſtitiâ, & viciſsim juſticiam pro utilitate ac-
ciperent: imò leges Romanas cunctas, quibus certè jus & ju-
ſtitiam contineri Civitatis conſtat, ex utilitate Reip. deſcri- 4.
ptas & latas eſſe dicerent. *Si quis civilem ſcientiam contempla-*
tur, totam hanc deſcriptis omnibus civitatis utilitatibus ac parti- 44.
bus, 12. tabulis contineri videbitis, ait *Cicero lib 1. de orator. f. m. 181.*
lit. C. Hic juris civilis ſcientiâ omnem Romanæ Reip. *utilita-*
tem contineri dicit Orator. Hiſtoricus verò in iisdem tabu-
lis totam *juſticiam* ordinatam eſſe ſcribit: *Allatas è Græciâ leges*
X. principes lecti, jubente populo, conſcripſerat, ordinataq; erat in 45.
XII. tabulis tota juſticia, Flor. lib. 1. rer. Roman. cap. 24.

46. Atque hæc omnia, quamvis Principiis moralibus rectè collocatis manifeſtè ſatis appareant, minimèq; nova, dubia aut obſcura videri queant, cum tamen reperiantur quibus hic aut ratiocinationi aut gentili Philoſophiæ aut Statiſtis, ut loquuntur, plus ſatis tribuere, aut parum ſaltèm Chriſtianæ pietati convenientia dixiſſe videamur, agedum claudamus hunc rivum calculo Theologi noſtratibus ſummi quidem &
47. & celeberrimi, *Ioannis Gerardi*; qui in locis ſuis Theologicis, *tom. 6. loc. de Magiſtrat. Polit. Section. 6. §. 405. pag. m. 1192.* eadem quæ nos hactenus, magno conſenſu reliquorum Theologorum docet. Propoſitâ enim quæſtione: An oppresſis, nec cognationis nec confæderationis jure nos attingentibus, nec in poteſtatem noſtram ſeſe dedentibus, ſed *humanitatis jure* noſtram fidem implorantibus, ſuppetiæ ferendæ? inter conditiones quibus hoc affirmat, etiam hanc retulit, ut noſtræ ſimul utilitatis rationem habeamus, nullâ aliâ ex causâ quàm quòd publica illa utilitas præcipuè quæ in damno ac pericu-
48. lo avertendo conſiſtit, ipſam honeſtatem contineat. *Etenim inquit, ſi injuſtè oppreſſos eſſe conſtet; ſi hoſtis victoria & felicitas nobis maximo futura ſit incommodo aut periculo; ſi vires nobis ſuppetant; ſi fœdera aut cauſæ aliæ minimè impediant, auxilium ferendum eſſe nemo ambigit: ſed ſi vel omnia vel aliqua, modo ſe habeant contrario, aliena pericula N.B. non faciamus noſtra. Præſtat habere*
49. *dubium amicum, quàm hoſtem certum, ſi is ſit potentior.* Hæc ille & Theologus orthodoxus, eruditus, & morum doctor eximius: cujus autoritati & nos meritò acquieſcemus & eò tutius inhærebimus, quanto plus ei tribuit omnis noſtrorum Theologorum Schola.

Pars IV.

PARS IV.

De variis Advocatiæ armatæ ſive Protectionis clientelaris juribus & effectibus.

CAPUT. I.

DE EFFECTIBUS QVIBUSDAM ET PATRONUM ET CLIENTEM MUTUO RESPICIENTIBUS.

SUMMARIA.

1. *Jura ex patrocinio clientelari deſcendentia aliâ ſunt propria, aliâ communia.*
2. *Communia, vel textu legum, vel ex interpretatione & obſervantiâ.*
3. *Inter Patronum & Clientem nullum eſt poſtliminium.*
4. *Clientela non mutat ſtatum.*
5. *Clientela hinc indè certis caſibus tribuit juriſdictionem.*
6. *De his omnibus remiſſivè.*
7. *Patronus & Cliens ad mutuam fidem & utilitatem obligantur.*
8. *Beſſus clientum fidem expertus eſt, adverſus Alexandrum Magnum.*
9. *Tiridates adverſus Romanos.*
10. *Clientelæ aliæ perſonales, aliæ reales.*
11. *Principes mortales. Reſp. æterna.*
12. *Advocatia cum Rege contracta, durat quamdiu Rex eſt.*
13. *Perſeus fœdus paternum ad ſe non pertinere ait.*
14. *Fœdus Sueco-Saxonicum pro perſonali habetur.*
15. *Fœdera naturâ ſuâ perſonaliâ.*
16. *Cum Senatu vel ordinibus vel ipſo populo inita clientela perpetua eſt.*
17. *Talis clientela tranſit ad ſucceſſorem.*
18. *Populus non moritur.*
19. *Duæ regulæ de Clientelarum duplici naturâ.*
20. *Pactum in rem ſcriptum, eſt reale.*
21. *Ex cauſa, contractu, vel pro ſucceſſoribus inita clientela, perpetua eſt.*

24. Clientela ut ſit perpetua, ab utraq; parte perpetuò durabile ſubjectum requirit.

25. Clientela contractus non poteſt claudicare.

31. Converſâ Reipub. formâ exſpirat clientela?

22. Senatus populum repræſentat.

23. Ordinis Regni, totum populum repræſentant.

29. Commiſſarii ac deputati populi, poſſunt clientelam contrahere.

30. Clientelare pactum cum deputatis vel Commiſſariis ſpeciale mandatum requirit.

26. Pactum cum Civitate vel Collegio eſt perpetuum.

27. Univerſitatum natura eſt perpetua.

28. Collegium durare intelligitur etiamſi ad unum redactum fuerit.

32. Privilegi Commerciorum gratiâ extraneis conceſſa num ſint revocabilia?

33. Hanſeaticorum privilegia fiunt controverſa.

34. Londinenſis emporij, ſive Domus Teutonicæ apud Anglos, Staelhoffs / privilegia à quo primum fundata.

35. Hanſeaticarum Civitatum in Angliam benemerita.

36. Occaſio diſſidii inter Anglos & Hanſeaticos.

37. Bellum Hanſeaticorum cum Anglis triennale, à Carolo Burgundo tandem compoſitum.

38. Hanſeatici quidam mercatores abutuntur Privilegio in fraudem fiſci regii.

39. Decretum Parlamenti Londinenſis contrà Hanſeaticos, quâ omnibus Privilegiis in Angliâ excidiſſe pronunciantur.

40. Anſeatici per Mariam Reginam contrà ſententiam Parlamenti reſtituuntur.

41. Angli ſub Eliſabetha novas lites Hanſeaticis intendunt.

42. Tractatus inter Eliſabetham & Hanſeaticos aliquot annorum.

43. Anglici mercatores Antverpiâ ejecti, apud Hamburgenſes ad decennium recipiuntur.

44. Hamburgenſium de Anglorum receptione cum reliquis civitatibus controverſia.

45. De decennio Hamburgenſi reliquarum civitatum conſultatio & literæ ad Reginam Eliſabetham.

46. Eliſabetha pro Anglis liberum commercium pariter in omnibus Hanſæ civitatibus poſcit.

47. Civitates econtrà Trajectinæ concordiæ & cæterarum tranſactionum obſervationem petunt.

48. Anglici mercatores, Adventurerii dicti, Hamburgo, Erubdam ſe transferre coguntur, undè nova Hanſeaticorum in Angliâ gravamina.

49. Hanſeatici Imperatores, Electores, Poloniæ Regis opem implorant.

50. Sed

50. *Sed fruſtra*
51. *Hanſeatici paritatem ratione commercii Anglis tandem concedunt.*
52. *Hanſeatica controverſiæ progreſſus remiſſivè.*
53. *Rationes quare Eliſabetha Privilegia Hanſeatica potuerit revocare.*
54. *Privilegia ex merâ gratiâ conceſſa, ſunt revocabilia.*
55. *Quod certâ contemplatione datum eſt, fit revocabile ceſſante illâ causâ.*
56. *Anglia ex Privilegiis Hanſeaticis enormiter læſa dicitur.*
57. *Hanſici mercatores immunitate ſuâ abutuntur.*
58. *Ingratitudine & bello interveniente Privilegia tolluntur.*
56. *Non debet minus licere ſubditis Patroni in terris Clientum, quàm ſubditis licet Clientum, in terris Patroni,*
60. *Rationes quare Privilegia Hanſeatica non ſint revocabilia.*
61. *Hanſeatici fuerunt in poſſeſſione Privilegiorum Anglicorum per 400. annos.*
62. *Præſcriptionum jus eſt de jure gentium.*
63. *Jus præſcriptione quæſitum nemini auferendum.*
64. *Privilegia Hanſeatica in bene meritis & officiis præſtitis fundamentum habent.*
65. *Hanſeaticorum merita in Henricum III. Angliæ Regem.*
66. *Privilegia Hanſeatica conceſſa à Regibus: pro ſe et ſucceſſoribus.*
68. *Privilegia illa ab omnibus Regibus obſervata uſq; ad diſſidium Danicum.*
68. *Poſſeſſionis illius continuatio.*
69. *Jura meritis, ære & ſanguine quæſita, ſunt irrevocabilia.*
70. *Privilegia per contractum impetrata. ſunt irrevocabilia.*
71. *Rex vel Princeps tenetur ſtare contractibus anteceſſoris jure gentiũ.*
72. *Conceſſiones à Parlamento roboratæ ſunt perpetuæ.*
73. *Succeſſor in dignitate tenetur obſervare pacta anteceſſoris, ſub nomine dignitatis inita.*
74. *Dignitas non moritur.*
75. *Ceſſante cauſa impulſivâ, non illicò ceſſat diſpoſitum ex illâ.*
76. *Cauſa impulſiva non eſt de eſſentiâ contractus.*
77. *Læſio ex poſt facto non tollit Privilegia per contractum quæſita.*
78. *Commercium Hanſeaticum intrà proximum ſeculum decrevit.*
79. *Univerſitas naturaliter incrementa & decrementa recipit.*
80. *Cum univerſitate contrahens cogitare debet eam augeri & minui poſſe.*
81. *Privilegiâ oneroſo titulo & cum causâ quæſita, ne quidem ob publicam utilitatem revocantur.*
82. *Civitas ex facto unius civis privato, puniri non debet.*

83. De-

83. Donatio Eccleſiæ facta propter unius clerici ingratitudinem non revocatur.

84. Cliens, ſi pacta ſinant, poteſt eſſe neutrarum partium.

85. Reſtitutio facit ceſſare reatum & pœnam.

86. Æqualitas jurium inter fœderatos ſervanda, niſi conventio inæqualitatem fecerit.

87. In pactis realibus & per ſe ad ſucceſſores tranſeuntibus, non eſt de jure neceſſarium novas confirmationes petere.

88. Confirmationes tamen ejuſmodi ſuas habent utilitates.

ABſolvimus tertiam Exercitationis partem: progrediamur itaque jam ad quartam: Quis ſit Advocatiæ noſtræ *effectus*, & qualis hinc indè inter Patronum & Clientem naſcatur obligatio & ſi quæ eorũ ſunt conſequentia.
1. Potiſſimùm verò *effectus* ille conſiſtit in jure & obligatione quâ veluti mutuo quodam vinculo colligantur ſibiq; obſtringuntur invicem, Patronus juxtâ cum Cliente: eaque vel *Patronum* ſeorſim reſpiciunt, vel clientem, vel *utrumq́.* Undè jus, quod ex hac obligatione oritur, aut *proprium* eſt,
2. aut utriusque *commune*. Rurſum communia quæ ſunt, alia *juris civilis corpore* continentur, alia per juris interpretationẽ & *obſervantiam* nata ſunt. Illius generis tria reperio, quæ exprimuntur *in l. 7. ff. de captiv. & poſtlim. reverſ.* Primum ver-
3. ſatur circa jus poſtliminii: ait enim JCtus, inter Patronum & Clientes nullum eſſe poſtliminium *in princ. d. l. 7.* Alterũ
4. libertatem ſpectat; quod Clientela non mutet ſtatum clientis, nec jurisdictionem tribuat Patrono. §. 1. *ibid.* Tertium,
5. quædam exceptio eſt regulæ præcedentis. Etſi enim Patronus vi Patrocinii in Clientem ipſum nullam adipiſcatur jurisdictionem, in ſubditos tamen ejus, & vicisſim Clienti in ſubditos Patroni, mutuam competere jurisdictionem ait, non
6. aliter tamen ac ſi delicti Reus in foro territorio-vè alterius deprehendatur §. 2. *ibid.* Sed quoniam prius illud, uti & tertium caput, exactiùs perſecuti ſumus ſingulari enarratione ad

Digitized by Google

ad dictam *l. 7. ff. de capt. & poſtlim. reverſ.* Secundum quoque illud, *capite mox ſequenti*, quantum ad jurisdictionem attinet, quoad libertatem & ſtatum uberius *capite hujus partis quarto* explicabitur, ideò hic ad eos effectus, qui quidem utrique parti communes ſunt & ex naturâ rei, jurisvè interpretatione & obſervantiâ potius quàm ipſis legum expresſis verbis deſcendunt, tranſibimus. Horum generum primum eſt: *mu-* 7.
tua fides communisq; utilitas, quam utraque pars ex clientelari fœdere percipit. Etſi enim Princeps finis in Clientum causâ verſetur, horum tamen accesſione vicisſim ipſis quoque Patronis, & nominis claritudinem & robur conciliari manifeſtum eſt. Teſtari id poſſunt multorum hiſtoriæ, qui clientelari fide ſe & rem ſuam tutati ſunt. Beſſus, maximo in peri- 8.
culo conſtitutus, & ab 8000. Parthorum, Alexandri adventu territis deſertus, clientum fidem, qui ſupererant, feliciter expertus eſt, *Curt. lib. hiſtor. cap. 4.* Tiridates, cum per ſe im- 9.
par eſſet, auſus eſt clientelari robore, non Armeniam modo ſed & quos prætere a fidos Romanis rebatur, infenſare, apud *Tacit. lib. 13. annal. cap. 37.* Alibi alia occurrunt exempla. Comprimis itaque ad mutuam fidem ſibi obligantur Patronus & Cliens, ejusque non exigua commoda hinc indè ſentiunt.

Alterum genus, *durationem* obligationis concernit & ex 10.
diverſitate ſubjectæ materiæ clientelam aut contrahit aut extendit. Quod ſi enim cum Rege aut Principe ſimpliciter inita fuerit clientela, ex *Perſonalium* conventionum naturâ cenſebitur, eritque temporanea: ſin cum Regno, Principatu, Republicâ, magis eſt ut *realium* munero habeatur, eritque perpetua *arg. l. Iuris gentium. 7. §. pactorum 8. ff. de pact.* Diſparitatis rationem ſi quæras, ſuppeditabit eam Tiberius Imperator, *Principes mortales eſſe, Rempubl. æternam*, in edicto ſuo a- 11.
pud *Tacit. lib. 3. annal. cap. 6. n. 5.* Ità *Vincentius Cabotius* JCtus 12.
Aurelianenſis, de pactis Principum in genere: His caſibus,

 ait,

ait, plurimùm intereſt, cum quo icta fuerint. Nam ſi cum Rege tantùm; pro eo ſaltèm tempore icta cenſebuntur, quo ipſe regnum adminiſtratur, undè eo mortuo exſpirant, *lib. 2. diſput. jur. publ. & privat. cap. 14.* ubi addit ità definire Interpp. communiter *in c. I. X. de probat. adde Iaſ. in terminis hujus materiæ, ad l. ſi ſic ſtipulatus. ff. de Verb. Obl. & Menoch. conſil. 29. n. 24. Sebaſt. Med. tract. mors omnia ſolvit. part. 2 n. 11, 129, 130.*

13. Ut mittamus alia exempla Cabotio ibidem obſervata, memorabile eſt (quanquàm *Grotius* idem ad realia trahat, *lib. 2. de jur. bell. & pac. cap. 16. §. 16.*) quod ex *Livio lib. 42. cap.* inſerit de Perſeo Macedonum Rege. Is enim cum Romanorum legati inter alia, fæderis paterni religionem illi objectarent, vim argumenti hac exceptione diluit: *Fœdus cum Patre*
14. *ictum, ad ſe nihil pertinere.* Idem noſtro tempore conſideratum fuit in fædere Sueco-Saxonico, *1. Septemb. Anno 1631.* inito. Cum enim in prælio Lüzenſi obiiſſet potentiſſimus Sueciæ Rex Guſtavus Adolfus, Regniquè p. t. Adminiſtratores Sereniſſimum Saxoniæ Electorem, literis ad eum miſſis, Fæderatum adhuc ſuum appellarent: Saxo *è caſtris Hallenſibus 27. Febr. 1638.* reſpondebat: Fœdus, quod cum defuncto Rege interceſſiſſet, mortalitatis interventu peremtum eſſe, tùm quòd nullum in formulâ fæderis exſtaret verbum undè perpetuum argui poſſet, cum ſi vel Rex hoc voluiſſet vel ipſe Elector ità intellexiſſet, ſine dubio apertius dixiſſent: tùm quod â familiâ ſuâ Electorali, ejuſmodi hæreditaria fædera planè eſſent aliena. Idemquè repetit *literis 5. Martii. eodem anno eo-*
15. *demq; loco ſcriptis*: Morte Sereniſſimi Regis, *ſicut verba habent*, fœdus peremtum, eamque eſſe naturam & notam fæderum, ut ad hæredes non ſint tranſitoria, niſi in formulâ pactorum aliter cautum ac proviſum fuerit, aut poſt obitum unius vel alterius fæderati fædus renovatum. *Vid.* Beylagen der Ablehnung wider den Pragerischen Frieden/ *movirter dubiorum lit. D. fol. m. 161.*

Et

Et hæc in genere ità dicta, (ſingularia enim iſta ſuo loco relinquimus) minus dubii habent, ſiquidem cum Regis aut Principis perſonâ abſolutè pacta ſit clientela: Quod ſi verò 16.
vel Senatus vel Ordines ac Proceres Regni in contractum venerint deque conſenſu eorum publicis, ut ſolet, comitiis tabulæ confectæ, vel etiam ipſe populus natio-vè contraxerit unà cum Rege, num tale pactum novi ſucceſſoris interventu finiatur, aut ſaltèm renovatione & confirmatione indigeat, quæritur? Et ſi quidem natio populus-ve ſe unà cum 17.
Rege obligaverint, quin tranſeat obligatio ad quemcunque ſucceſſorem, vix dubitare licet. Ità enim quod geſtum eſt cum populo magis quàm cum Rege geſtum eſſe videtur, *Bodin. de Republ. lib. 5. cap. 6. fol. m. 911. & 912.* Et populus, æquè 18.
ac Reſpub. nunquam mori ſed ſemper vivere idemque eſſe putatur, qui ab hinc 100. annis fuerat, quanquam nemo ex illis nunc vivat, uti loquitur Alfenus *lib. 6. digeſtor. in l. proponebatur. 76. ff. de judic.* Hinc pro cautione traditur, ſi perpetuum & ſtabile velimus fœdus, cnm populo ſeu natione ut contrahamus *Vinc. Cabot. dict. lib. 2. cap. 15.*

Sed hæc ut univerſim recte conſtituantur, duabus regulis dividenda ſunt: *Prima*, de clientelis cum Regis aut Prin- 19.
cipis perſonâ initis, quæ naturâ ſuâ perſonales ſunt, & morte, ſicut diximus, paciſcentium finiuntur: *Altera* ſi cum gente aut populo contractum ſit: tunc enim perpetuæ ſunt & ad quoscunque in regimine ſucceſſores pertinent tàm activè, ut loquimur, quàm paſſivè, *per jam dicta.* Utraque regula ſuis iterum admonitionibus opus habet. Ac *prior* illa quidem 20.
exceptionibus quibusdam firmanda eſt. Contingere enim poteſt, ut pactio realis ſit, in rem ſcripta, quanquam Regis aut Principis ſolius mentio facta ſit, *argum. d. anteà l. 7. §. 8. ff. de pact.* Sic realium pactorum numero & perpetua erit clientela (1.) ſi adjectum fuerit, fore *perpetuã*, (2.) ſi *cauſam* habeat 21.

perpetuam; quod & tunc intelligitur quando *oneroſo*, quod dicimus, titulo ex unâ & cum emolumento ex alterâ parte quæſita eſt, (3.) ſi & *pro ſucceſſoribus* contracta ſit obligatio *Grot.d.lib.2.de jur.b.& pac.cap.16.§.16.* (4.) ſi per modum contractus inita ſit clientela *Peregrin.lib.1.de jur.fiſc.cap. Habentes jura fiſci an poſſint etc. n. 28. Beſold. lib. 1. polit. cap. 8. §. 33. verſ. 2.*
22. (5.) ſi unà cum Rege Senatus Regni, qui populum repræſentat, contraxerit; horum enim aſcitu mortalitas Principis ſuſtinetur in corpore, quod tractum habet ſuccesſivum. *Beſold.*
23. *lib.2.polit.cap.3 ſub §.7.n.59.& 60.* (6.) ſi ordinum at procerum conſenſus in comitiis fuerit adhibitus, ſunt enim & hi vice
24. populi. *Buſ.de Repub* Deindè *altera* quoque regula limitanda atque ità demùm intelligenda erit, ſi populus ſit utrinque qui contrahant. Etenim, ſi *verb. cauſ.* ex alterutrâ parte Rex aut Princeps ſolus & pro ſe tantùm, Civitatem aliquam in tutelam recepiſſet, quamvis ex parte Clientum posſit eſſe perpetua, ſolveretur tamen obligatio morte Regis aut Prin-
25. cipii illius, cum hujusmodi conventiones quæ utrinque ſunt obligatoriæ, non posſint claudicare aut eſſe unilateres *l. Labeo.ff.de verb.ſignifi.*

Ampliabitur verò eadem hæc ſecunda regula ut ſubſiſtat
26. clientela, (1.) non tantùm in populo aut gente, ſed & in Republicâ, Civitate, vel Collegio. Hujusmodi enim corporum eadem eſt natura, quam populi eſſe diximus, nempè ut adje-
27. ctionibus h. e. ſubſtitutionibus in locum deficientium partium, perpetuò conſerventur & maneant, uti JCtus Pomponius loquitur *lib.30.ad Sabin.in l.30.§.2.ff.de uſurpat.& uſucap.* &
28. in ſpecie de univerſitate ſive Collegio Ulpianus; ſtare adhuc nomen, *ait*, etiamſi ad unum redacta fuerit *in l. ſicut municipi-*
29. *um.7.§.2.ff. Quod cujusq. univerſ. nom.* (2.) ſive ipſe populus curiatim, univerſitas, Collegium viritim, ſive per deputatos & Commiſſarios egerit: dummodò hi tamen ſpecialiter ad

hoc

hoc deputati fuerint cum plenâ, quod dicitur, poteſtate. Speciale enim hîc mandatum requiritur; utpotè in re maxi- 30.
mi momenti, *Angel. in l. benè à Zenone, C. d. quadriennal. praeſcr. Speculat. tit. de treug & pac. n. 4. vid. nob. Dn. Iacob. Stypman. diſſertat. peculiari: An Imperatores belli, poſſint pacem facere? theſ. 4. & 5.* (3.) ampliabitur; etiamſi forma Reip: hinc aut indè 31.
fuerit converſa, *v. gr.* ſi ex monarchico regimen tranſierit in populare, aut viciſſim ex populari in monarchicum, aliis-ve modis. *Cabot. d. cap. 15. diſp. jur. publ. & privat. cap. 15. add. Grot. lib. 2. de j. b. & p. cap. 9. §. 8. & d. cap. 16. §. 17.* ubi elegans citat *Lucani* dictum:

——non unquam perdidit ordo
Mutato ſua jura loco.

add. l. in bello. 12. §. l. ſi captivis. 20. §. 1. ff. de captiv. & poſtlim. reverſ. l. ſi ager. 26. ff. quib. mod. uſufr. amit.

Atque ex his poſſit fortè intelligi (ut velut excurſione 32.
quâdam hoc injiciamus) quid ſentiendum ſit de Privilegiis ac immunitatibus commercii gratiâ pluribus aut uni civitati conceſſis, perpetua-ne ſint an ex arbitrio revocabilia? Quae 33.
quidem controverſia incidit ſuperiori ſeculo Civitatibus Hanſeatico faedere ſociatis, tùm in Flandriâ, Moſcoviâ, *vid. Cranz. Vandal. lib. 9. cap. 19. ann. 1386.* tùm maximè cum Eliſabetha Angliae Reginâ, propter ademta aut turbata certè jura domus Teutonicae quae eſt Londini *Staelhoff* dictae, totiusq; adeo commercii Hanſeatici Privilegia. Eaque res quale initium quemque progreſſum habuerit usque ad ann. 1581. cum à doctiſſimo *Chytreo* & nervoſe & ſcitè deſcripta ſint, non pigebit ejus excepta quaedam hîc inſerere. Is itaque *Londinenſe*, inquit, *emporium ab Rege Henrico III. Ioannis Filio Privilegia* 34.
primum accepiſſe, ex Polydori Virgilii hiſtoriâ notum eſt. Quae ſucceſſores illius Eduardi ac imprimis Eduardus III. in bello adverſus Philippum & Ioannem Valeſios, Galliae Reges feliciter geſto, auxilia

35. *civitatum fida ac firma expertus, ita locupletavit, ut ſuo ac ſucceſſorum nomine, nullis novis vectigalibus, tributis, exactionibus, ſubſidiis, aliisvè præſtationibus, in Gildehalda Teutonica collegio negotiantes onerandos, aut immunitates eorum minuendas eſſe, peculiari diplomate ſanxerit, quod ſecuti Reges Richardus II, Henricus IV, V, & VI. religiosè ſervarunt.*

36. *Cum autem poſtea bello inter Eduardum III. & Danos vigente, Angli quidam, in Islandiam, Regis Daniæ provinciam, trucidato illius præfecto impreſſionem feciſſent; Ac Rex Daniæ viciſſim Anglicas naves in ſuo Helleſponto & alibi deprehenſas detineret, piratæ Angli rurſum Hanſæ civitatum naves amplius ſexaginta capiunt ac ſpoliant, nec finem ullum aut modum graſſandi in mercatores faci-*
37. *unt. Extremâ igitur neceſſitate civitates impulſæ, bellum totos tres annos cum Eduardo gerunt, donec tandem Carolus Burgundus, qui ſororem Eduardi in matrimonio habebat, controverſiam, reſtitutis Hanſicæ ſocietati veteribus in Anglia Privilegiis, Trajecti compoſuit. Ab eo tempore annos circiter octoginta ſub Richardo III, Henrico VII, & VIII, & Eduardo VI. immunitates in Anglia ſuas Germa-*
38. *ni retinuerunt; donec Dantiſcani quidam mercatores, Adrianus & Michaël Roſeleri, & in his Conſul Ioannis à Werden gener, temerario & fœdo auſu, vectigal, Regi Angliæ à Polonis aliquot mercatoribus pendendum, averterunt. Cum enim Teutonicæ Hanſæ ſocii vix dimidium vectigalis, quod exteri pendunt, de mercibus evehendis numerarent; Dantiſcani illi, de Polonorum mercibus in naves ſuas impoſitis, ſuo nomine ſolverunt, atq; ita regem bona vectigalis parte defraudarunt. Londinenſes igitur mercatores Angli, jamdudum ſocietati Germanorum Hanſicæ libertatem illam invidentes, & nihil præter juſtam occaſionem & prætextum eam labefactandi, ac evertendi captantes, Decretum à Parlamento impetrarunt, quo Ger-*
39. *manos omnia emporii illius jura, immunitates, Reſidentiam & Privilegia amiſiſſe, iisq; perpetuò privatos eſſe, nec unquam recuperare debere pronunciarunt. Cum autem durior & iniquior ſententia videre*

videretur ob unius & alterius delictum totam ſocietatem adeò graviter plecti; Eduardus VI. adhuc ſuperſtes, rogatu civitatum, controverſiæ totius amicè componendæ cauſa, diem indixit; ad quem Ioannes à Werden eques & Conſul Dantiſcanus, Hermannus Falco Conſul Lubecenſis, Albertus Hacman Conſul Hamburgenſis etc. ingenti pompâ & ſumptu Londinum profecti ſunt, ubi circa illorum adventum morte ſublato Eduardo, Maria ſoror regnum excipiens, po- 40.
ſteaquam multis menſibus cum civitatum legatis communicatum tractatumq; fuiſſet, tandem ita rem omnem componi clementiſſimè paſſa eſt, ut Hanſæ fœderatis civitatibus, ad formam antiquorum privilegiorum, initorumq; contractuum, omnis commerciorum ratio, ita liberè, eoq; prorſus modo conſtaret, quomodo iis Henrici ſeptimi avi, atq; Henrici octavi patris temporibus uſi, gaviſiq; unquam fuiſſent. qua de re voluntatem ſuam non tantùm regio diplomate clementiſſimè declaravit, ſed quàm plurimis etiam ſingularibus mandatis ad præcipuorum portuum regni ſui præfectos decretis Hanſæ mercatores priſtinis ſuis Iuribus reſtitui præcepit.

Etſi autem vix anno vertente Adventurariis ſeu Londinenſibus 41.
Anglis mercatoribus rurſum querelas de Hanſicorũ in Belgio mercatu moventibus, novi conventus occaſio ſubminiſtrata fuit, quas quidem querelas Philippus Hiſpaniarum Rex, pro ſuo in Hanſæ ſocietatem clementiſſimo animo interveniens, componere ſtuduit: quia tamen earundem finiendarum diem Maria ſua etiam morte antevertit, eam ob cauſam illa querelarum capita in exordium regni Eliſabethæ rejecta fuerunt; ſub qua poſt multorum menſium frequentes inter Reginæ commiſſarios & Hanſæ legatos habitas communicatio- 43.
nes, utrinq; re infectâ diſceſſum eſt; hoc excepto, quod à Legatis Hanſæ petitum fuit, ut aliquot à Regina propoſitos articulos ad ſuos perferrent, de quibus, an & quatenus placere poſſent infra ſex menſes ſententiam ſuam reginæ explicarent. Hi verò in conventibus Hanſæ, communicato conſilio, reſponderunt, contenta illorum Articulorum ſubſtantiam ejus fœderis, pacisq; perpetuæ, quam cum Regibus

& regno

& regno Angliæ jam olim inviſſent funditùs tollere, aliaq́ inæqualitatis pleniſſima, cum damnis, præjudicioq́ vicinorum Regum, aliorumq́ principum conjuncta, commercium uſui, libertatibus, conſuetudinibus, privilegiisq́ adverſantia, continere. Quæ cum inter reginam Angliæ & civitates Hanſicas, aliquot annos ſine ullu fructu diſputarentur, accidit, ut offenſionibus, inter Philippum Hiſpaniæ
43. *Regem & Anglam exortis, Angli mercatores, Ferdinandi Ducis Albæ Gubernatoris Belgici edicto Antverpiâ diſcedere cogerentur. Quare cùm Hamburgenſi civitate Angli egerunt, ut immunitate aliquâ conceſsâ, Hambungi decennium eis domicilium ac ſedem certam habere, aliasq́ merces ſuas in Germaniam transvectas, liberè diſtrahere & commercia cum quibusvis exercere liceret. Quâ receptione Anglorum in civitatem Hanſæ Hamburgum, cum magis etiã*
44. *communia Hanſæ civitatum privilegia in Londinenſi emporio, labefactari & extingui, & ob unius civitatis commodum toti communi ſocietati incommodari, paſsìm cæteræ civitates quererentur: Hamburgenſes in aliquot Hanſæ conventibus ſe excuſarunt, ac nulli ſe labori aut ſumptui in privilegiis Londinenſibus Hanſæ conſervandis ſuperioribus annis pepercisse oſtenderunt. Cum autem fruſtra niti civitates Hanſæ, & Anglos alibi in Germania domicilium Embdæ collocare velle viderent; à quibus cives Hanſæ, & alij, pannos aliasq́ merces Anglorum emptas diſtraxiſſent: ſe ſuorum etiam civiũ commodis, absq́ aliarum civitatum Hanſæ injuria, conſulendum judicaſſe, ſicut expreſsè poteſtati eſſent, hanc Anglorum receptionem nihil Civitatum Hanſæ libertati & juribus obeſſe debere, & in Trajectenſi concordia diſertè ſanciri, ut Anglis, in civitatibus Hanſæ negotiari, non minùs quàm Hanſicis Londini & in reliqua Anglia, liberum eſſet, nec unam civitatem Hamburgenſem plus quàm totum corpus ſocietatis Hanſicæ ad conſervanda privilegia Anglica, virium habere. Quibus cum ſe non amplius poſſe videant ex loco illorum jam ſola licentia, ſeu poteſtate evehendi certo numero pannos, ad tempus data, non contenti eſſe cogantur: plus incommodi mercatorum ſocietati*

Lon-

Digitized by Google

Londinenſi allatum niſi pacta cum Anglis inita jam retractent. Tali 45.
igitur conditione commercia cum Anglis Hanſica, uſq; ad annũ mil-
leſimum quingenteſimum ſeptuageſimum nonum manſerunt. Chron.
Saxon.lib.23.fol.m. 673, 674, & 675. Eodem pertinent quæ ha-
bet *lib.24.fol. m.710. & 711.* ubi de conventu Hanſeatico anno
1579. Lubecæ inſtituto agens, *Alterum*, inquit *de Londinenſi*
Emporio & commerciis Anglorum deliberatio fuit, cùm enim An-
gli mercatores, totum jam decennium Hamburgi ſedem certis condi-
tionibus habuiſſent: Regina Angliæ, conditiones ſeu privilegia, An-
glis à Senatu Hamburgenſi conceſſa, exeunte jam decennio renovari
& prorogari literis ſuis petiverat. Hamburgenſes ad conventum
civitatum Hanſæ, cauſam rejecerant ſine quarum conſenſu, ſalvis
ſocietatis juribus, nihil ſtatuere ſolerent. Scribunt igitur civitates
Vandalicæ ad Reginam, &, in quarto concordiæ Trajectenſis, inter
Regem Edvardum quartum & Hanſæ civitates erecta articulo, for-
mam certam, quatenus, quibusq; legibus, utrorumq; ſubditi, alteri
cum alteris commercia exercere poſſint & debeant, præſcriptam ſer-
vari, & illam ipſam concordiam ac cætera in Regno privilegia ſua,
tandem confirmari petunt. Regina verò, nihil ſe de his rebus actu-
ram prius oſtendit, quàm continuatam Anglis ab Hamburgenſi civi-
tate reſidentiam & privilegia huc uſq; conceſſa intellexerit, ne hanc 46.
repulſam ſuis oblatam, & ejectionem ex civitate Hamburgenſi ad-
mittens, aliquam illis ſua culpa ignominiæ notam injicere videatur.
Domi verò decretum promulgat: Niſi conſul & ſenatus mercatorum
Hanſæ Londini, ante diem 25. Martij, cautionem idoneam reginæ
præſtet, Anglos mercatores, Hamburgæ & in cæteris Hanſæ civita-
tibus eandem libertatem reſidendi & liberè emendi ac vendendi ha-
bituros eſſe, quam Hanſæ ſocietatis mercatores Londini in Anglia ha-
berent: poſt dictum, etiam Hanſicis mercatoribus, libertatem nego-
tiandi priſtinam, in Anglia ademptum iri, eosq; pari cum cæteris pe-
regrinis mercatoribus conditione fore. Etſi autem rogante ſenatu
Lubecenſi executionem decreti, uſq; ad diem D. Jacobo Sacrum,

Digitized by Google

quo in Hanſa conventu, communicato conſilio reſponſuri eſſent prorogavit, tamen priori decreto diſertè addidit, neminem ad ullarum mercium exportationē importationemvé admiſſum iri amplius, niſi prades cautionesvè dediſſet (ſi minus idoneè civitates Hanſæ ex cōventu reſponderent, nec Reginæ voluntati ſatisfacerent) ſe reliquū id omne vectigal ſuper additurū, quod interea minus, quàm ab exteris
47. *præſtitū fuiſſe inveniretur. Tandē igitur in hoc conventu, re deliberatâ, Reginæ poſt declarationē ſuæ erga Reginā & Regnū obſervantiæ, & deſideriū conjunctionis, jā à trecentis annis inter Regnum Angliæ, & civitates Hanſæ ſervatæ, & Trajectenſis imprimis concordiæ ante centū quinq; annos initæ, & pactorū utrimq; ſubditis ſalutariū religioſè ſervandorū: tandē ad reſidentiā Anglorū in ſocia Hamburgenſi civitate continuandū, quod attinet, reſpondent, eam civitatē, allectā ſpe, tùm ſuos, tùm ſociarum civitatum Hanſæ mercatores, in Regiæ Majeſtatis regnis, hoc paratius, promptiusq; in ſuis juribus, privilegiis, libertatibus, liberisq; cōſuetudinibus defenſū iri, ſi Adventurariorū collegiū hoſpitio non tantùm exciperet, ſed aliquibus etiam privilegiis immunitatibusq; ornaret. Cæterùm cū non ſua duntaxat ſuorumq; civium ac incolarū privatâ, ſed & vicinorū omniū publica nō ferenda amplius jactura, re ipſa jam experta fuerit, ſupra decenniū continuata præſtitaq; reſidentia inſtitutuū, abſq; plurimorū civium ruinâ, diſcordia, æmulatione ſociarumq; civitatū, vicinorumq; querelis, atq; id genus aliis majoribus malis ſubſiſtere nō poſſe; cōmunibus votis Regiā Majeſtatē rogare, ut æquo ac candido animo ferat, ſi intra limites antiquarū Tranſactionū, quæ ad amuſſim obſervatæ, tranquillitatis, honeſtæq; utilitatis plurimum, incommodi verò nihil utrorumq; ſubditis attulerunt, civitates manere cupientes, novarum rerum diſcrimina periculaq; ſubterfugienda exiſtiment.*

48. Tertius locus eſt, *eod. lib. 24. f. m. 719. & 720. Hamburgenſes ait, mercatoribus Angliæ hoſpitiū & liberā negotiandi facultatē annos jā decem in ſuâ urbe præbuerant. Id cùm reliqua ſocietatis Hanſicæ civitates ægerrime ferrent, ac communi fœderi, & ſaluti Hanſicæ plu-*

rimum

rimum afferre detrimenti judicarent: exacto decennio Angli Hãburgâ dimiſſi, Embdam in Friſiam Orientalem commigrarunt! Angliæ verò Regina cùm ſubditis ſuis Hamburgi hoſpitium, & libera cũ exteris commercia, renunciari didiciſſet; viciſſim Hanſæ civitatum mercatoribus Londini reſidentibus libertatem negotiandi priſtinam adſtringit, & onera nova per decretum imponit. Cùm autem ad Hanſæ civitatum, quæ ſuperiore anno Lubecæ ea de causâ frequentes convenerant, petitionẽ, Angliæ Regina, decretum de mercatoribus Hanſæ Londini abolere planè recuſaret; niſi Anglis mercatoribus ſimilem libertatem in Hanſæ urbibus commercia exercendi, et promiſſa Hamburgæ privilegia, prorogatum iri intelligeret: civitates aliquot ad hanc cauſam delectæ, Luneburgi denuò conveniunt. Ubi primùm 49.
ſimilem cautionem, qualem ab Hanſicis Londini Regina flagitaret, viciſſim in Hanſæ civitatibus ab Anglis ſumi & de omnibus Anglorum mercibus N. pro centum exigi, & legatos ad Poloniæ Regem & Cæſarem imprimis ac imperii Electores de prohibendis in Germaniæ urbibus Anglorum monopoliis mitti placuit. Etſi autem Cæſar, Ezardo & Ioanni Friſiæ comitibus, ut Anglos ex urbe Embda, quo Hamburgâ digreſſi ſe contulerunt, dimitterent ſeriò mandavit, tamen cùm illi cauſas exponerent, cur Cæſareo mandato parère non tenerentur: nihil præter ſcriptorum hinc inde commutationes ſecutum eſt amplius. Angliæ etiam Regina, miſſis ad Imperatorem & Daniæ ac 40.
Poloniæ Reges legatis, Hanſicorum molitiones adverſus ſuos antevertere, ac impedire conata eſt. Poloniæ Rex per Dantiſcanos & Thornenſes, cum ſecretario collegij Londinenſis nomine civitatum Hanſæ rogatus, ut Anglicum monopolium, quod Elbingæ inſtituere conarentur, impediret: cùm in apparatu expeditonis contra Moſchos occupatus eſſet, epiſcopum Cujavienſem Staniſlaum Carnicovium, & Palatinum Sendomirienſem Iohannem Coſtam, Commiſſarios Elbingæ cauſam cogrituros deſignavit, ex quibus, cùm hic paucis poſt diebus morte exſtinctus, ille ad Gneſnenſẽ Archiepiſcopã evectus eſſet: res tota in ſuſpenſo manſit. Viſum igitur delectis ad hanc Anglicam cauſam

Digitized by Google

civitatibus, coventũ quatuor Hanſæ metropoleon & Vandalicarũ ac Bremenſis civitatum Lubecæ indicendum eſſe. Quartus locus eſt,
51. *lib. 25. fol. m. 744.* ubi, *Lubeca*, inquit, *conventus 4. metropoleon Hanſæ, & Vandalicarum ac Bremenſis civitatum, de Anglorum monopoliis in Germania prohibendis, & libertate commerciorum priſtina Londini recuperanda, menſe Octobri inchoatus eſt. Cùm autem Cæſar, cujus interceſſione fruſtra civitates apud Anglam uſæ fuerant, ulteriorem cauſæ tractationem ad comitia imperii rejeciſſet; & per fiſcalem, adverſus Ezardum Friſiæ Comitem procedendi, ratio incommodior videretur: & periculum ac interitus privilegium ac totius negotiationis in Anglia imminens, conſilium præſens ac expeditum flagitaret: tandem decreta adverſus Anglos, ſuperiori anno Lunaburgæ facta, ſe non exſequi, verùm diſſolvere & abolere velle, ad ſeniorem collegij Londinenſis ſcribunt cui paulò antè, ſuſpenſionem edictorum Anglicorum adverſus Hanſæ civitates petenti, Reginæ conſiliarij reſponderant: ſi civitates Hanſæ prius ſua decreta adverſus Anglos in conventu Lubecenſi aboleviſſe docerentur, tum viciſſim ſocietati Hanſicæ ſua privilegia in regno Angliæ, ſicut ea ab initio im-*
52. *perij hujus reginæ habuiſſent, continuatum & prorogatum iri.* Plura de iis videre qui volet, videat *Meteran. Hiſtor. Belgic. lib. 18. ad ann. 1597. & lib. 19 paſſim. J. Aug Thuan. lib. hiſtor. 51. Il Theſoro politico nella terza part. tit. della controverſia c' hanno le terre Hanſeatique con la Regina d' Ingelterra. J. Angel. Werdenhagen. de Rep. Hanſeat. part. 4. cap. 18. etc.*

53. Cæterum jus ipſiusque adeò propoſitæ quæſtionis nódum quod attinet, pro ſereniſſimâ quondam Angliæ Reginâ ſequentia afferri potuiſſent: I. Immunitates jura & privilegia, quæcunque Hanſeaticis in Angliâ competant, niti meris precibus meroque Regum anteceſſorum beneficio, gratiâ, &
54. beneplacitis; qualia aut revocari poſſe ex beneplacito concedentis, aut ſaltem morte ejus finiri, communiter traditum, *ex l. 4. ff. locat. c. ſi gratioſè de reſcript. in 6. Thom. Maul. de homag.*

Digitized by Google

mag. cap. 9. n. 105. Beſold. lib 1. polit. cap. 8. §. 33. verſ. 1. II. Quod 55.
eadem jura ac privilegia conceſſa fuerint certâ contemplatione certisq; ex cauſis ad id impellentibus & moventibus; ceſſantibus itaque cauſis illis, neceſſum eſſe ceſſet quoque effectus ex cauſis illis determinatus, *per regulã: Ceſſante causâ etc.*
III. Idque eò magis, quod Anglia, plus jam detricenti cape- 56.
ret ex Hanſeatico commercio quàm utilitatis: Boni a. Regis eſſe omne nocumentum avertere à ſubditis ſuis, neque extranearum gentium utilitatem ſui regni utilitatibus præferre. Itaque videtur res redire ad principium undè propter enormem læſionem, aucto præſertim à primâ conceſſione civitatum commercio, veriſimiliter non incepiſſet nec abſque injuſtitiâ incipere potuiſſet: quibus caſibus per
ſe enervari obligationem pacti tradit. *Grot. lib. de jur. b. & pac.* 57.
cap. 14. §. verſ. illud hic addendum. IV. Quod orto inter An-
gliam & Daniam bello, acceſſione ad partes Daniæ, pariter 58.
videantur civitates amiſiſſe jura Anglicana V. Quod ipſius Hanſæ mercatores invectione mercium alienarum, quaſi tamen ad ſe pertinentium, (ſicut de Gedanenſibus quibusdam relatum anteà ex Chytræo) regium vectigal defraudaſſent, atque ità indignos ſe privilegio reddidiſſent, *arg. l. Iudæos. 11. verb. amiſſuri permiſſa niſi ab illicitis temperaverint. C. de Iuda. & cœlic. l. 4. ibi niſi ſub ſpecie legationis. C. de commerc. & mercat. cum* 59.
ſimill. VI. Quod denique Anglicis mercatoribus hoſpitium, ſicut ex controverſiâ Hamburgenſi patet, denegando, ingratitudinis crimen contraxiſſe videantur: cum inhumanũ valdè ſit, velle frui tàm egregiis & opimis in Angliâ privilegiis, & nolle viciſſim Anglis habitandi & commercandi locũ in Germaniá permittere, qualis inæqualitas cum fœderis naturâ videtur pugnare, ſicut æqualitas contrà amica, nutrix & altrix concordiæ eſt, ut proverbio Germanico dicimus, Gleichheit erhält Fried und Einigkeit. *Ampliſſ. Dn. Renik. de reg. ſec. & Eccleſ. lib. 2. cap. 5. n. 10. in fin.*

60. Contra pro Hanſeaticis etiam non exigua militant argumenta, quibus privilegia ſua nec per ſe revocabilia, nec à Reginâ revocari jure potuiſſe, aſſerant. I. Enim niti poſſunt jure
61. quæſito, ejusque poſſeſsione vel quaſi, per 400. fermè annos quiete continuatâ ac ſi quà interrupta turbata-ve fuerit, mox tamen reſtitutâ. Præſcriptione autem non inter priva-
62. tos ſolum, uti *Vaſquius* voluit, ſed & inter gentes & nationes perpetuum jus quæri, niſi imperiorum ſimul & regnorum poſſesſiones omnes fere in dubium revocare & continua bella ſerere velimus, ex communi gentium ſenſu rectè docet *Grot. lib. 2. de j. b. & p. cap. 4 §. 1, 2, & 9. Item Albert. Gentil. de jur.*
63. *bell. lib.* 1. *cap. 22.* Pro quo etiam facit quod ſi jus etiam privato ità quæſitum auferri nequeat, imò ne quidem ſubdito à Principe posſit, multò adhuc minus non ſubditis poterit *Grot. d.*
64. *lib. 2. cap. 14. §.* 8. II. Accedit argumento huic robur ex eo, quòd tàm origine quàm progreſſu horum privilegiorum inſpecto ſatis appareat, non ex merâ affectione & liberalitate regiâ data eſſe, ſed ob benemerita in Reges Regnumque, quibus Hanſeatici tot inſignia præſtitere olim officia, ut non aliter quàm hoc perpetuæ amicitiæ redhoſtimento compenſari dignè poſſe viderentur: ut adeò jus indè quæſitum non ex merâ gratiâ, ſed *ex causâ* ſuâ pendeat quæ ipſum jus reddit ir-
65. revocabile. Henricus III. enim Angliæ Rex, poſtquàm complures Hanſeaticæ ſocietatis naves in uſum belli Gallici accepiſſet, eoque auxilio victor exſtitiſſet, quaſi æterno beneficio devinctus, debitâ ob id præſtiti auxilii mercedem naviumque eodem bello deperditarum reſtitutionem hoc privilegio compenſare voluit, ut Teutonicæ Hanſæ mercatoribus merces ſuas in Angliâ liberè importandi & exportandi facultas eſſet, ſolutâ *centeſimâ* tantùm parte loco vectigalis; id
66. quod contigit initio ſeculi 1200. à Chriſto nato. Atque hoc ille privilegium, ut perpetuum & irrevocabile eſſe conſtaret, & ſibi

Digitized by Google

& ſibi *& poſteris ſuis* ſanctum & inviolabile eodem diplomate ſanxit non ſolum, ſed & Reges 14. Succeſſores ordine ſartum tectum conſervarunt. *Ioan. Angel. Werdenh.d. part. 4. de Rebusp. Hanſ. cap 18. f.m. 1332. Thuan. hiſtor. lib. 51.* Rurſus, cum 67.
Eduardus Rex, ſeculo XIII. fidem & opem confœderatæ Hanſæ non minus & ipſe expertus eſſet, peculiori diplomate denuò ſanxit: libertatem & immunitates olim quæſitas, *perpetuò* relinquendas eſſe integras & inviolabiles; quod & à Richardo II. Henrico IV. & cæteris ſucceſſoribus religiosè obſervatum, niſi quod ardente inter Anglos & Danos bello intervenit, quo etiã Hanſeaticæ civitates implicabatur. Sed & hoc à Carolo Burgundiæ Duce Trajectinâ compoſitione ſopitum eſt anno 1474. Civitatesque undè per 80. annos, re- 68.
gnantibus interea Richardo III. Henricus VII. & VIII. & Eduardo VI. in quietâ poſſesſione manſere, donec tandem Gedanenſium quorundam culpâ occaſionem conſiliarii quidam adipiſceretur, turbandi jura tot jam annorum ſeriè juſto titulo quæſita & poſſeſſa, *teſte Werdenhag.d.loc.fol.*1333. At verò 69.
quod ex causâ, nempè beneficiis, officiis, meritis, ære & ſanguine deniquè ſemel legitimè quæſitum, id perpetuum eſſe, nec à ſucceſſoribus aut hæredibus infringi absque juſtitiæ violatione poſſe, omnia jura, omnis ratio docet, *vid. Dd. Comm. in l. 2. C. de revocand. donat. & ibi Tiraq. in verb ſuſceperit, n. 202. etc.* III. Etiam illud conſtat inter Jureconſultos: jura 70.
ac privilegia per modũ contractus quæſita, nec ab ipſo concedente nec à ſucceſſore ejus, ſive in hæreditate ſive in dignitate ſuccedat, revocari poſſe. Contractus enim ſunt juris 71.
gentium, cujus obligatione Princeps ſucceſſor non magis ſolutus eſt, quam hæres privatus, uti in terminis noſtris *Tapiâ in l. fin. de conſtit. Princip part. 2. cap. 9. per tot. Rauchb. part. 2. quæſt. 11. n. 59. etc.* Eſſe autem Anſeaticis jura ſua in Angliâ per modum contractus quæſita, ſatis ex diplomatibus eorum & hi-

ſtoriâ

72. ſtoriâ ipsâ patet. IV. Privilegia illa autoritate Parlamenti, in quo totum Regnum eſt repræſentativè, fuere & conceſſa & ſtabilita; & vel hinc perpetuitatem nacta ſunt immutabi-
73. lem, *per ſup. dicta*. V. Imò quamvis Rex ſolus contraxiſset, fecit tamen hoc ſub nomine dignitatis, ut loquuntur noſtrates, h. e. tanquàm Rex; talibus autem pactis etiam ſucceſsores in dignitate teneri, & JCtorum conſtans eſt traditio & ratione ſuâ nititur: quòd dignitas non moriatur, ſed in quo-
74. vis ſucceſſore ſemper videatur eſse continuari. *vid. poſt Everard. Cravett. Decian. in conſiliis, celebratum in publici juris controverſiis ICtum, Theod. Reink. lib. 1. de reg. ſec. & Eccleſ. claſſ. 3. cap. 10. n. 31.*

Nec difficilis reſponſio videtur ad ſuperioris opinionis argumenta. Primum enim illud, quoniam verſamur in caſu non meræ gratiæ ſed juris maximo merito quæſiti, ad præſentem ſpeciem accommodari non poſſe dicetur. Eademque ratione *ſecundo argumento* reſpondebitur: cum ceſsante
75. quamvis cauſâ impulſivâ ſeu finali, maneat tamen diſpoſitio legis, h. e. obligationis ex contractu quæſitæ, ità ut, quemadmodum anteceſsor deficiente licet hâc cauſâ, ex ipſo tamen ſynallagmate obligatus manſiſset, perindè & ſucceſsor ma-
76. neat. *Dd. in c. ex parte. de converſ. conjug. Tiraquell. tr. ceſſant. cauſ. ceſſ. eff. lim. 22. n. 21.* non ſunt enim ejusmodi cauſæ de eſſentiâ contractus *poſt Dd. Sebaſt. Medic. tr. mors omnia ſolvit. part. 3. n. 144.* *Tertium* argumentum paulò cæteris fortè ſpecioſius eſt. Verum de læſione, quatenus in facto conſiſtit, alii viderint, quibus accuratior harum rerum cognitio obtigit, nos hoc ſaltem adducemus quod apud JCtos tralati-
77. cium eſt: Privilegia non ſubditis mediante contractu data ſubſiſtere, etiamſi ex poſtfacto læſionē pariant. *Cephal. vol. 4. conſil. 549. n. 101. Socin. vol. 1. conſil. 86. n. 16.* adjectâ ratione: quod percepta olim commoda cum damno, ſi quod evenit,

poſte-

Digitized by Google

poſteriorum temporum compenſari debeat, ſicut fertilitas unius anni cum ſterilitate alterius. *Gail. 2. obſervat. 23. n. 12.* Quin & multiplicatione commercii Hanſeatici ad eum caſum rem deveniſſe, undè ſine injuriâ ipſius Angliæ ejuſque civium non potuiſſet incipere, nec credibile quantum ad factum attinet, videri queat, nec juri conſectaneum. Creviſſe quip- 78.
pe Anglieanum Hanſeaticorum commercium circà Eliſabethæ tempora, vix probabitur: notæ enim civitatum illarum querinoniæ, quantùm indè à prioribus ſeculis pridem imminutnm fuerit potius Deindè etiamſi id probaretur, non ideò tamen reſcindenda forent privilegia illa, quaſi ſtatu rei mutato & ad iniquam conditionem & nec cogitata delapſo: nã & cum Civitatibus ſociatis tanquam univerſitate & collegio quodam contractum eſt, quod naturaliter ſua habet incrementa & detrimenta, & per conſenſum Parlamenti tacitè 79.
ſimul, tum ob merita præcedentia, tum propter commercii mutrua commoda, renunciaſſe detrimento, ſi quod percepturus eſſet, ipſe univerſus Angliæ populus cenſetur. Pro- 80.
miſſor enim, niſi eventum ſibi imputari velit, de eo quod veriſimiliter evenire poteſt, cogitare debet; tùm maximè quado id quod evenit, naturaliter h. e. ex naturâ rei ſubjectæ contingit. *Alex. Tartagn. lib. 2. conſil. 178. Franciſc. Card. Mant. de tac. & amb. convent. lib. 1. tit. 1. n. 26.* Sicuti & in terminis, quod ſibi imputare debeat qui promiſit collegio, familiæ &c. ſi non cogitaverit, numerum collegii, familiæ &c. poſſe augeri, cum ejusmodi corpora naturaliter & augmentum & deminutionem recipiant, *poſt Boer. & alios tradit. d. Card. Mantic. deciſ. 211. Alexand. Lodoviſ. deciſ. Rot. Rom. 511 n. 15. & 16.* Do- 81.
nique illud etiam traditum eſt, privilegia onere aut conventione quæſita, præſertim Non ſubditis, nè publicæ quidem utilitatis obtentu poſſe labefactari, *vid. Rauchb. d. quæſt. 11. n. 101.* *Quarta* reponi exceptioni poteſt: Sicut iniquum natu- 82.

 rali-

turaliq́ue rationi contrarium eſt,ſingulos cives teneri ex debito civitatis; itâ multò iniquius, ob unius civis ex ſociâ civitate, privata utilitate nullo publico juſſu admiſſam fraudem, plecti integram ſocietatem: Ut enim eleganter Impp. Arcadius & Honorius Eutychiano Præfecto Prætorio reſcripſerunt; Ibi eſse pœna debet, ubi noxia eſt: propinquos autem, notos, familiares, procul à calumniâ removemus, *quos reos ſceleris ſocietas non facit.* & p. p. peccata igitur ſuos teneant autores, nec ulteriùs progrediatur metus quàm reperitur delictum. *in l. ſancimus. 22. C. de pœn add. c. ſi diligenti. in fin. de for. competent.* Idem adhuc diceretur, etiamſi verſaremur in caſu meræ liberalitatis, delictumq́ue illud ſive abuſus
83. imputaretur primariis collegii membris: cum nec donatio *verb. gr.* Eccleſiæ vel capitulo facta, ob ingratitudinem Prælati uniusve de capitulo, revocari poſsit, *Angel. Aret. in l. his ſolis 7. C. de revoc. don. Franc. Rip. lib. 2. conſil. 28. n. 20. Tiraquell. de utroq; retr. §. 1. gloſſ. 2. §. 15. n. 14. Raph. Cuman. conſil. 165. n 5. Lud.*
84. *Roman. ſing. 489. Afflict. decıſ. 265. n. 86.* Quin imò generaliter propter abuſum, non amitti privilegia exteris & alienis conceſsa, pulchrè conſulit *poſt Sehrad. Borcholt. part. 2. conſil. 16. §. ſimiliter. Hering. de fidejuſſ. cap. 1. n. 39. add. text. c. nec enim. cauſ. 4. cum ſimil.* *Quintum* argumentum vix eſt ut probet quod erat in concluſione; ſi enim Hanſeatici bello Danico à juvandis fortè Anglis abſtinuêre, factum eſt quod ſalvis privilegiis neutrarum partium eſse liceret & id utiq́ue commoda &
85. utilis utriq́ue parti commercii ratio flagitaret. Tùm, ſi eâ tempeſtate ulla intervenіſset adimendi privilegia juſta cauſa, reſtituta tamen omnia fuere in priſtinum, operâ atq́ue interventu magni Caroli Burgundi, compoſitione Trajectinâ *ſicut relatum eſt ex VVerd. & Thuan.* Ut adeò iniquum fuerit talia Eliſabethæ temporibus novæ litis faciendæ cauſa reſuſcitaſse. Deniq́ue licet æqualitas jurium libertatisq́ue, tàm com-

Digitized by Google

commorandi quàm commercii habendi, fœderatorum conditioni ſit conveniens *arg. pr. & §. 2. l. 7. ff. de captiv. & poſtlim. revert.* attamen quia hìc inæqualitas jam olim introducta fuit, ab eâque ſicut diximus recedere non licuerit, ſtandum eſſe conventioni videtur, nec jure æqualitatem poſt tot ſecula poſtulari potuiſſe; ut taceatur multa quoque alia eſſe, quæ iſti Anglorum in ſociatâ aliquâ Hanſæ Civitate receptioni, ſi res adhuc integra eſſet, obſtarent, de quibus tamen extrà Regiſtraturas & Archiva publica integrè judicare non licet. Quicquid verò ejus ſit, (quæ enim ità ex Dd. noſtris hactenus potiſſimum allata ſunt, in foro gentium fortè nec omnibus ſatisfacient nec ſufficent, & nos ipſi judicium hìc noſtrũ merito lubentesque ſuſpendimus) illud ſaltem, quod erat alterum quæſtionis membrum, per bonam conſequentiam hinc conſtare videtur: juris quidem veritate inſpectâ, in hu- 86.
jusmodi cauſis & conventionibus publicis, quæ vim realium 87.
habent & per ſe ad ſucceſſores tranſeunt, nec renovatione nec confirmatione novi ſucceſſoris, ſicut in revocabilibus, opus eſſe, *arg. c. cum dilecta. 4. de confirm. util. & inut. c. quia in tantum. 29. de privileg. vid. Buxtorff. ad Aur. Bull. theſ. 37. Beſold. 1. polit. 8. §. 33. verſ. 1.* quanquàm fieri id poſſit honoris & ob- 88.
ſervantiæ teſtandæ gratiâ, ac ut eò magis ad fidei perpetuitatem obſtringantur animi, tanquàm recentioris facti memoriâ, cum vetera facilè exoleſcant. Quâ ratione hoc quidem utile factu fuerit, juris autem neceſſitatem habet nullam. Videant interim illi, quorum ad ſalutem hoc pertinet, utrum præſtet.

Caput. II.

Nec Superioritatem nec Juriscictionem naſci ex Patrocinio Clientelari: cum aliquot Conſectariis.

Summaria.

1. *Inter Patronum & clientem nullus eſt ſuperioritatis aut juriſdictionis reſpectus.*
2. *Protectio eſt naturalis: juriſdictio civilis.*
3. *Juriſdictio in quibuſdam Advocatis Eccleſiaſticis eſt irregularis.*
4. *Exempla Advocatiæ irregularis.*
5. *Clientela ſocium facit non ſubditum.*
6. *Alenzonius Salcedi caput palo affigere à legato Hiſpanico prohibetur.*
7. *Pontificii Imperatorem in Eccleſiaſticis Patronum agnoſcunt, non Judicem.*
8. *Ab univerſali protectione aliarum Eccleſiarum non valet conſequentia ad juriſdictionem in eaſdem.*
9. *Primatus ſedis Romanæ ſine fundamento.*
10. *Protectio nec ſuperioritatem nec juriſdictionem novit.*
11. *Quidam Advocati Eccleſiaſtici habent & juriſdictionem.*
12. *Cancellarii exemplum, refugientis criminalis judicii aſſeſſuram, quod eſſet Canonicus.*
13. *Fonte invento facile eſt rivos invenire.*
14. *Juriſdictio & advocatia poſſunt concurrere in eodem Subjecto.*
15. *Subditus alterius poteſt eſſe cliens alterius.*
16. *Clientela non eximit ab ordinariâ juriſdictione.*
17. *Ex clientela non probatur jus territoriale.*
18. *Patronus non poteſt collectare clientem.*
19. *Nec tributum, gabellas, &c. ei imponere.*
20. *Portuum, munimentorum, præſidii diſpoſitio ad ſuperioritatem ſpectant.*
21. *Munera perſonalia & mixta non poſſunt exigi jure Advocatiæ.*
22. *Ad ea quæ non ſunt de naturâ clientelæ non rectè concluditur poſitâ clientelâ.*
23. *Hoſpitationem indicere ſuperioritatis eſt non advocatiæ.*

Porrò

PОrrò illud quoque ex naturâ clientelæ fluit, & patronum non minus quàm clientem reſpicit, quod nec jurisdictionis & fori, nec ſuperioritatis ſive Imperii & ſubjectionis hinc illinc oriatur reſpectus. Non *jurisdictionis:* quia defenſio hæc noſtra, eſt res juris naturalis, & à jurisdictione, quæ civile vinculum præſupponit, planè ſeparata. *Weſemb conſil. 48. n. 30.* Undè, quod nonnullorum monaſteriorum Advocatis non ſolum œconomiæ & obventionũ inſpectio, ſed etiam jurisdictio aut ſaltem juſticiæ inſpectio quædam concesſa reperitur, vulgò Caſtenvogten/ *Thom. Michael. de jurisd. Imp. concl. 55. lit. g.* irregulare eſt, cum ſimplicis advocatiæ jure talia non veniant, *VVarem. ab Ehrenb. de fœd. lib. 1. cap. ult. n. 15. Knich de ſup. territ. cap. 4. n. 31.* Ita multa alia præter naturam habent Advocatia Magdeburgenſis, Quedlinburgenſis, Mulhuſana, Northuſana, &c. *de quibus prolixè Mynſ. vol. 2. decad. 13. conſ. 3 n. 110.* Non etiam *ſuperioritatis.* Eſt enim clientela confœderationis ſpecies, *Bartol. in l. 1. C. de excuſat. mun. Dec. in c. recipimus. de privileg. n. 18.* qui diverſas inter Resp. contractâ, amicitiam & fidem mutuam, non ſubjectionem contrahi, nec clientes fieri ſubditos, ſed amicos & ſocios dicimus. *Beſold. lib. 1. polit. cap. 1. n. 30.* Rectè itaque Orator ille Hiſpanus, poſtquam Regis Galliæ frater Dux Alenzonius Antwerpiæ clientelam ſuſcepisſet, negat ei indè jus esſe, Salcèdi ſupplicio affecti caput, Galliæ Regis autoritate, quod Alenzonius fieri jubebat, ibidem affigendi & in aliorum terrorem ſpectaculo exponendi: hoc enim Imperii ac jurisdictionis factum esſe, quorum neutrum Galliæ Regi, Alenzonio-ve, competeret, *Auger. Giſ. Busbeq. epiſt. 9. fol. m. 479.* Rectè etiam, præſuppoſitâ (quamvis erroneè) clericorum à ſeculari poteſtate omnimodâ exemtione, Pontificolæ Doctores Impe-

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.

 ratori

ratori jurisdictionem in perſonas & bona eccleſiaſtica negant, cum intereà eundem pro Eccleſiæ Advocato utique agnoſcant: ſuperiorem enim ſtatim non agnoſcit aut judi-
8. cem, qui patronum fatetur. Ineptè contrà *Valentinus*, Epiſcopus quondam Hildesheimenſis *in ſuâ contrà Duces Brunſuicenſes Apologiâ anni 1538. num. 98*, 99. ex eo, quod ſedem Romanam conſtituit Matrem, Protectricem & refugium omnium aliarum Eccleſiarum, ſimul ex primatu aſſerto principatum Pontifici & jurisdictionem arrogat in omnes Eccleſias omniaque bona Eccleſiaſtica ſive in terris Imperii, ſive alibi regnorum ſita: cum à devotione (poſitâ non datâ) aliarum Eccleſiarum Pontificiarum erga Romanam ſedem, non rectè inferatur ad jurisdictionem aut ſubjectionem. Plus itaque
9. ibi eſt in concluſione, quàm erat in præmiſſis. Ut taceamus quàm præterea fragili nitatur fundamento ipſe adeò Romanæ Eccleſiæ primatus, & exinde arrogata protectio univerſalis in reliquas. *Vid. Deduction. cauſ. principalis* In Sachen Braunſchweig *contrà* Hildesheim *Remiſſionis etc. num. 121. & ſeq. Add. David. Blondellium Anglum, Claudium Salmaſium Gallum, libris de primatu Papæ: Nicol. Vedelium Belgam in Cathedr. Petri. & Goldaſti Politic. Imp. paſſim.*

10. Atque hoc axioma: Protectionem neque ſuperioritatem neque jurisdictionem parere, ex politicis præter *Beſold. d. l. 1. cap. 1. confirmant Tholoſan. lib. 11. de Republ. cap. 11. Bodin. lib. 1. de Repub. cap. 9. Grot. in antiqu. Batav. cap. 5. fol. m. 33. in fin. & fol. 35. in fin. Alberic. Gentil. de jur. bell. lib. 3. cap. 16.* Ex JCtis *Tib. Decian. vol. 1. reſponſ. 18. Menoch. conſil. 32. 377, 755. Roland. à Vall. vol. 2. conſil. 1. Hieron. Schurff. cent. 3. conſil. 23. Gail. 2. obſ. 54. n. 4. ubi plures all. & ità obtinuiſſe ſeſe in ipsâ Camerâ Apoſtolicâ refert Quintil. Mandoſ. in addit ad Boſſ. pract. crim. tit. de Crimin. Majeſtat. n. 101. & eſt text. in c. recipimus. de privileg. Gilm. ſymphor. ſupplic. tom. 1. part. 1. tit. 6. Reink. de reg. ſec & ec-*

& eccleſ. lib. 1. claſſ. 5. cap. 4. n. 19. & 50. ubi: Schutz und Schirm gibt keine Obrigkeit. *noviſſimè Carpzov ad l. Reg. Germ. cap. 13. ſect. 3. n. 8.* Nec obſtat aſſertioni huic, quod Advocati Eccle- 11.
ſiarum & Conventuum clericalium plerumque criminalem jurisdictionem exercuerunt: id enim nec ubique obtinet, & ſuperſtitioſa pontificolarum opinione nitebatur quaſi Clerico non liceret intereſſe judicio ſanguinis: Et memini Cancellarium quondam in C. D. quod Canonicus eſſet ad D. St. 12.
in liberâ Imperiali civitate B. eadem opinione imbutum ægre adduci potuiſse, criminalibus judiciis, cum de ſanguine & vitâ hominis ageretur, wenn das Gericht öffentlich geheget ward/ut asſideret, quanquàm alias conſultationi hâc de re in Cancellarâ lubens adeſset votoq; ſuo pœnã, quamvis capitalem dictitaret. *Vid. Paurmeiſt. de jurisd. lib. 2. cap. 9. n. 24. & 25.*

Cæterum, ſicuti fonte invento facile eſt flumen inveni- 13.
re, & poſitâ regulâ conſequentias nectere, ſive ampliativas ſive limitativas, itâ hujus axiomatis quædam ſunt conſequentiæ, quas paucis nunc videbimus.

Et I. quidem ex dictis ſequitur, posſe in eodem *ſubjecto* 14.
ſeu eâdem perſonâ concurrere jurisdictionem cum Advocatiâ ſepârabiliter ſcilicet, & ſalvâ manente utrâq; parte. Patet hoc exemplis earum Advocatiarum, quæ conjunctam habent jurisdictionem, & aliarum quæ non habent: viciſſim aliarum Eccleſiarum aut Civitatum quæ alios habent Protectores, alios Judices. *Vid. Cammann. de jurib. Maj. diſp. 5. theſ. 104. VVarem. ab Ehrenb. de fæder, lib. 1. cap. ult. n. 15. Roſent. de feud. cap. 4. concl. 14. n. 4. lit. d.* Quod ſecus eſt in ſuperioritate, utpotè cui jus defendendi per ſe ineſt, *vid. ſupr. part. 1. cap. 3. n. 1. 2. 3. & Dn. Reink. de reg. ſec. & eccl. lib. 1. claſſ. 5. dict. cap. 4. n. 57.*

II. Ex naturâ correlatorum ſequitur idem eſſe ratione *ob-* 15.
jecti: itâ videlicet, ut quis poſſit eſſe alterius ſubditus alterius cliens. *Petr. Frid. Mindan. de proceſſ. extr. lib. 2. cap. 14. n. 4. & ſeqq.*

Digitized by Google

16. III. Infertur hinc; quod Clientela uti neq; jurisdictionem ponit, ratione Patroni, ità neq; exemtionem, ratione Clientis: h. e. quod, qui alterius Cliens eſt, non ideò ſtatim ſe poſſit dicere exemtum à jurisdictione ſui ordinarii, *Beſold. 2. polit. cap. 6. n. 23. Mindan. d. l. Vinc. Hinded. vol. 1. conſil. 13. n. 57. Marpurg. vol. 3. conſil. 8. n. 49. & 107. quos ſequitur Zach. Vietor tr. de exemtion. concluſ. 20.*

17. IV. Infertur: qnod ex clientelâ non poſſit inferri aut probari ſuperioritas ſive jus territoriale: adeò quidem ut potius contrarium indè probetur, valeatq; argumentum: Defendit jure Protectionis, E. non eſt Dominus territorialis. *Natt. conſil. 606. n. 1. Ruland de commiſſ. lib. 2. part. 4. cap. 3. ubi: non poſſe indè induci* die Land-Fürſtliche Obrigkeit/ *licet quis dicatur* Obriſter Schirmherr. *Viet. d. l.*

18. V. Quod Patronus non poſſit collectare clientem, ſive extraordinariè ſive ordinariè, *Menoch. conſil. 31. Gail. d. obſerv. 54.*

19. VI. Multò minùs tributum, cenſum, gabellas, telonîa, vectigalia, pedagia, &c. imponere clienti: Talia enim ſuperioritati magis quâm protectioni conveniunt, & de regalibus cenſentur. *Bald. in C. unic. quæ ſunt Regal. verb. ad feliciſſimam nominis expeditionem. n. 6. l. placet. C. de excuſ. mun. l. nunc, C. de ſuperindict. Roſenth. de Feud. concluſ. lit. A. & C. Sixtin. de regal. cap. 14. n. 17. Clock. de contrib. theſ. 5. 15. 16. 17. Bocer. de collect. cap. 1. n. 21. cap. 4. n. 4.*

20. VII. Quod nec portus Clientum occupare, nec munimenta exſtruere, nec præſidium invitis imperare, &c. Omnia enim hæc vel ſuperioritati vel ſupremæ Majeſtati propria ſunt, *poſt Decian Cothman. vol. 1. conſil. 11.*

21. VIII. Deniq; infertur, quod Patronus Clientem nec perſonalibus muneribus, puta operarum ruſticarum præſtatione, mit Frohnendienſten/ Ritterdienſten; nec mixtis, qualis

lis eſt hoſpitatio militaris, &c. poſſit onerare. Etſi enim quædam horum etiam ſine jure ſuperioritatis aut jurisdi-
ctionis competere queant, non tamen veniunt aut præſtan- 22.
tur ex naturâ protectionis, ideoq; à protectione ad talia non concluditur, *vid. Paurm. de jurisd. lib. 1. cap. 6. n. 10. 11. &c. Loſaus de jur. univerſ. part. 3. cap. 9. n. 2. Roſenthal de Feud. cap. 5. concluſ. 74. n. 1. Knich. de ſupr. territ. jur. cap. 1. n. 310. add. text. l. 2. C. de immun. novi conced. l. abſit. C. de privileg.* Re- 23.
ctè ergò in terminis caſtri adhærentiati ſeu protecticii Petri Fregoſii Nolarum Domini, Lautreccius Galliæ Regis per exercitum cum poteſtate Legatus anno 1518, vetuit caſtrum illud hoſpitiis armari, eò quod ſoli Regi hoc competere diceret, apud *Menoch. conſil. 725. in facti ſpecie, & n. 8.*

CAPUT III.

DE EFFECTIBUS JURIS CLIENTELARIS PATRONUM MAGIS RESPICIENTIBUS.

SUMMARIA.

1. *A potiori fit denominatio.*
2. *Armis defendendus eſt cliens.*
3. *Patronatus eccleſiaſticus conſiſtit in præſentatione.*
4. *Forenſis, in defenſione judiciali.*
5. *Publicæ defenſiones arma requirunt*
6. *Patronus & cliens ſunt unus ſpiritus.*
7. *Patronus defendere non tenetur contrà Dominum.*
8. *Perſona Domini ubiq; excepta.*
9. *Advocatus fiſci non debet poſtulare contrà fiſcum.*
10. *Duo clientes ſi concurrant, cui patrocinandum?*
11. *Rationes decidendi in hâc quæſtione.*
12. *Prior tempore potior juris.*
13. *Vetuſtior amicitia præferenda recentiori.*
14. *Prioritas temporis in multis juris articulis attenditur.*

15. Clientela eſt inſtar locationis conductionis,
16. Cliens prior tempore præferendus poſteriori.
17. Juſtitia cauſæ præferenda prioritati temporis.
18. Tempus extrinſecè rei accidit: juſticia intrinſecè.
19. Vera juſticia tertio jus ſuum non derogat.
20. Defenſio non debet incidere in caſum, à quo non potuiſſet incipere.
21. Quibus jura ſunt æqualia, aut pariter ſubveniendum aut uterq; omittendus.
22. Specialia cum generali promiſſione conjuncta, præferuntur generali ſoli.
23. Patronus interdum præſentiam ſuam bello promittit.
24. Fœderati plerumq; excipiuntur.
25. Generi per ſpeciem derogatur.
26. Patroni eſt diſſidentes Clientum animos autoritate ſuâ conciliare.
27. Poltys Thraciæ Rex, Græcis et Trojanis pacem ſvadet.
28. Cliens clientis an Clientis fœdere contineatur?
29. Cliens differt à ſubdito.
30. In Germaniâ ſubditorum nomine veniunt etiam Schirmesverwante in favorabilibus.
31. Limitatio hujus extenſionis.
32. Privilegia extenduntur etiam ad familiares.
33. Protectio extenditur etiam ad noviter quæſita.
34. Bona cohærent perſonæ.
35. Immunitas vectigalis extenditur ad noviter quæſita.
36. Clientelari pacto an & Clientum ſocii comprehendantur?
37. Sociorum appellatione an contineantur futuri.
38. Per conditiones pacis poſt primum bellum Punicum Saguntini ſunt ſocii Romanorum.
39. Hannibal cauſam belli in Romanos per obliquum petit.
40. Romani ob captum Saguntum bellum denunciant Carthaginenſibus.
41. Romanorum actio & Carthaginenſium exceptio.
42. Livii & Flori replicatio pro Romanis.
43. Romani in fœderibus ſervandis religioſi, bellis ciendis modeſti.
44. Grotius à Romanis diſſentit.
45. Zevecotius & alii pariter.
46. Communis opinio: Sociorum appellatione futuros non venire.
47. Patronus non tenetur defendere cauſam injuſtam.
48. Malitiis non eſt indulgendum.
49. Advocati forenſes, iniquis cauſis non patrocinantur.
50. Grævvinkelii de cauſâ Saguntinâ judicium.
51. Militariſche Salvagvarde an extendatur ad cauſſas civiles?

52. Res

Digitized by Google

52. *Res non debet operari ultrà finem.*
53. *Cauſæ non debent trahi ad alienum tribunal.*
54. *Juriſdictio non eſt proroganda in hoſtem.*
55. *Protectio generalis comprehendit omnem injuriam.*
56. *Ubi ceſſant jura & leges civiles, incipit jus naturale.*
57. *Proteſtatio in receptione protectionis hoſtilis neceſſaria.*
58. *Verba dant legem contractui.*
59. *In Principe præſumitur nulla injuria.*
60. *In caſu neceſſitatis valet jus naturæ.*
61. *Patronus non tenetur ultrà vires.*
62. *Impoſſibilium nulla eſt obligatio.*

POſt effectus Advocato & Clienti pariter comunes, ſequuntur nunc alii, & ipſi quidem correlativi mutuoque ſe intuentes, qui tamen magis Patronum reſpiciunt, ideoque ad Patronum ſeorſim diſtinctionis causâ referuntur, quemadmodum aliàs à potiori fit denominatio, *arg. c. quaritur 10. ff. de ſtat hom.* Tales vel *formam* & qualitatem defenſionis 1.
intrinſecam attinent, vel etiam *extenſionem & reſtrictionem* ejus, tàm ratione *objecti*, tàm ratione *modi*. *Qualitatem* ſpe- 2.
ctat, quod non verbis tantum, puta intercedendo & deprecando Clientem defendere teneatur, ſed & armis, ſi res poſtulet. *Tib. Decian. vol. 3. reſp. 117. n. 17. Gail. 2. obſ. 54. n. 2. Bern. Grav. 2. concluſ. 24. in conſid. n. 2.* Ideò enim in ſpecie *armata* dicitur advocatia, & in hoc formaliter differt à patronatu Eccleſiaſtico ſimplici, quod in præſentatione & nominatio- 3.
ne miniſtrorum in Eccleſiâ potisſimum *Dn. Reink. de R. S. & Eccl. lib. 3. claſſ. 1. cap. 3. n. 1.* & forenſi, quod in defenſione 4.
agentium & excipientium coram Judice verſatur, *l. rem non novam, §. Patroni. C. de judic. l. advocati C. de advocat. diverſ. jud. add. Dd. comm. in l. 1. C. de domeſt. & protect.* Publicæ enim 5.
defenſionis, quæ utplurimum in facto conſiſtit, plerumque ea eſt conditio ut arma deſideret. *Alciat. 3. conſil. 2.* & ſicut proprii ſanguinis causâ, extrema quoque tentare licet, *l. ut vim. ubi Dd. ff. de juſt. & jur.* ità & pro cliente, cum quo ſu- 6.

 mus

mus unus ſpiritus ut loquitur Menoch. *conſil. 99. n. 35. & 39.*

Ad *objectum* hæc pertinent: contra quos, quid & quatenus in defenſionem veniat, de quibus omnibus ſupra quidem *part. 2.* in genere egimus, hîc tamen ſpecialiora quædam
7. adhuc exprimenda ſunt & ſimul examinanda. Ex iis *Primum* eſt; quod Patronus defendere clientem teneatur adverſus quemvis hoſtem vel adverſarium; domino ſaltem, ſi *cujus*
8. ſub imperio cliens ſit, excepto. Hujus enim favori cum non minus hic militetur, quam ipſius Clientis, non debent non excepta ubique haberi ipſius perſona juraque competentia,
9. ſicut & in ſimili, Advocato fiſci contrà ipſum Fiſcum poſtulare non permittitur *l. 2. C. de advoc. divers. jud. l. 6. C. de advoc.*
10. *fiſc.* & nos jam ſuperius ſatis diximus *part. 2. cap. 3.* *Secundò*: ſi Patrono plures ſint clientelæ, ipſique clientes cœperint inter ſe diſſidere, utri diſſidentium præ altero patrocinium debeatur, quæri ſolet? Et *Nicolaus Everhardus* quidem attingit hanc quæſtionem *in loc. argum. legat. loc. à tractat. fol. m. 645.* ſed refert eam ad ſpinoſas, perplexas & implicitas, ad quam quicquid reſpondeas, ſemper captus ſis falſumque pronuncies. Habes enim, *inquit*, pulchrum exemplum de eo qui eſt Advocatus duorum monaſteriorum, quæ poſteà litigant inter ſe, cui patrocinari debeat? allegat ad hoc *Ioan. Andr. in c. contractus. de reg. jur. in 6. in Mercurial.* Præterquam verò quod locus ille apud J. Andream nō reperitur, res etiam ipſa
11. videtur parum dubii habere, quin deciſionem patiatur (1.) ex prioritate temporis, (2.) ex juſtitiâ cauſæ, (3.) ex pactis & conventionibus cum unâ vel alterâ parte ſingulariter initis.

12. Regulariter itaque quemadmodum in aliis juris articulis priores tempore potiores jure habentur, ità vetuſtiores clientelas, ſi quidem cum recentioribus concurrant, præfe-
13. rendas eſſe, ipſa propemodum natura docet. *Auxilio vos Campani dignos ſenatus cenſet*, ait Romanus Conſul in caſu non planè

Digitized by Google

planè diſſimili, *ſed ità vobiſcum amicitiam inſtitui par eſt, ne quâ vetuſtior amicitia ac ſocietas violetur*, apud *Livium lib. 7. cap. 31.* Eandem rationem in diſcuſſionibus bonorum, adjudicationibus, ut & alibi, lubentes ſequuntur JCti noſtri; & notabiliter etiam in materia locationum, *l. in operis. 26. ff. locat.* ubi Ulpianus: *In operis* inquit, *duobus ſimul locatis convenit priori conductori antè ſatisfieri.* Eſt autem & in advocatione, operæ h. e. defenſionis, quaſi quædam pro mercede (*advocaticum* aliàs dictâ, ſicut inferius videbimus) locatio; nec dubitat hæc duo inter ſe comparare vir magnæ multæque eruditionis *Beſold. lib. 2. polit. cap. 6. §. 38. verſ. 1. & 2.* Quin & in ipſis hujus quæſtionis terminis ità decidit & ex temporis prioritate argumentum ſumit, *Ludovic. Roman. conſil. 45. quod incipit: Viſis neceſſariis, & hunc ſecutus Fr. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 27. tit. 7. num. 32.* Rurſum ex altero quoque capite, quod juſtitiam cauſæ diximus, hæc ipſa prioritatis deciſio limitationem admittit, ut procedat videlicet: *niſi poſterioris tempore clientis manifeſtè juſtior ſit cauſa.* Tunc enim, ſicut in pari cauſa temporis ratio meritò habetur, ità ubi merita cauſarum in puncto juris inæqualia, rei potius veritatem ſequi tenemur, quam temporis prioritatem; *c. ſi duobus X. de appellat.* tùm quod tempus ſit extrinſecum & accidentale aliquid, cauſæ verò æquitas, intrinſecum & ſuſtantiam rei afficiens: tùm quod ea demùm vera ſit juſtitia, quæ ſuum cuiq; ità tribuit, ut non diſtrahatur ab alterius juſtiore petitione, ut Triphoninus ait *in l. bona fides. 31. ff. depoſit.* tum quod aliàs defenſio fieret aſylum iniquitatis, contrà ea quæ diximus *part. 1. cap. 4.* & fœda ſocietas *l. quod autem. 53. ff. pro ſoc.* incideretque ità in caſum undè non potuiſſet capere initium. *Grot. lib. 2. de Jur. bell. & pac. cap. 15. §. 11. & cap. 25. §. 4.* Quod ſi æquè utriusque cauſa probabilis ſit aut ſaltem eſſe videatur Patrono; tum ſanè aut utrique parti paria auxilia præſtanda,

[margin numbers: 14. (Eandem rationem…), 15. (Eſt autem…), 16. (Quin & in ipſis…), 17. (Rurſum…), 18. (tùm quod tempus…), 19. (tùm quod ea demùm…), 20. (tum quod aliàs…), 21. (Quod ſi…)]

Digitized by Google

aut, perindè ſicut in caſu quo utriusq; cauſa injuſta videtur, (id quod contingere poſſe Grotius exiſtimat) utrinque abſtinendum fuerit, uti non abs re ſentire videtur Ariſtides ille apud *Grotium d. §. 13. idemq; ſtatuit Alphonſ. Modit. in §. plebi-*
22. *ſcitum. dubit. 170* Denique ſi paritate etiam cauſæ utrinque poſita, alterutri tamen quid amplius quàm alteri promiſſum ſit : tunc utique cum duo vincula fortiùs ligent uno, *conventioni* locus eique præſtandum parti id fuerit, quod ſpecialiter promiſſum eſt. *Verb. gr.* ſi, cum uterque clientum juſtam cauſam habere videretur, alteri tamen eorum Patro-
23. nus in caſu auxilii præſtandi ſuiipſius præſentiam promiſiſſet, par auxilium utrique, huic verò & ſui præſentiam inſuper præſtare debebit, ſicuti Acarnanes argumentantur apud *Polyb. lib. 9.* Idemque ex eadem ratione dicemus ſi cum pa-
24. ritate cauſæ concurrat prioritas temporis. Et definiri hinc pariter poteſt: Cum Titio promiſſum eſſet auxilium adverſus hoſtes quoscunque, apud Sejũ fœderati ſint excepti, quid ſtatuendum ſit orto inter ipſos diſſidio & utroque ſimul auxilium poſtulante? Nempè, ſi merita cauſæ æqualia ſint, Titii poſtulatum potius eſt, cui nullo excepto adverſus quoscunque auxilium debetur: Sejo autem hoc caſu patronus nõ obligabitur, utpotè apud quem fœderatos pactum excepe-
25. rat. Ità ſemper duo vel plura vincula ſuperant uſum, & ubique generi per ſpeciem derogatur, *l. in toto. ff. de reg. jur. Grot. d. loc.* Et hæc quidem ità ſe habent hactenus, ſicut dictum eſt. Interea, ſive cauſæ æquitas utrinque par videatur, ſive æqualis injuſtitia, ſive etiam utrinque dubia, omnibus his caſibus
26. tutius utiliusque fecerit Patronus, ſi neutrius partibus ſumtis, intercedat diſſidio amicabilique compoſitione rem tranſigere quàm diligentiſſimè tentet, exemplo Poltydis Thra-
27. ciæ Regis, qui à Græcis ſimul & Trojanis in auxilium vocatus, Helenã potius reddere & à ſe pro unà duas formoſiores

uxo-

uxores abducere ſuaſit. *Plutarch. in apophtegm. Beſold. lib 2. politic cap. 5. §. 28.*

Tertio, ratione objecti & hoc quæritur: Si cujus ſubditis promiſſa ſit defenſio, num *clientes* quoque ejus, h. e. Clientis clientes tutelâ hâc comprehenſi cenſeantur? Et quamvis Cliens à ſubdito differat quantum Patronus à Domino, *cap. præced. n. 10. hic.* quia tamen duplex hîc favor concurrit; primò ratione Clientum, quorum de commodo agitur, deindè ratione defenſionis, quæ eſt juris naturalis, ideò, ut in aliis favorabilibus, *c. odia. de reg. jur. in 6. cum simill.* ſubditorum appellatione hoc caſu contineri etiam Schirms-verwandte in Imperio quidam Romano defendi ſolet, eorumq; nomine ſuper conſtitutione der Pfandung/ proceſſus in Camera Patrono decretos eſſe obſervat *Schwanem. obſervat. 67. & ex eo Beſold. lib. 2. polit. cap. 6. §. 23. verſ. 1.* quanquàm idem Beſoldus alibi hoc reſtringat ad eos clientes, qui cum non ſint ſubditi propriè dicti, habitant tamen in territorio Patroni: quales ſunt Judæi; ad eos verò, qui extra territorium ejus ſpeciali patrocinio ſuſcepti ſunt, id non pertinere exiſtimat, *part. 2. oper. pol. diſſ. de fæd. jur. cap. 5. §. 13. in fin.* *cui conſentire videtur Alciat. tom. 3. conſil 36. ubi & cognatos à fœderibus excludit* Sed illam tamen Beſoldi reſtrictionem, an vox Schirmsverwandte admittat, dubitari non immeritò poſſit; & facere huc videtur, quod Dd. colligunt: privilegia extendi etiam ad eos, quæ ſunt de familiâ, itemq; qui ſunt de conſortio privilegiati, ex *l. 1. C. de diverſ. reſcript. & l. 2. §. ult. C. de Epiſcop.*

28.
29.
30.
31.
32.

Quartò: Et, quid ſi clientis territotium per matrimonia, contractus, hæreditates, &c. factum ſit amplius poſt initam clientelam, num pacta defenſio etiam ad hæ noviter quæſita pertinebit? Sanè quia favores in favonabilibus ſunt extendendi, ſicut jam diximus, & defenſionis materia ſit de 33.

Digitized by Google

34. ſit de favorabilibus; multoq; arctiùs cum perſonâ clientis cohæreant bona ipſius propria, quàm quorum patronus ſaltèm eſt, nulla ratio obſtare videtur cur non idem hîc ſta-
35. tuamus, quod in præcedenti quæſtione: nam & in ſimili, jus ſingulare v. g. de non ſolvendo vectigali in totâ terrâ conceſſum, extenditur ad ditiones & terras poſteà quæſitas, *Paul. Frideric. de privileg n. 173. in th. ſ. Baſilienſ. vol. 2. arg. l. uxor. 41. §. 6. & l. prædiis 91. §. penult. & ult. ff. de legat. III.*
36. *Quinto*: Verùm an & ſocii Clientis pacto clientelari comprehenſi cenſeantur, etiamſi nulla horum facta expreſſa mentio? Negant Dd. noſtri, *arg. C. ad apoſtolicæ, 2. verb. & omnes amicos ſuos. X. de ſent. & re jud. Laudenſ. tr. de confæd. Princ. Octav. Vulpell. tr. de pac. quæſt. 32. Mantic. de tac. & ambis. convent. lib. 27 tit. 5. n. 4. & ſeqq.* Quanquàm ex iis quæ de clientibus ſtatuunt contrarium aſſerendum videatur; niſi fortè hæc diverſitatis ratio reddatur, quod arctiùs nobis conjuncti ſint clientelâ, quàm ſimplici fœdere juncti.
37. *Sexto*. Poſito quoque ſocii tabulis clientelaribus expreſsè comprehenſi fuerint, *num idem ad futuros pariter pertineat*, qui nondum ſocii erant tempore contractus? Ventilata hujuſmodi controverſia fuit, inter Romanos & Carthaginenſes ſuper excidio Saguntino, initio belli Punici ſe-
38. cundi, eratq; caſus talis: Primo bello Punico finito, inter alias pacis conditiones etiam hæ duæ fuere: altera, utriusque Reipubl: ſocii ut eâdem pace continerentur nec quidquam hoſtile in eos hinc indè tentaretur; altera, ut Iberus fluvius diſtingveret utriusque ditiones & limites in Hiſpaniâ. Accedit poſteà ut Saguntus civitas ultrà Iberum ſita quidem, libera tamen ſuiq; juris, reciperetur in ſocietatem
39. apud Romanos. Hannibal itaque cui propoſitum erat bellum movere Romanis, ne fædifragus palàm videretur: nec ſtatim nec apertè Saguntinis arma intulit, ſed in Olcadum fines,

fines, quæ gens erat in parte à Romanis non exceptâ, exercitum duxit, ut domitis finitimis, cōtinentia jungendo ad Saguntum, ejusdem regionis, urbem, oppugnandam quaſi tractus videretur. Capto deindè fruſtrà intercedentibus Ro- 40.
manis Sagunte nec Hannibale, quem ut autorem cladis poſtulabant, dedito, bellum denunciatur Carthaginenſibus: *Rectenè & jure id factum?* tum temporis quærebatur. Romani
fœderis religione nitebantur, & ob id accuſabant Pænos. 41.
Princeps Senatus Carthaginenſis, in reſponſo Romanorum Legatis dato: *Fœdere*, ait, *cum Romanis, Luctatio, Conſule, icto caveri quidem utrorumq; ſociis; ſed de Saguntinis, quippe qui necdū erant ſocij Romanorum, nihil cautum erat.* Replicant Livius & 42.
Florus ac inſtitutam accuſationem defendunt; uterque hoc fundamento, quod *ſocia civitas* fuiſſet, ideoque pacis capitulis ab armis Carthaginenſium excepta. *Satis cautam erat Saguntinis, ſociis utrorumq; exceptis: nam neq; additum erat, qui tunc eſſent: nec, qui poſtea aſſumerentur: & cum aſſumere novos liceret ſocios, quis æquum cenſeret aut ob nulla quenquam merita in amicitiam recipi? aut receptos in fidem non defendi?* ait *Livius ab urb. cond. lib. 21. cap. 20* *Florus*, inſuper ut invidiam à ſuis declinet, 44.
Romanæ in fœderibus ſervandis fidei rem & ſummæ moderationis adhibitæ commendatione illuſtrat: *Summa*, inquit, *fœderum Romanis religio eſt: itaq; ad auditum ſociæ civitatis obſidium, memores icti cum Pœnis quoq; fœderis, non ſtatim ad arma procurrunt, dum primum more legitimo queri malunt. lib. 2. rer. Roman. cap. 6.* *Grotius* hanc quæſtionem tractans, etſi bellum quidem
non improbat ſubtili diſtinctione adhibitâ; Pœnis tamen aſ- 43.
ſenſum præbet hactenus ut neget, vi verborum Saguntinos fœdere contineri, aut ex hoc capite defendi ſumtum bellum poſſe *lib. 2. de jur. pac. & bell. cap. cap. 16. §. 13. ibi: futuros*
non comprehendi. Eundem ſequitur verbis adeò parum muta- 45.
tis, vir alioquin ingenioſiſſimus *Jacobus Zevecotius in obſer-*

vat.

vat. ſuù ad Flori citatum antea locum. add. Beſold. diſſ. politic. jur. de pac. paciſq́. per cap. 6. §. 4. verſ. Tamen ad ſocios qui poſteà acceſſerunt. ubi Baldum, Hippolytum, Manticam & Vulp. illum habet conſentientes. Indeque ſi quidem communi opinioni aliquid tribuere velim, ſequitur ſocios futuros, h. e. poſt clientelam initam acceptos, clientelæ pacto non contineri. *vid. Ærod. rer. jud. lib. 3. tit. 5. cap. 11.*

46.

47. *Septimò*: Reſpectu Patroni ad effectum clientelæ, etiam hoc pertinet; quòd defendere teneatur Clientem adverſus quamlibet vim aut injuriam: niſi cauſa Clientis ſit manifeſtè iniqua vel injuſta. Ut enim malitiis nullum jura præſidium præbent, *l. legem. C. de natural. lib.* ità ſi bellum injuſtè moveat cliens aut jure patiatur, de auxilio Patronus nequaquam tenebitur, *gloſſ. in c. recepimus. verb. protectionis, de privileg. Dec. in l. non videtur. num. 7. ff. de reg. jur.* idque exemplo forenſium Advocatorum, qui cum nemini officium ſuum denegare jubentur, iniquas tamē cauſas ſuſcipere defendendas prohibentur, imò ſuſceptas deſerere debent, *l. provid. C. de poſtuland. l. rem non novam. §. patroni. C. de judic.* Abſch. *de anno 1511. §. Item* welche *Procuratorem etc.* Atque ideò rectè vir in Belgio conſultisſimus, in caſu paulò ante adducto: Faciamus, *inquit*, Saguntinos nominatim fœdere comprehenſos. Certè ſi ijdem Carthaginenſibus juſtam cauſam belli dediſſent, (ſicut dediſſe conſtat) bellum ipſis inferri potuit, non minus quàm ipſis Romanis, ſi injuriā intuliſſent. *Theod. Graſvvinckel. in Strictur. ad Cenſur. Felden. ſuper allegatum anteà locum Grotij, lib. 2. cap. 16. nuperrimè editis fol. m. 164.*

48.

49.

50.

51. *Octavò*: Ex facto quæſitum memini, quod huc fortè non incommodè referam: Turbato Regni ſtatu Univerſitas aliqua, quod aliter ſe tueri non poterat adverſus militarem hoſtilis exercitus licentiam, impetraverat ab hoſte *chartas*, ut dicimus, *tuitivas*, ſeu literas ſecuritatis, vulgo Militariſche

Salve-

Digitized by Google

Salveguarde, accepto inſuper pro majori ſecuritate officiali aliquo, tanquàm inſpectore & defenſore conceſſæ ſecuritatis, ſ. **attenſchrifft und lebendige** *Salveguarde*: cumque à vicino quodam Principe & ſtatu ejusdem Regni, ob prætenſiones aliquas multis injuriis afficerentur, quarum tali tempeſtate, ſilentibus ubique legibus & judiciis, nullum eſſet legitimum remedium, quærebatur: num eodem hoſtili patrocinio uti interea Univerſitas læſa poſſet, pro conſervatione juris & poſſesſionis ſuæ, donec bello compoſito judiciorum legumque rediiſſet autoritas? Pro negativâ allegabatur (1.) finis re- 52.
ceptæ protectionis; quæ, cum reſtricta eſſet ſuâ naturâ ad militares injurias, non rectè videbatur extendi poſſe ad controverſias à bello planè alienas: præſertim quod (2.) controverſiæ illæ maximâ partem eſſent in lite, ut loquuntur, pendente, earumque deciſio (3.) ſpectaret ad forum competens, 53.
à quo ſine vitio nullitatis trahi non poſſent ad tribunal, præſertim hoſtile: Quinimò (4.) h c defenſionis ſpecie videbatur impingere Univerſitas illa in conſtitutionem pacis publicæ, & (5.) denique in ipſam Majeſtatem ſuperioris, proro- 54.
gando jurisdictionem ejus in hoſtem. Pars læſa rcontrà pro affirmativâ nitebatur (1.) verbis impetratæ Salvæguardiæ: 55.
quæ quod eſſent indefinita & generalia, *adverſus quemcunq; & cujuscunq; injuriam*. videbantur etiam comprehendere facta & attentata Principis illius: maximè (2) cum per armo- 56.
rum ſtrepitum neque audiri leges neque ſuperioris jurisdictio implorari neque decreta ejus executione mandari poſſent; itaque (3.) rediiſſe rem ſecundum has circumſtàntias ad ad terminos juris naturalis; Addebant (4.) & receptionem 57.
protectionis & applicationem ejus munitam eſſe ſolemni hâc proteſtatione: *fore ſine fraude ac præjudicio tùm ſuperioris tùm cujuscunq; alterius hâc in causâ jus aut intereſſe aliquod haben-*

tis, quicquid ageretur actum vè eſſet. De hinc ad contraria
58. reſpondebant; Interpretationem Salvæguardiæ ſumendam eſſe ex ipſius inſtrumenti verbis; cum verba dent legem contractui, & talis cenſeatur contractus, qualem litera oſtendit. Cum itaque verba Salvæguardiæ eſſent generalia, malè eam reſtringi ad injurias tantùm militares. Neque præſumi
59. ſuperiorem, propter ejusmodi bellicas tempeſtates, impunitam aut permiſſam velle cuivis licentiam, faciendi intereà per vim & injuriam quicquid lubet, aut ſi quid fieret, ad-
60. emtum læſo naturalis defenſionis libertatem. Hinc nec prorogatam jurisdictionem, nec pacem Regni nec Majeſtatem læſam dici poſſe, cum nihil factum, quàm quod juris non novi acquirendi ſed veteris tuendi causâ, ſummâ neceſſitate coactis, exq; præſumtâ prætereà ſuperioris voluntate omninò facere licuiſſet. Atque hoc conſilio feliciter uſa *Univer*ſitas illa, vicinorum injurias declinabat & ſe juraq; *ſua* conſervabat integra.

Et hactenus de effectu Clientelæ, tàm extenſivo quam reſtrictive ratione objecti; ſupereſt *modus & terminus* ratio-
61. ne aliarum circumſtantiarum. Cujus ſumma eſt: quod Patronus non teneatur ultrà vires & dictamen rectæ ratio-
62. nis. Sicut enim impoſſibilium per ſe nulla eſt obligatio. *l. impoſſibilium de reg. jur. c. nemo poteſt. de reg. jur. in 6.* ità ſatisfeciſſe officio ſuo Patronus judicatur, ſi præſtiterit quantum è re natâ potuit. *Menoch. lib. 5. præſumt. 28. n. 10.* Sed, quoniam hæc ad eos etiam modos, quibus finitur aut ceſſat patrocinium, referuntur, commodiore loco de iis infrà *par. 5.* agetur; hìc ad effectus Clientes potiſſimum reſpicientes nos accingimus.

CAP. IV.

CAPUT. IV.

DE EFFECTIBUS QUIBUSDAM JURIS CLIENTELARIS CLIENTEM MAGIS RESPICIENTIBUS.

SUMMARIA.

1. *Comis obſervantia debetur Patrono.*
2. *Apud veteres Romanos plura comprehendebat.*
3. *Clientum ſubditi tenebantur militare Patrono.*
4. *Miniſteria:* Hand: Fuß: Wagen: und Roßdienſte.
5. *Error Lymnei.*
6. *Comis obſervantia hodiè anguſtior.*
7. *Clientes ad fidem & amicitiam obligati.*
8. *Formula ſine dolo malo.*
9. *Honor debetur Patrono.*
10. *Cliens non tenetur alere Patronum.*
11. *An Claves portarum Patrono offerenda.*
12. *Comites Wertheimenſes habent jus clavium in monaſterio Grumpacenſi.*
13. Ehinger zu Ulm/ *&* die von Remnat/ *nobiles familia.*
14. *Jus advocatia non infertur ex jure clavium.*
15. *Clientes jurati.*
16. *Homagium eſt propriè ſubditorum.*
17. *Subditi propriè* Liebe Getreue.
18. *Juramentum fidelitatis propriè ad vaſallos pertinet.*
19. *Juramentum Clientum latè dici poteſt, juramentum fidelitatis.*
20. *Clientes jurando artius obligantur non amplius.*
21. *Juramentum intenſivè non extenſive auget.*
22. *Juramentum refert ſe ad obligationem principalem.*
23. *Miles ſine ſtipendiis haberi non poteſt.*
24. *Cujus impenſis defenſio inſtituatur?*
25. *Jura ex frequenter evenientibus ſumenda.*
26. *Cliens regulariter ad expenſas defenſionis causâ factas tenetur.*
27. *Nemo præſumitur jactare ſuum.*
28. *Limitatio regulæ.*
29. *Diſtinctio regulæ.*

30. *Nemo debet locupletari cum damno alterius.*

31. *Ædificans in alieno, donaſſe cenſetur.*

32. *Ex neceſſitate ædificans non videtur donare.*

33. *Conſentit qui non contradicit.*

34. *Patronus ſui causâ defendens ſumtus ſuſtinet.*

35. *Defenſio utriuſq; causâ factâ, utriuſq; impenſis ſarcitur pro ratâ.*

36. *Forenſis an ad defenſionem civitatis pro parte aliquâ teneatur?*

37. *Reſpondetur negativè.*

38. *Niſi ex conſvetudine aut pacto.*

39. *Tenetur tamen ex æquitate.*

40. *Ad publica ædificia tenentur etiam qui iis non utuntur.*

41. *Obligatio forenſis ex æquo & bono judicanda.*

42. *Patronus an habeat jus retentionis pro expenſis.*

43. *Petenti reſtitui ſibi, non refuſis expenſis, obſtat exceptio doli.*

44. *Retentio pro expenſis habet cauſam rei cohærentem.*

45. *Cliens libertate amiſſâ non tenetur amplius Patrono de expenſis.*

46. *Victus bello, victori tenetur ad expenſas. Juſtitiæ cauſa præſumitur ubi eſt victoria.*

47. *Salaria Patronorum, Defenſion* und Schußgeld.

48. Schußgeld *ſuperiori datum, eſt inter regalia.*

49. *Civitates Imperiales olim peculiariter annuum præſtabant Imperatori.*

50. *Advocaticum, κατεγορικιον,* Schirmgeld/ Vogtrecht.

51. *Patronus ſalariarius quis dicatur.*

52. *Actiones Patrono ratione ſalarii competentes.*

53. *Jus naturale obligat ad antidora.*

54. *Patrono competunt etiam actiones ſubſidiariæ.*

55. *Salarium an excludat repetitionem expenſarum.*

56. *Mandatarius non repetit expenſas, ſi habeat ſalarium.*

57. *Salaria Patronorum, honoris cauſa præſtantur.*

58. *Patronus expenſas repetit, quamvis habeat ſalarium.*

59. *Lim: niſi aliter convenerit.*

60. *Clientelaria pacta ad ungvem ſervanda.*

61. *Patrocinio ſine ſpe commodi præſtanda.*

62. *Solis & benefactorum comparatio.*

63. *Salviani Maſſilienſis de patronorum avaritiâ querimonia.*

64. *Clientelaria fœdera propter abuſum patronorum malè audiunt.*

65. *Regis Galliæ munificentia et patrocinium prædicatur à Bodino.*

66. *Item à Michaele Hoſpitalio.*

67. *Patroni libertatem clientum, non ſuam utilitatem quærere debent.*

Horum

Digitized by Google

HOrum *primum* eſt; *Comis obſervantia*, & legibus no- 1.
ſtris annotata, & plurimorum bonorum autorum
mentione celebris. *vid l. 7. §. 1. ubi comiter obſervaret. ff. de ca-*
ptiv. & poſtlim. reverſ. Ea quidem apud veteres Romanos, 2.
quamvis ſtatum Clientis non afficeret, ſicut & ſuprà *Cap. 2.*
hujus part. oſtendimus, & Proculus in *d. l. 7. §. 1.* indicat,
ſubditos tamen ejus tùm ad operas bellicas, tùm alia mini-
ſteria ex uſu & commodo Patroni obſtringebat. Niſi enim 3.
illorum (puta ſingulorum hominum ex Clientibus) operis
in bello uti liceret, non illi quidem majeſtatem noſtram co-
miter conſervarent, ait *Cic. orat pro Balb.* & eorum, qui Ro-
manos ſibi Patronos ſumſerant, officium fuiſſe, nullum mi-
niſterium (quod hodiè ſervitium dicimus, Fuß: Land: Wa- 4.
gen: oder Roßdienſt) Patronorum causâ pro virili recuſare,
teſtatur *Dionyſ. Halicarn. lib. 2. hiſtor.* Quæ duo loca ad ip- 5.
ſas Reſpublicas aut Civitates clientelares, cum de nexu ſin-
gulorum, non totius Univerſitatis agant, erroneè cum vul-
go tranſtulit *Lymn. de jur. publ. Imp. Rom. lib. 4. cap. 8. n. 76.*
Sequenti verò ætate noſtriq; ſeculi moribus, comis obſer- 6.
vantiæ limitibus, neq; delectus habendi licentia, neq; com-
meatus ſubminiſtrandi neceſſitas aliudne tale miniſterium,
extrà caſum neceſſitatis aut propriæ defenſionis, contine-
tur; ſed mutua tantum fides, conſtans amicitia, ac pro re 7.
natâ ſincerum conſilium & auxilium, cum reverentia qua-
dam, (citrà tamen ſubjectionis ac obedientiæ nexum) con-
juncta; eoq; etiam ſpectare videtur vetus illa apud Livium 8.
formula, quâ Ætoli Imperium majeſtatemq; populi Roma-
ni, conſervare jubentur *ſine dolo malo*, h. eſt. civiliter, ſine
fraude libertatis, bonâ fide, ut explicat *Godelev. in not. ad*
Liv. lib. 7. verſ. amici fortè nunc ſubjecti. ſecus utiq; ac Lymn. ex-
iſtimat d. cap. 8. n. 79. in fin.

Con-

Digitized by Google

9. Conſequens huic eſt, perſonam Patroni Clientibus eſſe debere honorificam ac venerabilem; ideoque teneri clientem, *v.c.* famam & exiſtimationem ejus defendere, benè de eò loqui & ſentire, cuncta quoad fieri poteſt, in meliorem partem interpretari, honoratioremq; locum illi tribuere, *arg. c. nobis. in fin. de jur. patron. Menoch. conſil. 53. n. 186. & ſeqq.*
10. non tamen ad egeſtatem redactum alere, ſicut juris eſt in Patrono eccleſiaſtico *d. c. nobis.* cum utrinque ratio hac in
11. parte ſit diverſa. An verò Clientes Patrono ad ſe venienti claves urbium ac munimentorum ſuorum, ſaltèm honoris causâ, ſtatim eas recepturi, offerre teneantur? ex conven-
12. tionum legibus aut moribus judicandum fuerit. Sic enim Comites Wertheimenſes vindicant ſibi oblationem clavium vacante Abbatiâ in monaſterio quodam Grumpach dicto, quam deberi ſibi ajunt tanquàm Protectoribus & Advocatis, mit dieſer beſitzlichen Gerechtigkeit/ daß wenn ein Abt der ends mit Tode abgehet/ ein Graff von Wertheim ſelbſt oder durch die Seinen das Kloſter/ die Schlüſſel/ und was dem Abt zuſtändig geweſen/ in ſeine verwahrung genommen/ und ſo lang biß durch die Conventualen ein ander Abt einmütig erwehlet worden/ behalten hab/ h. e. cum poſſeſſione vel quaſi, cuſtodiendi mortuo Abbate monaſterium, claves & quicquid præterea ad defunctum Abbatem pertinuit, donec Conventualium unanimi conſenſu novus fuerit electus. Autor des gründlichen Diſcurſes über die Frag: Ob die alte Reichsvögtey en bey den Reichs-Städten wieder anzurichten / *editi hoc anno 1619.* unter den Beylagen *lit. LIII.* ubi & de familiâ Ehingerorum,
13. denen Ehingern von Ulm/ ut & de nobilibus à Kemnat, ſimilia exempla refert. Quod ſi verò Advocato vel Patrono tale jus clavium, ſpeciali conventione aut conſuetudine quæſitum non ſit, ex ipſâ clientelâ ejusque naturâ non competit; ideoque nec viciſſim à jure clavium infertur ad jus Advoca-

tiæ,

Digitized by Google

tiæ, cum oblatio clavium ex variis reſpectibus, puta dominii, Majeſtatis, juris terrionalis &c. initium capere poſſit, *Autor d. diſcurſu fol. 20. verſ.* demenun / kein Mangel oder Hinderniß bringet / ꝛc. 14.

Alterum quod Clientem ſpectat, eſt *juramentum*, quo nonnunquam clientes certioris fidei causâ ſingulariter obſtringuntur. Dico autem *nonnunquam*, quia nec de eſſentiá clientelæ eſt, nec perpetuum eidem. Cæterum hoc ipſum juramentum propriè loquendo nec homagium eſt: id enim ad ſubjectionem ſpectat, undè ſpecialisſimè dicuntur ſubditi, liebe getrewe/ h. e. dilecti fideles, *Thom. Mich. de jurisd. Imper. Rom: concluſ. 57. Ruland. de Commiſſ. part. 4. lib. 2. cap. 3. n. 25.* nec fidelitatis juramentum, quale Vaſallus præſtat Domino, cum hoc ad ſervitia feudalia reſpiciat de quo *tit. 4. lib. 2. de Uſib. feud. Weſenb. de feud. cap. 8. n. 20.* ſed quale contractibus adjici ſolet, firmandæ obligationis causâ *Weſembec. paratit. ff. de jurejur. n 5.* quanquam non negemus, ſuo etiam modo & latiori ſignificatu etiam *fidelitatis* juramentum dici eodemq; modo cliens lieber getrewer inſcribi queat: nempè non ut nova obligatio conſtituatur ſed ut roboretur fides & obligatio clientis, quâ aliàs Patrono jure erat obſtrictus, *Paurmeiſt. lib. 1. de jurisdict cap. 3. in fin.* Juramentum enim ſicut dicere ſolemus, non extenſivè ſed intenſivè tantum obligationem auget. *gloſſ. in c. 1. de jurejur. in 6. Covarruv. in c. quamvis. §. 4. de pactis n. 6.* adeoque ſicut juramentum à Vaſallo præſtitum, ea reſpicit quæ Vaſallus debet Domino ſuo, itá quod à cliente præſtatur, eam fidelitatem, quæ Patrono debetur; nec ultrà ſubjectæ materiæ fines eſt extendendum, *c. hoc conſultiſſimo. de reb. eccleſ. non alien. in 6.* 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22.

Tertiò: cum armata ſit atque eſſe debeat hæc de quâ agimus protectio, neque miles autem neque arma ſine ſtipendiis haberi queant, *Tacit. lib. 4. hiſtor. cap. 74. n. 2.* quæſtionis eſt 23.

cujus impenſis Patronus officium ſuum exſequatur, ſuiſnè an
24. clientis? Cumque jus quod conſtituitur ex iis deſumendum
25. eſt, quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidunt, *ut ex Theophraſto ait Pomponius*
in l. jura conſtitui. 3. ff. de legib. plerumque autem ac potiſſi-
mum in clientelis contrahendis Clientis utilitas & ſalus ſpe-
ctatur, tanquàm partis debilioris, ideò regulam hìc conſti-
tuemus: Clientem regulariter teneri ad expenſas defenſio-
26. nis causâ factas à Patrono. *Grot. de jur. bell. & pac. lib. 2. cap. 16.*
§. 12. in fin. Beſold. de jur. fœd. cap. 5. §. 10. tum quod regulari-
ter præſumtio ſit, magis Clientis quàm Patroni gratiâ defen-
ſionem ſuſcepi; tùm quod nemo præſumatur in rem & uti-
27. litatem alienam ſumtus facere de ſuo, *arg. l. idemq́ 10. §. idem*
Labeo. 9. ff. mandat. l. ſed etſi. §. 1. ff. ad exhibend.

Sicut autem nulla regula eſt ſine exceptione; ità primò
28. generaliter hoc limitatur, niſi inter Patronum & Clientem
aliter convenerit, aut conſuetudine aliter obſervatum, *Be-*
ſold. d. cap. 5. §. 10. princ. Deindè, ſi horum nihil exſtet, di-
29. ſtinguendum erit; num ſolius Clientis gratia defenſio ſuſce-
pta fuerit, Patroni autem aut nihil interſit, aut parum admo-
dum, aut per longè petitas conſequentias demum: num ve-
rò & ipſius Patroni intereſſe & cauſa in defenſione ſimul
verſetur: *Priori caſu*, quin Cliens, vel ſubminiſtrare faciendæ
adhuc defenſionis ſumtus, vel refundere utiliter expenſos
teneatur, vix dubitari poſſit. Utrumque enim, tùm ne quis
30. de ſuo invitus alteri præſtet beneficiū, tum impenſæ in rem
alienam factæ ut reſtituantur, æquitati conſentaneum eſt, *c.*
cum ex officij. 16. de præſcript. l. fin. §. 1. ff. de mun. & honor. nè
ſcilicet alter locupletetur, h. e. commodum ſentiat, *l. 7. ff.*
quemadm. teſtam. aper. alter incommodo no ſolum ſed & da-
mno inſuper mactetur, quod ſuo ſine periculo aut damno
potuiſſet evitare, *l. 54. ff. de Rei Vend. l. 5. in pr. ff. depoſit.*
Eaque, ſiquidem requiſitus & interpellatus de auxilio Patro-

nus

Digitized by Google

nus fuerit, eò minùs dubii habent: Spontè ſuccurrens, quamvis ſolius adhuc Clientis causâ, poſſet donaſſe videri, donandique animo impenſas & operam ſumſiſſe, exemplo ejus qui ſciens in alieno ſolo ædificat, *l. adeò. 7. §. ex diverſo. ff. de acquir. rer. dom. §. ex diverſo. §. certè Iuſtit. de Rer. diviſ.* Verum, ſicut donatio non præſumitur in eo qui ex neceſſitate rei aliàs perituræ, quamvis alienæ, ſumtus facit aut ædificat; ità nec Patronus, neceſſitate Clientis defenſionem manifeſtè exigente, licet ipſe spontè ſuà eam ſuſceperit, *arg. l. 1. ff. de imperſ. in reb. dotal. fact. l. 19. de petit. hæred. Menoch. A. J. P. lib. 2. cent. 3. cap. 258. n. 9.* maximè ubi ſciente & patiente Cliente ſumtus facti ſint, exemplo reficientis ædificium alienum ſciente domino, *l. 5. pure. §. ſi donavi. ff. de dol. mal. & met. except. auth. malæ fidei. C. de præſcript. long. temp. 10. vel 20. ann.* quod quidem ſemper fieri præſumitur, quando res facti evidentiam habet manifeſtam, ipſe autem dominus nec contradicit nec ullum diſſenſus ſui, indicium facit, *l. fin. C. de negoc. geſt. Gilken. de impenſ. part. 1. cap. 1. n. 5. & part. 2. cap. 10.* Econtrà *altero caſu*; cum fortè ſuæ tantùm utilitatis ſuæque ditionis firmandæ magis quàm Clientis causâ Patronus bellum ſuſceperit, æquum eſt Patrono ſumtus imputari, naturali ratione quæ ibi incommodum eſſe jubet ubi commodum eſt. *l. jure naturæ 206. ff. de reg. jur. eam ſimill.* Undè porrò colligitur; ſi utriusque utilitatis causâ ſuſceptum bellum fuerit, impenſas utrinque conferendas eſſe, pro rata ſcilicet damni & lucri percepti, operæ item præſtitæ, facultatum deniqúe & conditionis quâ quisque degit, idqne boni viri arbitratu, ſicut in materiâ ſocietatis privatæ eleganter oſtendit Pomponius ad Sabinum *in l. Societatem 16. ff. pro ſoc.* Atque hinc etiam reſponderi poterit ad quæſtionem ex facto propoſitam: Si quis Baro, nobilis, aut collegium aliquod in territorio vel intrà pomæria Civitatis alicujus, immobilia poſſideat ibidem-

 ve

31. 32. 33. 34. 35. 36.

ve habitet ac reſideat adeoque belli tempore eodem defenſionis commodo fruatur quo reliqui cives num ad ſuſtinendum pro ratâ onus defenſionis teneatur, etiamſi nullum clientelare jus aut pactum intervenerit? Strictâ etenim juris ha-
37. ctenus deducti ratione, haut teneri, dicendum foret: quoniam manifeſtum eſt, Civitatem illam ſui ſuorumque civium unicam rationem habuiſſe Baronem, autem, nobilem illum &c. tantùm per conſequentiam defenſionis commodo frui, neque horum causâ ullam graviorem impenſam fieri; & eò quidem tendunt relata *apud Gylmannum part. 1. ſymphorem. ſup-*
38. *plic. Cam. tit. 1. de religion. n. 34.* Sed & imprimis hîc quoque examinandá erit loci conſuetudo alia-ve peculiaris ratio, ob quam jure teneri adhuc dicatur: quibus ceſſantibus, et ſi ſtrictum jus, ſicut diximus, obſiſtere videatur, naturali ta-
39. men æquitate inſpectâ, quę inter homines civiliores pro lege eſſe debet, vel præſcriptis verbis vel utili negociorum vel ſimili aliquâ actione ſaltèm tenebuntur; *arg. l. ſi ut proponis. C.*
40. *de ædific. privat.* exemplo fontis, pontis, templi, alius-ve
41. publici ædificii, cujus uſus communis eſt, & ad cujus ſuſtentationem tenetur etiam qui non eſt civis, parochus, &c. *c. de his. ubi Abb. Panorm. de eccleſ. ædif. vel repar.* etiamſi proteſtetur ſe illâ re communi non uſurum *Speculat. tit. de cenſib. § 1. verſic. ſed porrò. vicini. Garz. de expenſ. & melior. cap. 19. n. 12.* ubi quod ejus nomine liceat collectam indicere: adeoque totam hanc controverſiam, niſi ex tacitâ conventione, loci conſuetudine, aut poſſesſione vel quaſi determinari posſit, bonorum virorum arbitrio ex circumſtantiis dijudicandam atq́ æſtimandam committerem, *arg. d. l. ſi ſocietatem. pro ſoc. 1. 1. ff. & C. commun. divid. cum ſimili. & vid. Beſold. de jur. fœd. cap. 7. §. 7.*
42. *verſ. veruntamen hac ubi in ſimil.* Illud etiam huc ſpectat: An Patronus bello clientelari ſuſcepto, loca ſibi intereà à Cliente commiſſa vel exigente belli ratione præoccupata, retinere posſit,

poſſit, donec ſolutæ fuerint impenſæ bellicæ? Quod quidem vix eſt ut negemus, ſi res benè ceſſerit proſperoſque ſucceſſus defenſio habuerit, itá enim locupletior factus Cliens, 43.
exceptione doli removebitur, ſi finito bello ſua ſibi reſtitui petat, expenſis nondum refuſis : etſi enim regulariter res 44.
quæ pignori non eſt tradita non poſſit pro debito retineri *l. fin. C. ommodat.* aliud tamen eſt, ſi quid expenſum ſit in ipsâ re ; quia tum retentio habet fundamentum in causá ipſi rei cohærente. *l. colonus. ff. de vi & vi arm. l. ſi neceſſarios. ff. de pigner. act. Garſ. de expenſ. & melior. cap. 1. n. 16. Molignot. tr. de jur. retent. paſſim.* Sin Patronus ſuccubuerit, Cliens autem aut pe- 45.
rierit aut in manus hoſtium venerit ſeu deditione fact: ſeu aperto Marte, profligatus ; quamvis damnum ſentiat Patronus nulla tamen ei ſupereſſe actio videtur, ſive Clientem reſpiciamus, qui jàm non eſt ſui juris, ſive Victorem hoſtem, qui inſuper à Patrono impenſas exigendi jus habet quatenus interventu ejus bellum factum eſt difficilius, tantùm abeſt ut à Patrono factas rependere teneatur. Ea enim eſt belli ratio ex communi gentium ſenſu ut de juſtitiæ cauſæ contrà vi- 46.
ctum ſit præſumtio, victusque victori ob id teneatur ad expenſas. *Vid. Gilken. tr. de impenſ. ad l. adeò. § ex diverſo. ff. de acquir. rer. dom. part. 2. cap. 4. n. 11. adde. l. 48. ff. de Rei Vendic. & Weſemb. in Cod. de ſportu'. n. 24.*

Quartò: Salaria quoque aut eorum nomine annuas 47.
præſtationes Protectoribus nonnunquam erogari deprehendimus, nobis generali vocabulo: Defenſion: und Schutzgeld. Quæ ſi magiſtratui ſeu ordinariè ſuperiori ſolvuntur, 48.
inter Regalia minora ſunt, tabesq; præſtationes in ſingulas Imperii Germanici liberas Civitates deſcriptas habere Fi- 49.
ſcum Cæſareum refert *Tob. Paurm lib. 1. de jurisd. Imper. Rom. cap. 4. n. 7.* Sin Patrono, (quod hujus loci proprium eſt) in ſpecie *Advocaticum*, Græcis κατηγορικον, *Novell. Tiber. de di-* 50.

vin. dom. cap. 4. noſtrâ vernaculâ: Schutz und Schirm Geld in ſpecie, Vogtrecht appellatur *And. Knich. de ſupr. territ. jur. cap. 4. n. 400. Speidel. notab. juridicopolit. lit. V. n. 40. in fin.* neque incommodè tunc Advocatum ſeu Patronum dicemus
5. *Salariarium*, quomodo & fideicommisſarium, legatarium, donatarium, &c. dicimus, ex Ulpiano *in l. itemq. 10. §. 14. Labe. 9. & ibi GodoX. in not. ff. mandat.* Et has quidem præ-
52. ſtationes ſibi ſtipulari ferè ab initio ſolent Patroni; indèq; jure civili inſpecto, certi condictio dabitur, ſi quid certi in ſtipulationem deductum fuerit; ſin nihil certi nominatum, ex ſtipulatu tamen agetur, *l. 74. 75. ff. de Verb. oblig. l. 6. de reb. credit. princ. Inſtit. de Verb. obl.* Quod ſi neque ſtipulatio aliave conventio intervenerit, atque ità jus videatur fortè ſtare merè à cordibus laicorum, h. e. pudori & conſcientiæ humanæ relinqui, nullâ datâ in foro exteriori actione, ut lopuitur *Bartol. in l. 5. ff. de judic. & jur. n. 11.* aut præſcriptis verbis agetur, ex contractu innominato; facio ut des, ſicuti innuit *Menoch. conſil. 29. n. 10.* aut ſaltèm jus gentium va-
53. lebit æquitatisq; etiam non ſcriptæ habebitur ratio, quæ præmia benemeritis ultrò porrigit, & naturaliter obligat ad
54. antidora: quo faciunt etiam ea, quæ de actione ingrati, de actionibus in factum ſubſidiariis, &c. JCtis noſtris ſunt prodita, *arg. l. 1. ff. & penult. ff. de obſeq. par. & pat. præſt. Cujac. in parat. ff. & C. eod.* An verò hujusmodi Patrocinia & Salaria
55. excludant refuſionem expenſarum, *verb. cauſ.* ſeu armorum ſeu legationum causâ pro defenſione Clientis factarum, memini quæſitum? Cumq; Salarium eſſet non exiguum, videbatur nonnullis iniquum, duplici onere gravari clientem: addebant *d. l. 10. §. 9. mandat.* ubi Ulpianus,
56. regulæ quibus Mandatarius teneatur rem reſtituere unà cum fructibus, ſubjicit quidē exceptionem de ſumtibus ad vecturam ſuam factis, ut ſi forte ſuſcepti mandati causâ ali-

quo excurrendum fuerit, eoſq; reputari, h. e. deduci ex fru-
ctibus reſtituendis poſſe ait; replicando tamen addit: *niſi*
ſi Salariarius fuerit. Sed quoniam ſalaria & præſtationes iſtæ 57.
annuæ, honoris, obſervantiæ & retinendi magis patrocinii
causâ, quàm ſumtuum gratiâ conſtituantur, æquior ſenten- 58.
tia viſa eſt, ut impenſæ utiliter pro defenſione & conſerva-
tione Clientis factæ, unà cum ſalario, refunderentur; deci-
ſione ſumtâ ex ipsâ *d. l. 10. §. 9.* ubi tùm demum obſtare ex-
ceptionem ſalarii ait JCtus, *ſi hoc convenerit ut ſumtus de ſuo, h.* 59.
e. de ſalario, ad hac itinera faceret: undè infertur ſenſu contra-
rio; quod ſi nihil de eo expreſsè convenerit aliud dicen-
dum eſſe. Sicuti autem, quicquid hoc nomine inter Pa- 60.
tronum & Clientes convenit, utiq; præſtandum eſt infalli-
biliter, quemadmodum & clientelaria hæc pacta ad ungvem
ſervare debere, à clientibus præſertim, utiliter monet *Deci-*
an. vol. 1. reſponſ. 18. n. 122. c. militare. 5. verb. protectoribus. conſ.
23. q. 3. ità meminiſſe decet Patronos: Heroibus dignum 61.
eſſe factum, ut ſine ullâ etiam mercede, ſine ullâ ſpe utilita-
tis privatæ, oppreſſis ſubveniant, libertatem ſpoliatis reſti-
tuant. Quomodo mundi officium eſt, circumagere rerum 62.
ordinem, quomodo Solis, loca mutare, ex quibus oriatur;
in quæ cadat, *& hæc ſalutaria nobis facere ſine præmio*: ità viri
officium eſt inter alia, & beneficium dare, *ait Seneca lib. 5. be-*
nefic. cap. 13. Multò verò minus decebit eos, Clientum opes 63.
exhaurire, libertati inhiare, aut nimis carè officii ſui preci-
um ſtatuere. de quo elegans eſt apud Maſſilienſium Chriſti-
aniſſimum Scriptorem locus; Tradunt, *inquit*, ſe ad tuen-
dum protegendumq; majoribus, dediticios ſe divitum faci-
unt, & quaſi in jus eorum ditionemq; tranſcendunt, nec ta-
men grave hoc aut indignum arbitrarer imò potius gratu-
larer, hanc potentum magnitudinem, quibus ſe pauperes
dedunt; *ſi patrocinia iſta non venderent, ſi, quod ſe dicunt humi-*
les

Digitized by Google

les defenſare, humanitati tribuerent non cupiditati. Ità diſſerit de Clientelis hujusmodi *Salvianus Epiſcop. Maſſil. lib. 5. de*
64 *provident.* Atque hanc ob cauſam clientelaria fœdera inter aliàs rationes, de quibus ſuprà egimus ſuo loco, & audiunt malè & operosè à nonnullis disſvadentur, *vid. Bocer. de ju-*
65. *risd. lib. 2. cap 8. n. 97. Zaſ. lib. 5. conſi. 7. n. 5.* Bodinus verò Galliarum Regem hoc nomine magnoperè extollit, quod ob conſcriptum pro Germanorum Principum libertate exercitum non ſolum nullas pecunias acceperit, ſed & 200. inſuper aureorum millia iisdem belli advèrſus Carolum Imperatorem gerendi causâ magnificè elargitus ſit, *lib. 5. de*
66. *Rep. cap. 6. fol. m. 912.* & magnus quondam rei literariæ Patronus *Michael Hoſpitalius* Regni Galliæ Cancellarius, de Henrico II.

Hic Rex legitimus Francorum non tulit ægrè
Vicinos populos in libertate manere.
Quinetiam oppresſos adjuvit milite & armis
Atque illi tantus merces amplisſima ſemper
Pro meritis eſt viſa, piis in mentibus hærens
Gratia, quæ magni merces eſt vera laboris.

in gratulatoriâ ſuà de capta urbe Metenſi *lib. 2. ſermon. Epiſt. 8.* Cum eundem Regem eádem epiſtolâ gravisſimè quoque monuisſet, nè grave novis redderet patrocinium ſu-
67. um Clientibus, his verſiculis:

Tu verò quem tot cumulat fortuna triumfis
Ipſa quot in partes varias Europa ſecatur,
Cui decus eſt duplex, pulſo bis Cæſare partum,
Diſce modum ſervare, alieno diſce periclo:
Diſce cupidinibus certos præſcribere fines,
Et Servatoris potius nomenq; parentis
Plebis ama, *quàm vel Domini vel regis acerbi.*
Nam fuit exitio multis hoc regibus olim

Cæſari-

Digitized by Google

Cæſaribus q; : fuit prius illud ſæpè ſaluti.
Nulla magis populis externos prælia Reges
Commendant, quàm cum monſtraverit exitus illos
Nec rem principio nec opes quæſisſe, nec ulla
Imperia, obducto ſimulatis artibus hamo.
Tantum ſponté ſuâ & veræ virtutis amore
Ductos, auxilio voluiſſe opibusq; juvare
Quos vis ſervitio presſos aliena teneret.
Nec generi humano contingere gratius ullum
Munus libertate poteſt, &c.

De quo tamen, quid alii judicent, videre ſi velis, vide *I. Frid. Brant. in vindic. Mauritian. §. 11.* undè hæc depromſimus.

PARS V.

Quibus modis aut cesſat Advocatia aut prorſus finitur.

CAPUT I.

QUIBUS CASIBUS CESSET ADVOCATIÆ CLIENTELARIS EFFECTUS.

SUMMARIA.

1. *A Patrono ultrà vires & rectam rationem nihil exigendum.*
2. *Patroni viribus deficientibus, ceſſat patrocinium.*
3. *Clientum intereſt nè Patronorum infortuniis miſceantur.*
4. *Bochus à Jugurthâ abſtinere ſuadetur.*

5. *Cicero à Pompejo.*
6. *Cælius Ciceronis amicus.*
7. *Stulticia eſt ſequi partes Patroni jam deſperati.*
8. *Ceſſat potrocinium ubi nulla ſpes ſalvandi Clientis.*
9. *Stultum eſt, murum capite arietare.*
10. *Quantitas rei juris diſpoſitionem non mutat.*
11. *Porcellus ruſtico charior, quam talentum diviti.*
12. *Tutor non debet majores impenſas facere quàm res eſt.*
15. *Duciſſa Mediolanenſis auxilium denegat Clientibus Florentinis.*
16. *Juratò Eccleſiæ promittens, ob magnam difficultatem liberatur à reatu.*
17. *Magna difficultas æquiqaratur impoſſibilitati.*
18. *Non poſſumus, quod nec commodè poſſumus.*
19. *In fæderibus ac clientelis exiguum incommodum non ſolvit obligationem.*
20. *Morientium ſine auxilio imprecationes non contemnendæ.*
21. *Saguntinorum manibus parentatum eſt vaſtatione Italiæ.*
22. *Eumenis in proditorem ſui exercitum imprecatio.*

SIC effectu & juribus explicatis, Advocatiam utrinque conſequentibus, reſtat jam poſtremo loco ultima penſi noſtri exſequenda particula, quibus ſcilicet ex cauſis jus Advocatiæ ipſum aut impediatur & ceſſet nonnunquam, aut planè ſolvatur ac perimatur.

1. Cùm igitur, ſicut paulò antè diximus, à Patrono amplius nihil exigendum ſit, quàm aut in facultatibus ejus, aut
2. ratio recta permittit; Hinc ceſſat defenſionis clientelaris effectus, *primò*: Si ad inictas planè, aut eam ſaltèm conditionem redactus ſit Patronus, ut viribus ipſe deficiat. Natura enim dictitat, ut cum ſubjecto corruat accidens.
3. Quin & hoc caſu Clientibus ſvadendum eſt, nè Patrono fortè hoſtilibus armis ſubacto rebusq; omninò deſperatis, ſuas amplius miſceant. Quomodò & Bochum Romanorum
4. Legati moneat: florentes res ſuas ne cum Jugurthæ per-
5. ditis miſceret, *apud Saluſt. in bell. Iugurth.* & Ciceroni ſocero ſuo,

ſuo, Pompejanarum partium clienti, prudentiſſimè conſuluit Dolabella *lib. Epiſtol. fam. 9. epiſtol. 9.* ut derelicto Pompejo Cæſari ſe jungeret: *Animadvertis*, inquit, *Cn. Pompejum nec nominis ſui nec rerũ geſtarum gloriâ, nec etiã Regum aut Nationum clientelis, quas oſtentare crebrè ſolebat, eſſe tutum, & hoc etiam quod infimo cuiq́ contigit, illi non poſſe contingere ut honeſtè effugere poſſit.* & paulò poſt: *Quamobrem qu d aut ille ſperare poſſit, aut tu, animadverte pro tuâ prudentiâ; ſic enim facilimè quod tibi utiliſſimum ſit conſilium capies.* Jam enim peccave- 6.
rat Cicero, quod reſtauranti bellum in Græciâ Pompejo adnavigârat, Cælio quamvis amicorum amiciſſimo optimis rationibus disſvadente: *quod*, ut ajebat Cælius, *contrà victo-* 7
rem Cæſarem eo tempore agere, quem dubiis rebus lædere noluerat Cicero, & ad eos fugatos accedere, quos reſiſtentes ſequi noluerat, ſumma ſtultitia eſſet, lib. 8. epiſtol. famil. 16.

Deindè, ceſſabit ex eodem fundamento protectionis 8.
obligatio, ſi nulla ſpes ſit profuturi auxilii, ſive ob potentiam hoſtis prævalidi, ſive ex aliis rerum difficultatibus hoc appareat. Nec enim decorum eſt attrectare quod non obtineas, *ut Tacitus loquitur lib. 3. annal. cap. 52. n. 4.* nec ratio- 6
ni conſentaneum, Germanico etiam proverbio celebratæ: Man muß mit dem Kopff wieder die Mauer nicht lauffen / h. e. Non eſſe murum capite oppugnandum, ubi fortè arietes deſint. Idemq́; fuerit, ſi majores impenſas defenſio exigat, quàm res ipſa ſit. Etſi enim quantitas rei, minor an major 10.
in judicium veniat, perindè ſit, juriſq́; diſpoſitionem non mutet, *ut eſt text. elegans in l. qui filium. §. 1. ff. ad Trebell.* &
porcellus ruſtico ſæpè charior ſit quàm opulento aliquot ta- 11.
lenta, *uti Accurſ. diſſerit in l. illicitas. §. & nè tenuis. ff. de offic.*
præſid. hoc tamen ad judicis ſpectat officium. Tutor au- 12.
tem, adminiſtrator, & ſimiles, quibus etiam comparatur Patronus, non tenetur ſuſcipere v. gr. litem pro pupillo, in

 quâ

Digitized by Google

quâ plus expendendum ſit, quàm ultimo judicio conſequi
poſſit, *Ioan Garc. tr. de expenſ. & meliorat. cap. 18. in fin.*
13. *Tertiò* ſuſpenditur protegendi obligatio, ſi tempore re-
quiſiti auxilii Patronus bello aliisvè adeò gravibus difficul-
tatibus implicetur, ut ipſe alienâ ope indigeat. Idq; ex præ-
14. ſumtâ mente primaq; intentione contrahentium, quòd ne-
mo operam ſuam aliis promittendo, per hoc ſibimet ipſi no-
cere aut res ſuas negligere voluiſſe intelligatur, ſicut in ter-
minis habet *Bertachin. in repertor. part. 3. columnn. 3. verb. obliga-*
15. *tio. n. 68.* addito exemplo Duciſſæ Mediolanenſis, quæ Thu-
ſco bello, Florentinis cum quibus clientelæ jus habebat, pa-
trocinium denegabat, quod ipſi ſibi eodem tempore confli-
gendum eſſe diceret cum Ludovico Sfortiâ, bellum in Lon-
gobardiâ movente. Et facit huc vulgaris Canoniſtarum
16. theorica: quod etiam Eccleſiæ defenſionis nomine obli-
gatus, quanquam juramentum acceſſiſſet, à perjurii tamen
reatu liberetur *ob magnam aliquam difficultatem*, ut loquuntur,
17. cum talis difficultas æquiparetur impoſſibilitati, *Dd. in c.*
17. X. de jurejur. Panormit. ibid. n. 4. Rectè autem hoc caſu,
ob magnam difficultatem dixerunt. Quanquam enim aliàs
81. non poſſe aliquid facere etiam tum dicamus, quando com-
modè non poſſumus, *arg. l. 3. §. ſi quis. ff. de ſtat. lib. l. nepos.*
ff. de verb. ſignif. Ang. Bartol. & alii in l. 2. pr. ff. qui ſatisd. cog.
attamen in fæderibus & clientelis omninò, ubi pactum &
19. conventio præceſſit, fidei ſervandæ causâ leve aliquod in-
commodum non eſt defugiendum; tùm ut fidei datæ ſatiſ-
fiat, quod per ſe honeſtum eſt, tùm nè clientum, ſi intereà
pereant deſtituti, diras atque execrationes nobis arceſſa-
20. mus: quas non planè ſpernendas eſſe, cum nec planè effe-
ctu ſuo careant (ſicut & de morientium ultimis præceptis
occultæ Philoſophiæ ſecta docet) memorabili Saguntino-
rum exemplo innuit hiſtoricus. Eorum quippe manibus
inter

Digitized by Google

inter alia etiem *Italiæ devaſtatione quaſi parentatum eſſe*, non 21.
ſecus ac ſi ultimæ Saguntinorum diræ in illo publico parricidio incendioq; hoc mandasſent, ſcribit *Flor. lib. 2. Rer. Roman. cap. 6.* Cui ſimile ferè eſt quod Clarisſimus Dominus Freinshemius ibidem adjicit de Eumene ab exercitu prodito, qui, *Ultima*, inquit, *ego nunc perfidorum victima has vobis* 22.
diras atque inferias dico, ut inopes extorresq́; omne ævum in hoc caſtrenſi exilio agatis, ex epitomatore Trogi *Iuſtino lib. 14. hiſt. cap. 4.*

CAPUT. II.

QUIBUS MODIS ADVOCATIA FINIATUR.

SUMMARIA.

1. *Aliud eſt ceſſare, aliud finiri.*
2. *Clientela ſolvitur mutuo diſſenſu.*
3. *Contractus ab initio ſicut voluntatis, poſteà necesſitatis.*
4. *Patronus non niſi requiſitus patrocinatur.*
5. *Ferendi auxilii neceſſitas, non eſt præſcriptibilis.*
6. *Clienti liberum eſt uti patrocinio vel non uti.*
7. *Limitatur 1.*
8. *Limitatur 2.*
9. *Patronus ſalarium anticipans, in futurum obligatur.*
10. *Clientela finitur morte naturali.*
11. *Et civili.*
12. *Interitus Clientis, perimit clientelam.*
13. *Statu Clientis penitus mutato, finitur clientela.*
14. *Formæ accidentalis mutatio, non mutat clientelam.*
15. *Tempore vel negocio clientelæ finito, ipſa clientela finitur.*
16. *Fœdus Chamborticum finitum eſt transactione Paſſavienſi.*
17. *Culpâ Clientis finitur clientela.*
18. *Item culpâ Patroni.*
19. *Privilegio privatur, qui eo abutitur.*
20. *Officia clientis & Patroni mutuò ſe ponunt.*
21. *Non debet nocere, quod defenſionis causâ inventum eſt.*
22. *Non debet ipſe committere, quod quis tenetur prohibere.*

23. *Patronus abuti poteſt officio, committendo.*
24. *Et omittendo.*
25. *Differentia factorum: commiſſionis & omiſſionis.*
26. *In omiſſionis caſibus, monitoria præcedunt privationem.*
27. *Graviora ſunt delicta commiſſionis quàm omiſſionis.*

Accuratè loquendo aliud eſſe ceſſare aut ſuſpendi ſive ad
1. tempus ſive ex certâ causâ, quâ ceſſante ceſſet ſuſpenſio: aliud planè tolli & finiri, per ſe patet. Quib' modis ceſſet aut interrumpatur quaſi protectitia obligatio, præcedenti capite vidimus; ſupereſt qualiter finiatur. Atq; hoc quidem, nè longè abeamus,
2. *primò* ſic utriusque partis mutuo diſſenſu, quemadmodum ipſa obligatio primū mutuo conſenſu, ſive tacito ſive expreſſo naſcitur: nihil quippe tam naturale eſt, quam eo modo aliquid diſſolvi, quo colligatum eſt *l. nihil. ff. de reg. jur.* An verò alterutrius renunciatio ſufficiat? dubitari poſ-
3. ſit. Pro negativâ facit, quod contractus, ſponſiones, *fœdera,* ab initio ſint voluntatis, ex poſtfacto, h. e. poſt obligationem utrinque contractam, neceſſitatis. *l. invitus nemo. 106. ff. de reg. jur. ubi Dd l. ſicuti. 5. C. de oblig. & act.* eodemque reſpicere videtur *d. l. nihil. de reg. jur.* Pro affirmativâ contrà: quod
4. ſecundum quorundam opinionem Patronus officium ſuum non niſi requiſitus impertiat *Weſemb. conſil. 48. n. 16.* adeoque in merâ facultate Clientis poſitum ſit, velitnè patrocinium
5. exigere an intermittere; undè ferendi auxilii neceſſitatem, quatenus facti eſt noſtrates haut præſcribi arguunt *gloſ. & Bart. in l. viam publicam. ff. de via publ. Alb. Brun. conſil. 86. n. 10. Balb. de præſcript. part. 4. quæſt. 5. princip. quæſt. 1. n. 3. & We-*
6. *ſemb. d. loc.* Imò etiam ab hæreditariâ Advocatiâ quovis tempore Clienti recedere eâdem illâ ratione licuerit, *arg. l. fin. C. comm. divid.* Sed diſtinguendum antè omnia fuerit, Clientis
7. an Patroni causâ defenſio ſuſcipiatur: nā ſicut priori quidem casu penes Clientem ſteterit, omittere eam an uſurpare velit;

lit; ità poſteriori, res ad Patronum ſpectat ejusque conſilio relinquitur, cum hoc caſu etiam invitum defendere poſſit, quemadmodum paulò ſuperius oſtendimus. Deindè limitatione quoque adjectâ opus fuerit: ut recedere quidem li- 8.
ceat à communione clientelæ *per d. l. fin. C. comm. divid.* ſi tamen res adhuc ſit modò integra & in eo ſtatu ut citrà alterius partis injuriam aut damnum fieri queat. *Nam ſi v. gr.* Patronus renunciare vellet, poſtquam ſtipendium ſive πατρώνικον 9.
conventum ipſi in unum plures-ve annos fuiſſet anticipatione facti perſolutum, aut ſimile quid præſtitum, atque intereà caſus auxilii præſtandi exſiſteret, utique tunc renunciatione interpoſitâ non liberabitur, quin potius officio non præſtito, ſi quod Clienti damnum emerſerit, reſarcire tenebitur, *l. qui in futurum. ff. de pact. l. 2. §. 6 ff. de dol. mei. except.*

Secundò finitur clientela morte ſive utriusque ſive alter- 10.
utrius partis, ſicut cæteræ hominum coventiones, pacta, fœdera; niſi quibus ex cauſis perpetuitatem induunt, de quo ſuperius *part. 4. cap. 1.* pluribus egimus, & addi poſſunt *Schurf. vol. 2. conſil. 23. n 8. in fin. Machavell. lib. 1. diſput. de Repub. cap. 59.*

Tertiò interitu ac morte non naturali tantum, ſed & civi- 11.
li ſolvitur hoc jus. Idemque non tantùm ſi Civitas aut Reſp. aliqua in patrocinium ſuſcepta planè interierit, puta ratione 12.
corporis totiusque ſubſtantiæ, velut Civitati *Plurs* in Helvetiâ terræ motu, aliis locis in Belgio aquarum inundationibus contigit, *vid. Grot. lib. 2. de jur. pac. & bell. cap 9 §. 4. l. pater. §. fidei. ff. de legat. III. Felin. in cap. cum dilecta. 22. X. de reſcript. n 22.* ſed & ſi conditio ejus ità mutata fuerit, ut Clientela ve- 13.
tus cum præſenti conditione ſtare non poſſit, veluti ſi belli cladibus exhauſta in deditionẽ ac poteſtatem hoſtis venerit, &c. ſolvitur clientela. His enim caſibus utrinque perimi obligationem neceſſum eſt; ex parte Patroni quidem, cum 14.
ceſſante qualitate cujus reſpectu quid promiſſum eſt, ceſſet

quo-

Digitized by Google

quoq; ipſa promiſſio *l. tutel. 7. ff de cap. minut.* ex parte Clientis; quia mutatione ſtatus factâ omnia priſtina jura, pacta itē fœdera abſorbentur, *Grot. d. lib. 2. cap. 15. §. 13. verſ. ſed addenda exceptio; uſq; ad fin.* Aliud verò eſt ſi ratione formæ accidentalis ſaltem mutatio facta ſit; tunc enim manere obligationem fœderum integram ſupr. *d cap. 1. pact. 4.* oſtendimus.

15. *Quartò*: ſed & ſi ad certum tempus, vel ad certam cauſam inita ſit clientela, tempore vel negotio illo finito, reſolvitur ipſius clientelæ nexus; ſicut ſocietas ceſſante negotio ob quod ſocietas contracta eſt. *l. actione 65. §. item 10. ff. pro*
16. *ſoc. Petr. de Ubald. de duob. fratrib. 11. princip. fol. 7.* Hinc interminis fœderis Chambortici, quod ex parte Bodini ſemper ut clientelare habitum eſt, Germaniæ Principes ab imputatâ fœderis violatione liberat *J. Fridericus Brant*; cum enim fœdus illud, utcumque clientelare, ad certum modo tempus, donec ſcilicet captivi apud Cæſarem Principes, captivitate, reliqui metu ſervitutis, liberarentur, contractum eſſet, ſequitur omninò tranſactione Paſſavienſi, quâ motibus iſtis finis imponebatur, ſimul finem accepiſſe, adeoque Principes vinculo ac fide quâ Regi Galliæ tenebantur, ipſo jure fuiſſe exſolutos, *in vindec. Mauritian. §. 13. verſ. eademq; ſocietas.*

17. *Deniq;* etiam culpâ unius vel alterutrius partis exſpirare jus clientelare poteſt; veluti ſi vèl Cliens annuas præſtationes debito modo non ſolvat animove recedendi à clientelâ moretur, aut cum hoſtibus Patroni in perniciem ejus conſpi-
18. ret, aliisve modis à clientelari deſciſcat; vel contrà ſi Patronus non defendat legitime Clientem, ſubtrahendo ſe defenſioni (quod *Tacito propriè eſt diverſa excuſare lib. 3. annal. cap. 11.*) ſeu palam auxilium denegando, vel commiſſo ſibi Prote-
19. ctionis jure abutendo & malè in officio ſuo verſando. Privari enim re in qua malè quis verſatur æquitatis eſt, *l. ade quam te. C. locat. auth. qui rem hujusmod. C. de ſacroſ. eccl.* ſicut & privilegio

legio indignum ſe reddi qui conceſsâ poteſtate abutitur, *c. 7.*
diſtinct. 74. 9. Coſſ. in l. judices. verſ. indignos. C. de dignitat. ad-
de l. non defendere 51. ff. de reg. jur. & emphyteuta, colonus,
vaſallus, judex, tutor deniquè propter abuſum beneficii &
officii, fundo, jurisdictione, tutelâ privantur, *d. l. ade. Roſen-*
thal. ſynopſ. feud. cap. 10. n 45. l. 3. §. nunc videamus. ff. de ſuſpect.
tut. ubi gloſſ. Idque in materiâ noſtrâ & rationem ſummam
habet, & jurium autoritate nititur ſatis manifeſtâ: tum quia
clientela habet effectum utrinque obligatorium, adeoque 20.
officia Patroni & Clientis, mutuò ſe ponunt & tollunt, ſicut
jam antè ſuo loco diximus; tùm quia ad depreſſionis diſpen- 21.
dium, ut loquitur in terminis noſtris Innocentius III in Con-
cilio generali *c. in quibusdam 12. de pæn.* non debet retorqueri
quod in defenſionis ſubſidium eſt inventum: cum quo ele-
ganter conſentit Ulpianus: quod alium facientem prohibe- 22.
re ex officio neceſſe qui habuit, idem ipſe committere non
debeat *l. altius. 5. ff. ſi ſervit. vindic. quibus adde Conſtit. Frid. Im-*
perat. in uſib. Feud. lib. 2. tit 27. §. publici latrones, verſ. quicunq;.
Zaſ. epitom. feud. part. 10. n. 55. Schenk. lib. 3. feud. tit de pac. te-
nend. Thom. Michael. de jur. Imp. Rom. theſ. 59. lit. E. Arum.
vol. 1. diſcurſ. acad. 27. theſ. 4. Malè autem verſari in officio 23.
Patronus cenſebitur, non tantùm *committendo*: ut ſi Clientes
ſuos malè tractet, aut jura poſſeſſiones-vè eorum interver-
tat, opprimat, invadat, occupet, detineat, aliis-ve intolera-
bilibus moleſtiis gravet; ſed etiam *omittendo*; ut ſi aliis hoc 24.
facientibus non reſiſtat, nec Clientem aut jura ejus quando
uſus poſtulat & res legitimè defendat, *d. c. in quibusdam.* hâc 25.
diſtinctione ſaltèm adhibitâ, ut ſi committendo peccetur, fa-
ctaque Patroni manifeſtam ſapiant ſævitiam, ipſo jure ſtatim
cecidiſſe jure ſuo cenſeatur, ſolaque ad definiendam cauſam
declaratione opus ſit, ſiquidem competens forum habeant;
in omisſionis verò caſibus, præmittenda ſint monitoria, de 26.

 reſti-

Digitized by Google

reſtituendo, non amplius turbando, & adjectâ clauſulâ privationis comminatoria ni pareatur: tùm quia gravius eſt offendere inſuper, quàm non defendere; tum quia delicta omiſſionis facilius excuſari poſſunt quam ea quæ ſunt commiſſionis. *Vid. Schenck. d. lib. 3. feud. tre. de pac. tenend. §. quicunq. fol. m. 250.*

Epilogus.

Summaria.

1. *Cognata protectioni clientelari ſunt: jus Patronatus in libertos.*
2. *Clientelæ Romanorum familiares.*
3. *Jus Patronatus eccleſiaſticum.*
4. Caſten Vogtey: *Inſpectio, Conſervatio.*
5. Reichs-Vogteyen: Pfaltzgraffſchafften.
6. *Dux VVurtenbergenſis* Reichsvogt *olim in 24. Civitatibus Imperialibus.*
7. *Tributaria & pẽſionaria obligatio.*
8. *Tributarij, nõ ſunt propriè Clientes.*
9. *Germani olim Gothis, Hungari hodiè Turcis tributarii.*
10. *Penſionarij qui dicuntur.*
11. *Helvetij Gallorum penſionarij.*
12. *Ludovicus XI primus Helveticam penſionem inſtituit.*
13. *Rationes ejus conſilij.*
Gallia equeſtri magis quam pedeſtri militiâ pollet.
Galliæ intereſt, Helvetiam habere obligatam.
14. *Zvvinglius penſionem Helveticam diſſuadet.*

ET hæc quidem de jure protectionis clientelaris, definitione ejus, diviſione, modis conſtituendi, effectu deniqùe & diſſolutione hactenus libuit ediſſerere; cum quo, etſi non ſint eadem, magnam tamen cognationem habent;
1. Jus Patronatus, olim in libertos eorumque bona dominis
2. manumittentibus competens; Clientelæ item Romanorum, quâ certis Conſulibus, familiis, obſtrictæ erant non Italicæ quæ-

quædam civitates tantum ſed integræ etiam Provinciæ, ſicut
antè & meminimus & notat *Bud. in l 7. ff. de captiv. & poſtlim.*
reverſ. Jus item Patronatus Eccleſiaſtici, ſive merum, ſive 3.
cum adminiſtratione, inſpectione, & jurisdictione conjun-
ctum, undè Caſtenvogt Caſtenvogtey / Inſpectores & Con- 4.
ſervatores dicti. Nec non præfecturæ Imperatoriæ, die alten 5.
Reichsvögteyen in den Reichs-Städten / ferè eadem autoritate
in Civitatibus liberis Imperii olim pollentes quâ Palatini, die
Pfaltzgraffen in terris Principum; qualem præfecturam no-
mine Imperatorio in 24. Civitatibus Imperialibus habuiſſe 6.
quondam Eberardum Wirtembergiæ Comitem ex Hortle-
dero refert, *Beſold. lib. 1. polit. cap 9 §. 11.* & de quarum reductio-
ne, quàm pernicioſa ſit. *vid. Autorem diſcurſu* von den Reichs-
vogteyen *Anno 1619. editum.* Cumprimis verò gentes tribu-
tariæ & penſionariæ, quarum noſtrâ ætate uſitatiora ſunt no- 7.
mina. Et tributaria quidem iſta conditio, ut plurimùm
vexæ quod dicitur, redimendæ cauſam habet, invaluitque 8.
maximè in finibus Imperii Romani, quos aliâ ratione ſalvas
& incolumes præſtare à rapinis barbararum gentium non li-
cebat; citrà tamen ullius comis obſervantiæ vinculũ; quod
Majeſtas Imperii hujus, cum longè ſit illuſtrior omnium alio-
rum Regum Majeſtate, non ferebat, ſicut *in parte ſecundâ* hu-
jus exercitationis explicavimus; ſic Germanis, ſic Gothis 9.
olim tributarii fuêre Imperatores *Jornand. de reb Get. cap. 16.*
ſic hodiè, reſpectu Hungariæ, Turcis *Soran. 2. in Ottomann. lib.*
1. cap 29. Camman. de jur. majeſt. diſp. 5. concluſ. 111. Penſiona- 10.
rii verò contrario ferè ſenſu, non ſunt qui tributum aut pen-
ſionem ſolvunt, ſed qui fœderis, fidei & miniſterii bellici
cauſâ accipiunt. Tales ſunt civitates ſeu pagi Helvetiorum, 11.
quibuscum Galliæ Reges non ſolum fœdus habent, ſed &
quotannis 1000. aureos in ſingulas Civitates ex ærari ſuo de-
pendunt, *teſte Bodin. lib. 5. de Rep. cap. 6. fol. m. 9 0. Beſold. lib. 2.*

12. *polit. cap. 6. §. 23.* Cujus rei originem referunt ad Ludovicum
13. XI. duabus potiſſimum rationibus impulſum; primò, cum Gallia equeſtri militiâ præſtaret, pedeſtrem ferè averſaretur, ut miniſterio Helvetico huc in parte eò cōmodius ac promtius Reges uterentur; deindè ut adverſus finitimas Hiſpaniæ Regum ditiones perpetuum veluti munimentum, aditum, deniq́ue & exitum haberent, quandocunq́ue vellent, *vid. Ioan. Simler. lib. 1. de Repub. Helvetior.* & quomodo Zvvinglius id diſſuaſerit, *Sleidan. de ſtat. Relig. & Reip. lib. 3. circà ann. ann. 1521.* Hæc & fortè aliâ nonnulla themati noſtro aut ſimilia aut cognata, quamvis uberiori commentario ſimul illuſtrari potuiſſent, aliis tamen ſeu tractata jàm ſeu tractanda impoſterum, ſuo loco relinquimus & opuſculum hoc noſtrum eo quo cæpimus voto, verbis paullum immutatis claudimus:

Summe Deus labor hic ſatus eſt tibi: cœlitus illum
Tu riga uberior ſic tua meſſit erit.

F I N I S.

SOLI DEO GLORIA.

IN-

Digitized by Google

INDEX CAPITUM.

PART. I.

De Juris hujus definitione & diviſione.

Cap. 1. De definitione Juris Clientelaris.

Cap. 2. De objecto Iuris Clientelaris: obiter de defenſione ſuiipſius, tùm in ſpecie perſonarum & rerum ad eundem pertinentium.

Cap. 3. De defenſione Perſonæ vel Rei alienâ, ubi de principiis Iuris protectitij.

Cap. 4. De reliquis definitionis verbis & qualis hic vis intelligitur.

Cap. 5. De diviſione Iuris Clientelaris.

PART. II.

De his qui poſſunt ſeſe in Clientelam dare, quique recipere: ſeu de Clientibus, & Protectoribus ipſis.

Cap. 1. De eorum Clientela, qui ſui Iuris ſunt.

Cap. 2. De Clientela horum, qui ſunt ſub poteſtate, nec ſui Iuris omninò.

Cap. 3. De Iuris Clientelaris in Germania uſu, & libertate Statibus eo nomine ſingulariter competente.

Cap. 4. De his, qui ex aliis cauſis Patrocinio digni ſunt, vel non ſunt.

Cap. 5. De Reſtrictione & cautelis in contrahenda Clientela, Statibus imperij præcipuè obſervandis.

Cap. 6. De aliis quibusdam cautelis, circa Advocatiæ contractum utiliter obſervandis.

PART. III.

De cauſa Juris Clientelaris efficiente & impulſiva, deq; ejusdem Juris objecto.

Cap. 1. De cauſa Iuris Clientelaris efficiente: & in ſpecie de ea, quæ eſt ex proviſione legis.

Cap. 2. De Advocatiæ Conventionalis objecto & cauſis impulſivis.

Cap. 3. De Communione Originis, Linguæ & religionis in ſpecie.

N Cap.

Cap. 4. *De communione quæ oritur ex ſimilitudine & paritate ejudẽ ſtatus ac regiminis.*

Cap. 5. *De Tertio Iuris Clientelaris objecto, quod eſt vicinitas.*

Cap. 6. *De communis libertatis Clientelâ & defenſione, ratione commercij.*

Cap. 7. *De communi duarum pluriumvé Rerump. nec non de ſtricto ſingularum intereſſe, ulterior explicatio: Et quale hinc fundamentum capiat vera ſtatus Ratio.*

Cap. 8. *De cauſis Protectionis quærendæ, ex Perſonâ Clientis, ſeparatim ſpectata.*

Cap. 9. *De cauſis quibusdam ſuſcipiendæ Protectionis, Protectorẽ ſeparatim moventibus*

PART. IV.

De variis Advocatiæ armatæ ſive Protectionis Clientelaris Juribus & effectibus.

Cap. 1. *De effectibus quibusdam & Patronum & Clientem mutuò reſpicientibus.*

Cap. 2. *Nec ſuperioritatem nec Iurisdictionem naſci ex Patrocinio Clientelari: cum aliquot conſectariis.*

Cap. 3. *De effectibus Iuris Clientelaris Patronum magis reſpicientibus.*

Cap. 4. *De effectibus quibusdam Iuris Clientelaris Clientem magis reſpicientibus.*

PART. V.

Quibus modis aut ceſſat Advocatia aut prorſus finitur.

Cap. 1. *Quibus caſibus ceſſet Advocatia Clientelaris effectus.*

Cap. 2. *Quibus modis Advocatia finiatur.*

Epilogus: De cognatis hujus materia.

Digitized by Google

INDEX,
IN COMMENTARIUM DE JURE PROTECTIONIS CLIENTELARIS,
RERUM ET VERBORUM.

Prior numerus partem; ſecundus caput, tertius ſectiones ſive numeros marginales indicat. Prol. ſignificat Prolegomena; Epil. Epilogum: & hæc duo numeros tantum habent.

A.

Abbas ſinè conſenſu diœceſani non contrahit. 2. 1. 11.

Actus perfectio requirit conſenſum eorum quorum intereſt. 2. 1. 48.

Advocatus: eorum duo genera: Prol. 1. *togati,* 2. *horum tria notabilia.* 5. *armati.* 3. *togati dicuntur nobiliſſimi.* 6. *eorum deſcriptio.* 8. *munus* 9. *ſunt milites.* 10. *eorum requiſita.* 11. *ſcientia,* 12. *examinatio.* 13. *facundia.* 14. *experientia & judicium.* 15. *artificia.* 16. *officium.* 15. *pœna.* 18. *immatriculatio.* 21. *homonymia,* 24, 25, 27.

Fiſci, non debet poſtulare contrà fiſcum. 4. 2. 9.

Forenſis, non tenetur patrocinari cauſis injuſtis. 4. 3. 49. *ei avaritia fugienda.* Prol. 18.

Advocatia armata. Prol. 23. *Latinè magis Advocatio.* 28. *ejus deſcriptio.* 1. 1. 2. *differt à* Clientela. 1. 1. 11. *refertur ad regalia.* 1. 3. 7. *ad gubernationem.* 1. 3. 8. *eſt naturalis obex contrà Tyrannos.* 1. 4. 3. *ejus efficiens & diviſio.* 1. 5. 1. *plures ſpecies,* 2. *dividitur in conventionalem & legalem.* 7. *Conventionalis quæ.* 8. *perficitur conſenſu,* 10. 11. *Legalis duplex.* 1. 5. *legitima in ſpecie.* 18. *naturalis* 19. *tres advocatiæ ſpecies.* 21. *Conventionalis.* 5. 2. 1. *ejus cauſa impulſiva,* 3. *vid. protectio. Cum Rege contracta, durat quamdiu Rex eſt.* 4. 1. 12.

Advocaticum. 1. 1. 3. *vid.* Schutzgeld / Vogtrecht.

Adhærentia. 1. 1. 3.

Adherbal, naturalis miſericordiæ allega-

legatione auxilium impetrat. 3.9.8.
Admiralitát. 2. 4. 60.
Ædes, commendat bona vicinitas. 3. 5.11,12.
Ædificiorum publicorum ad refectionem tenetur etiã forenſis. 4.4.40.
Ædificans in alieno, cenſetur donare. 4.4.31,32.
Æmulatio vicinorum. 3.5.4,7.8.
Ain / Churfürſtliche Ain und Verwandnuß. 3.7.106.
Albertus Auſtriacus, Vogt und Vorſteher der Niederlande. 1.1.14.
Alapæ an rectè opponatur gladius. 1. 2.15.
Alimenta qui detrahit, necare videtur. 1.3.31.
Alienare non licet territoria ſine conſenſu populi. 2.1.55. alienari inviti vaſalli non poſſunt. 63.64.
Alenzonius dux, Salcedi caput palo affigere prohibetur Antvverpiæ. 4.2.6.
Alexander M. univerſalis Monarchiæ affectator. 3.7.43. pro latrone habetur. 47. pro orbis pradone. 48. fatale malum. 49.
Alfonſi Arragoniæ Regis de Senenſium neutralitate jocus. 3.5.23.
Ambigua: in his quod minimum eſt ſequimur. 3.8.20.
Ambitio alienis intenta. 1.4.6.
Amicitia, vetus optima. 2.6.23. Ejus cauſa Clientelæ ineuntur. 3.2.4. Eſt naturæ conveniens. 5. efficit fratres. 6,7. Vetuſtior præferenda recentiori. 4.3.13.
Amphyctiones. vid. Concilia. Eorum cum Senatu Ordinum generalium in Belgio comparatio. 3.8.74.
Antidoralis obligatio, apud Macedones juris civilis. 1.3.20.
Antipathia naturalis inter Reges & Reſpublicas. 3.4.17.
Antihiſpanica factio. 3.7.38,91. inter ſe diviſa. 96. Ex Pontificiis ipſis. 103.
Anſeatici commercii inſidiatores. 2.4. 70. Earum civitatum potentia. 3. 4.29. Quomodo labefactata. 30. earundem divitiæ. 3.6.18. Privilegia. 20,21. earum patrocinium ambierunt Reges. 30. Privilegia apud exteros ſiunt controverſa. 4.1.33. in Angliam benè merita. 35,65. cum ea bellum. 36,37. abutuntur privilegiis. 38. iis cecidiſſe pronunciantur in Anglia. 39. à Mariâ reſtituuntur. 40. ſub Eliſabetha novas lites patiuntur. 41. Imperij opem fruſtrà implorant. 49. fuerunt in poſſeſſione privilegiorum per 400. annos. 61. nituntur cauſa, ex benè meritis & officiis. 64. ære & ſanguine præſtitis. 69. earum commercium decrevit hoc ſeculo. 78.
Anglia à VVeſtphalis occupata. 2.5.42. ejus Mercatores Antverpia ejiciuntur. 4.1.43. Hamburgi recipiuntur. ibid. Liberum commercium apud Hanſeaticos petunt. 46. Embdam ſe transferunt. 46. Liberum commercium obtinent. 51.

Appel-

Digitized by Google

Appellare pro capitis Reo cuivis licitum. 3.9.32.
Apoſtolus non debet affectare dominatum. 3.8.45.
Approbat cui non diſplicet. 3.7.61.
Arbitrium : ejus libertatem requirit actio virtuoſa. 3.3.23. *itemq; religio.* 24,25. *vid. Autonomia, conſcientia.*
Arma, Britannis uſurpata. 1.2.8. *eorum imparitas.* 10. *eorum Jus an Nobilis habeat per ſe.* 1.3.9. *ijs defendendus eſt Cliens.* 4.3.2.
Athenienſium fides. 3.2.9. 3.4.23.
Auguſtini de univerſali Monarchiâ Judicium. 3.7.79.
Außliger : *naves ſpeculatoriæ.* 2.4.56.
Auſtriacæ Principis prudentia in eligendo Patrono. 3.5.29.
Audacia interdum utilis. 3.7.133. *nimia.* 3.8.4. *homines excæcat.* 11. *periculoſa.* 13. *ejus cum meticuloſitate comparatio.* 19.

B.

Banditi : eorũ copia in Italia. 2.4.10.
Banniti ſein Vogelfrey. 2.4.75. *non poſſunt recipi in tutelam.* 76. *eos interficiens non fit homicida.* 77. *in alieno territorio, impunè recipiuntur.* 80. *Bannitus fœderati an recipi poſſit à confœderato.* 81. *eos licet offendere, neceſſum non eſt.* 86, 87. *eorum bona impunè conſervantur apud extraneos.* 88. *non ſunt hoſtes omnium gentium.* 89. *in Gallia impunè non offenduntur.* 90.91.
Banniendus pendente lite non eſt offendendus. 2.4.84. *poteſt in tutelam recipi.* 85.
Bannũ contumaciæ an differat à Banno delicti. 2.4.78. *non extenditur ultra territorium bannientis.* 79. *imperiale num ſe extendat extra fines imperij.* 82.
Barbaris regia manus pro lege. 2.1.27. *eorum ſocietas, colluvies.* 3.7.16. *dicuntur omnes peregrini.* 17. *aliàs etiam malè morati.* 18. *eorum Philoſophia ab Ariſtotele & Platone magni facta.* 22. *in eos bellum non eſt naturaliter licitum.* 33.
Befehl/*idem eſt quod* Schutz. 3.1.15.
Beyſtand leiſtẽ im Gericht. *Prol.* 26.
Belgij Principes Majeſtatem non habebant. 2.1.65. *Fœderati ſtatus in tutela Angliæ.* 3.6,26. *ordinum generalium conſeſſus comparatur Amphyctionio.* 3.8.74.
Bellarmini de univerſali Monarchia Judicium. 3.7.78.
Bellum, decernere ſæpè dubium. 3.7.127. *in hoſtico melius geritur.* 128, 130, 131. *Punici primi & ſecundi comparatio.* 129. *ſæpè pro aliis gerendum.* 3.9.13. *etiam dignitatis retinendæ cauſa.* 14. *pro aliis geſtum, indiſtinctè criminari ſuperſtitio eſt.* 25. *Punici primi conditiones.* 4.3.38. *ſecundi cauſa & origo.* 39. *denunciatio.* 40. *Juſtitia.* 41 *& ſeqq.*
Beneficia : ad ea naturaliter invicem

Digitized by Google

tenemur. 1. 3.34. eò non afficit, qui non defendit. 1.3.35. num invito detur. 3.9. 33. & ſeqq.
Beneficia Eccleſiaſtica in Gallia dependent à Rege. 2 3.9.
Benefactorum & ſolis comparatio. 4. 4.62.
Blaſphemiam ex officio punit Magiſtratus. 3.3.53.
Bocchus à Jugurtha abſtinere monetur. 5.1.4.
Bona cohærent perſonis. 4. 3.34.
Boruſſia ab Imperio avellitur. 3.8.63.
Brachium ſeculare: ejus invocatio. 3. 1. 30. uſus. 31. requiſita. 32. num in quavis parte litis admittatur. 34.
Britanni Jus gerunt in armis. 1.2.8.
Bund: Schwäbiſcher Bund. 2. 3. 14/ 15. Bundsverwandte/ Bundsglieder. 16. tres eorum claſſes. 17. BundsRichter. 18. Bundshäuptman. 19. Bundstage. 20. BundsFeld-Häuptman. 21/ 22. Oberſter Bunds-Häuptman. 3.7.71.
Burgundica tranſactio.

C.

Cœlius Ciceronis amicus. 5.1.6.
Calumniari non decet Advocatos. Prol. 18.
Cancellarij exemplum refugientis aſſeſſuram criminalis Judicij quod eſſet Canonicus. 4.2.12.
Caroli IX. Galliæ Regis pro Navarræa contra Pontificem defenſio. 1.3.10.
Carolus Auſtriæ Archidux, diſtinguendus à Carolo Imperatore. 2.3.61.
Carolus IV. Imperator Megapolin imperio jungit. 2.1.25.
Carolus Magnus primus Eccleſiæ Advocatus. 3. 1. 26. 3.3. 61.
Carolus V. defenſor conciliorum. 3.1. 12. Papæ. 13. ejus conſilia Germaniæ Principibus inviſa. 3. 7. 100.
Capitulatio: ex ea Pontifex habet conditionem ex lege. 3. 1. 29. ejus formulæ olim breviores. 57.
Calviniſtæ in Gallia dicuntur: de la Religion. 3. 3. 50. ſunt in protectione Regis per Nannetenſe & alia edicta. 49.
Campanella Hiſpanicæ Monarchiæ conſultor. 3.7.63.
Caſtigatio filij, ſervi, eſt ſine injuria. 1.4.17.
Caſten Vogtey: Epil. 4.
Cautelæ in pactis Clientelaribus obſervanda. 2.5.1. & ſeqq.
Cauſa impulſiva ceſſante non ceſſat impulſum. 4.1.75.
CertificationBrieffe/Cognoſſementen. 2.4.58.
Ceſſare & finiri differunt. 5.2.1.
Charitas ordinata incipit à ſe ipſa. 1. 3. 27. nullum excludit periculum. 1.3.29. ejus perfectio excludit proprium intereſſe. 32.
Chriſtianitas comprehendit Lutheranos. 3.1.53.
Civitas tota ex facto unius civis puniri non debet. 4. 1. 82.
Civitates imperiales: earum multæ ſuos habent Patronos. 2.3.42. utuntur

Digitized by Google

tur Jure ſtatuum. 2. 3. 69. earum libertas. 70. encomium. 71. differentia à pactionatis. 74. mutua amicitia. 3.4. 27. libertatis poſſeſſionem retinent. 28. olim annum mazorlusov præſtabant Imperatoribus. 4.4.49.

Civitates mixtæ habent Jus Clientelæ contrahendæ. 2.3.72. in certis partibus ſunt liberæ. 73. Saxonicæ à Caroli Magni temporibus liberæ. 2.3.76. maritimæ habent Jus ſurtalitiorum. 77. meræ Municipales quatenus Clientelã contrahant. 78.

Cicero à Pompejo mature abſtinere monetur. 5.1.5.

Clavium Jus an debeatur Patrono. 4. 4. 11. ex eo non infertur Jus Advocatiæ. 14.

Clerici poſſunt ſe in Clientelam dare. 2 2. 12. liberiores in Germania. 2. 3. 2. olim paucis contenti. 2.3.3. eorum avaritia. 4. bona in ſeculari Clientela manſerunt. 6. ſunt naturaliter ſub poteſtate ſeculari. 3.1.22. eos non decent arma. 3.8.26. nec ſeculare commercium. 27, 34. gaudent ſingulari patrocinio. 29, 30. Oeconomicis curis abſtineant. 35. creverunt Imperatorum conniventia. 43. à tutelis excuſandi. 48. & à perſonalibus muneribus. 52. eorum imperium metaphyſicum. 4.4.45.

Cliens dicitur ſuſceptus. 1. 5.9. eorum duplex conditio. 2.1. 2. ſubditos habens eorum Juribus quoq; conſulere debet. 2.5.16. muneribus & beneficiis retinentur. 3. 2. 25, 26. fideles multum utilitatis præſtare poſſunt. 4.1.8, 9. poſſunt eſſe neutrarum partium. 84. differt à ſubdito. 4.3.29. ad fidem et amicitiam obligatur. 4. 4.8. non tenetur alere protectorẽ. 10. Jurando arctius obligatur non amplius. 20. ei liberum eſt uti patrocinio vel non uti. 5.2.6, 7, 8. Clientes duo ſi concurrant cui patrocinãdum. 4.3. 10. & quid ſi Jura utriuſq; æqualia. 21. Clientis cliens an Clientelæ fœdere contineatur. 4. 3. 28.

Clientela differt ab Advocatia. 1.1.11. promiſcuè tamen uſurpantur. 12. cum juriſdictione nihil habet commune. 1. 3. 5. differt à defenſione territoriali. 6. libera. 2 1. 21. levior eſt deditione. 29. ejus conſtituendæ duo fundamenta. 47. non mutat, afficit tamen Remp. 52. imò confirmat. 61. 4. 1. 4. extranea. vid. Extranea. cautè ineunda. 2. 5. per tot. ejus utilitas. 2. 5. 14. naturalis quæ. 3.1. 1. diuturna Patrono honorifica. 3.2. 13. Juris rationi conſentanea. 27. eam contrahens ſuam fortunam ſimul in conſilio habeat. 3.5. 25. non neceſſaria invidiam parit. 3. 8. 6. certis caſibus confert Jurisdictionem. 4.1.5. alia perſonalis, alia realis. 10. cum populo inita realis eſt. 16. quibus modis perpetua fiat. 21. & ſeqq. Romanorũ. 5.2.15. & ſeqq.

Digitized by Google

& ſeqq. ſamiliares.3.2.19. & ſeqq. continuatio ſpectat ad dignitatem familiæ. 24. non poteſt claudicare. 4. 1. 25 exſpirat mutata Rep. 31. ſocium facit non ſubditum. 4. 2. 5. eſt inſtar locationis & conductionis. 4. 3. 15. prior tempore præferenda poſteriori. 16. ſolvitur mutuo diſſenſu. 5. 2 2. morte naturali. 10. civili. 11. culpâ Clientis.17. Patroni.18.

Cogitatio: vultus, gemitus, neceſſitati coactivæ non ſubjacet. 3. 3. 35.

Collegium durare intelligitur etiam in uno ſuperſtite. 4. 1. 28.

Committere non debet ipſe qui tenetur prohibere. 5. 2. 22.

Commercium: bellis defenſum. 3. 6. 2. aurea catena. 22. ejus turbatores peccant in Jus gentium. 23. ejus cauſa Clientelæ initæ. 24, 25. Anſeaticum, vid. Anſeatici.

Communio cauſæ parit unionem animorum. 3. 3. 1. originis grata. 2. ejusdem regiminis. 3. 4. 1. gignit conjunctionem animorum. 3. vid. Paritas. & intereſſe.

Conciliorum defenſor imperator. 8. 5. 12. Amphyctionicum in Græcia. 3. 4. 21. 3. 8. 73.

Concordia civitates Græciæ reddidit inexpugnabiles. 3. 4. 22. & Britanniæ. 24, 25. & Germaniæ. 27.

Confirmationes Privilegiorum an ſint de neceſſitate. 4. 1. 87. 88.

Confraternitate ſubditis conſulitur. 2. 1. 61.

Confundi non debent juriſdictionum termini. 1. 3. 12.

Conjurationes prohibitæ. 2. 3. 53. 54.

Conſenſus contrahentium non ſemper ſolus ſufficit. 1. 5. 15. tertii quatenus requiratur. 2 1. 20. intereſſentium. 48. ſubditorum requiritur ad translationem regni. 51. populi an neceſſarius ad fœdera contrahenda. 53. ſubditorum ad Clientelam. 56. quorum intereſt ad ſubſtantiã actus requiritur ab initio 2. 2. 2. ſuperioris ad Clientelam limitatur in Germania. 2. 3. 1. etiam quoad Clericos. 2.

Conſervatio univerſi divina non eſt ſpecies Advocatiæ. 1. 5. 5.

Conſervatores bonorum Eccleſiaſticorum Epiſ. 4.

Conſcientia; ejus libertas in cauſis religionis. 3. 3. 30. in eam Chriſto & Apoſtolis competit imperium.

Conſilia præſtant armis. 3. 7. 153. vera ex circumſtantiis ſumuntur. 3. 8. 15.

Conſiliarii Principum à tutelis excuſandi. 3. 8. 53.

Contrarietas legum vitanda. 2. 1. 14.

Convoyer/Commiſſfahrer. 2. 4. 55.

Coſaccorum origo. 2. 4. 9.

Culpa duplex: commiſſionis & omiſſionis. 1. 3. 64. in extraneis quoad defenſionem non committitur. 1. 3. 67.

Cultus Dei internus. 3. 3. 33. externus. 34. directivè ſubjicitur politicæ. 36.

D.

Debilitas conſideratur in materia defenſionis. 1. 2. 16.

Debi-

Digitized by Google

Deditionis formula. 2.1.9, 10. *ſeqq.*
Defendere, & defendi ſunt Relata. 1.1. 9. *ſua cuiq; licet jure dominij.* 1.2.2. *jure tàm civili, quàm naturali.* 3. *in continenti quod poſtea irreparabile eſt.* 17. *Principi licet ſubditos jure territorij.* 1.3.1. *bonos licet.* 1.4.4. *contra Dominum ſuum Patronus non tenetur.* 4.3.7.
Defendentis cauſa favorabilior cauſâ offendentis. 1.3.11.
Defenſio differt à Jure defendendi. 1.1. 4. *præſupponit offenſionem.* 1.1.10. 1.4.11. *eſt naturalis deficiente Judice.* 1.2.7. *naturalis, ſervat moderamen.* 9. *non vitiatur armorum imparitate.* 10. *infirmorum, plena eſt juſtitia.* 3.7.160. *publica fit armis.* 4.3.5. *vitiatur ſi ictus ſit evitabilis.* 1.2.13. *legitima eſt contra invadentem gladio.* 1.2.14. *territorialis differt à Clientelari.* 1.3.1,2, 6. 1.5.4. *regulariter eſt cum Juriſdictione.* 1.3.3. *ſubdito ſpecialiter promiſſa refertur ad ſuperioritatem.* 1.3.4. *Clientelaris cum Juriſdictione nihil habet commune.* 1.3.5. *ei tamen non adverſatur.* 1.4.2. *eam an habeat, qui habet merum imperium.* 1.3.9. *in omni ſocietate neceſſaria.* 39. *ſui, eſt naturalis.* 40.
Defenſio aliena jure civili extra neceſſitatem poſita eſt. 1.3.18. *exceptis quibusdam caſibus.* 33 *in noſtro territorio eſt toleranda.* 2.2.6. *etiam ignotis præſtanda.* 3.9.4 *generaliter limitatur.* 18. *ceſſat, ubi nobis ex defenſione majus periculũ.* 38, 40. *probatur Theologis.* 47.
Defenſor ſui quiq; legitimus. 1.2.4.
Denominatio fit à potiori. 4.3.1.
Difficultas liberat à nexu juramenti. 5.1.16. *magna æquiparatur impoſſibilitati.* 17. *exigua non ſolvit obligationem Clientelarem.* 19.
Diffidentia inter Græcos. 3.7.94.
Dilectio. vid. Charitas.
Dillingenſium error. 3.1.38. *periculoſus.* 41. *cavillatorius.* 45.
Diſciplinarum termini non ſunt confundendi. 1.5.6.
Diſcordia peperit cogitationem univerſalis Monarchiæ 3.7.40. *Lacedæmoniorum & Athenienſium.* 95.
Dienſte: Hand / Fuß / Wagen und Roßdienſte. 4.4.4.
Dolo facit qui ſcit nec prohibet. 1.3.63. *quidam bonus eſt.* 1.4.7. *conſenſui adverſatur.* 1.5.12. *formula: ſine dolo malo.* 4.4.8. *doli exceptio obſtat non ſolventi expenſas.* 4.4.43
Dominationis prætextus. 2.5.33. *cupiditas etiam ad Chriſtianos tranſiit.* 3.7.51. *ei obnitendum.* 154. *quo quis plus poteſt, plus appetit.* 155.
Domini perſona ubiq; excepta. 4.3.8.
Domus Teutonica Londinenſis. 4.1.34.
Dominium non requirit virtutem moralem. 3.7.34.
Donatio Eccleſiæ facta non revocatur ob unius Clerici ingratitudinẽ. 4.1.83

Dubiis partium viribus tertij patrocinium eligendum.3.5.27.
Dux militiæ generalis an poſſit pacem facere. 2.6.8.

E.

Eccleſia eſt in Rep. non contra. 2.3. 5. 3.2.26. *Romana eſt particularis*. 3. 1.58. *an hodiè dici poſſit ſancta*. 59. *ejus ſtatum externum ordinat Politica*. 3.3.28. *quatenus ſubſit Politicæ*. 29. *eam defendit ſecularis poteſtas*.38.*ejus conſervandæ remedia*. 45. *etiam ut corpus conſiderata non habet alia arma quàm preces & ſuſpiria*. 58.
Ebingeri, die Ehinger zu Ulm *habent jus claviũ in loco Clientelari*.4.4.13.
Einſpänner: *eorum uſus in aulis & territoriis Principum*. 2.4.6. *numerus*. 7.
Electio partis belligerantium difficilis, 3.5.18. *periculoſa*. 19. *cautè inſtituenda*. 24. *cum examine propriæ fortunæ*. 25.
Electores imperij ſunt protectores libertis Germanicæ. 3.7. 104. *eorum officium*. 105. *unio*. 106, 107.
Eliſabetha Angliæ Regina Hanſeatico commercio noxia. 4. 1.46.
Emiſſarij terreſtres. 2.4.54. *maritimi*, Kundſchaffer / Commißfahrer / Caper. 55. *debent à neutralibus abſtinere*. 57, 59.
Erfurdia eſt in protectione domus Saxonicæ.2.3.40. *ejus annuum Advocaticum*. 41.
Error conſenſui adverſatur. 1.5.12.
Evangelium per ſe non excitat ſeditiones. 33. 44. *obſiſtit rebellionibus*. 56.
Evangelici Status in imperio habent jus ordinandi Eccleſias, 3.3. 40. *apud eos Jurediƈtio Pontificia ſuſpenſa*. 41. *eorum protector Elector Saxoniæ*. 62. *poſſunt Imperatori contra Pacem, religioſam machinanti reſiſtere*. 69.
Eumenis Regis in exercitum ſuum proditorem imprecatio. 5.1.22.
Europæi libertatis amantes præſertim Septentrionales. 3.7.31.
Exceptiones quadam inſunt regulæ. 3. 7. 119.
Exemptus Imperij: ejus Protectio ſpecialis non impedit Jurisdictionem ordinariam loci. 31.60.
Exſecutio Juris per Magiſtratum non habet injuriam. 1.4.18.
Expenſæ, *vid. impenſæ. eas non repetit mandatarius habens ſalariũ*. 44.56.
Extranea Clientela libertati periculoſa. 2.2 8. *imperij conſtitutionibus vetita*. 2.2.9. *etiam in terris Eccleſiæ*. 10. *non facilè permittenda*. 2.5.28. *facilè degenerat in ſubjectionem*. 32, 35, 40, 42.

F.

Facto ſubditorum non poteſt intervertí jus Principis. 2.2.7. *commiſſionis & omiſſionis quomodo differant*. 5. 2.25.
Facundia alia forenſis, alia profeſſoria Proleg. 14.

Digitized by Google

Fœdera ad jus Majeſtatis pertinent. 2. 1. 57. *in Germaniâ Status liberè contrahunt.* 2. 3. 11. *Fœdus Svevicum.* 2. 3. 14. *defenditur à JCtis.* 2. 3. 23, 24. *Schmalcaldicum.* 25, 27, 28. *Noricum.* 29. *à Camerâ Spirenſi probatum.* 30. *Unionis Proteſtantium.* 31. *Lovvenburgenſe.* 32. *Lipſiacum.* 33. *Statuum imperij cum exteris Regibus licita.* 2. 3. 43. *etiam contra Imperatorem.* 2. 3. 57. *Fœderis definitio.* 3. 4. 7. *ejus conſervandi Protector.* 3. 8. 69. *violans coërcetur à ſociis.* 72. *Perſonalia non tranſeunt ad hæredes.* 4. 1. 13, 14. *ſunt natura perſonalia* 15. *Chamboricum finitum eſt transactione Paſſavienſi.* 5. 2. 16.

Fœderati plerumq́ excipiuntur à promiſſione Patrocinij. 4. 3. 24. *inter eos æqualitas tenenda.*

Ferdinandus I. *Imperij utilitatem aliis conſiliis prætulit.* 3. 7. 99. *de Pietate ejus Svvendij teſtimonium.* 101.

Fides totius generis humani bonum. 1. 3. 54. *Venetorum à Gallis accuſatur.* 55. *Lacedæmoniorum ab Athenienſibus.* 56. *etiam hoſti ſervanda.* 2. 1. 18. *ſervatæ exempla.* 3. 2. 8, 9, 10.

Finis & intentio rei cum primis attendenda. 3. 7. 145.

Fines territorium Jure gentium introducti. 1. 3. 14. *Juſtitiâ non gladio terminandi.* 15.

Flacius Illyricus primas notitias impugnat. 3. 7. 12.

Fonte invento facilè eſt rivos invenire. 4. 2. 13.

Forenſis ad expenſas munienda civitatis an teneatur. 4. 4. 36. *& ſeqq.*

Forma Reip. vid. Reſpublica.

Formula pacti Clientelaris ex conſilio peritorum conficienda. 2. 5. 4.

Fortitudine opus eſt ad tuendum ſtatum. 3. 4. 31.

Freybeuter. 2. 4. 55.

Fridericus I. Elector Palatinus dictus fulmen Prædonum. 2. 4. 18.

Fridericus Barbaroſſa Pomeraniam imperio jungit. 2. 1. 23.

Friſia à Saxonibus occupata. 2. 5. 42.

G.

Gallia : in ea beneficia Eccleſiaſtica pendent à Rege. 2. 3. 9. *Protectrix Haſſiæ Caſſelenſis.* 2. 3. 45. *& Electoris Trevirenſis.* 46. *civitatum fides.* 3. 2. 12. *Status Regula.* 3. 7. 82. *in ejus & Hiſpaniæ æquilibrio vertitur Status orbis.* 84. *Regum munificentia in patrocinio præſtando erga Germanos prædicatur à Bodino & Hoſpitalio.* 4. 4. 65, 66. *equitatu magis quàm peditatu valet.* Epil. 13. *ejus intereſt Helvetiam habere obligatam.* 14.

Ganerbinatuum abuſus. 2. 4. 12.

Gaſconia : Gaſcon : Laron. 2. 6. 20.

Genealogiam Majorum quærere non inhoneſtum. 3. 3. 4.

Gentes Gentibus præſtant. 3. 7. 24. *earum diviſio in civile & barbarum.* 25. *cultorum adverſus Barbaros ta-*

Digitized by Google

cita ſocietas. 27, 37. cultiorum ſub diviſio. 38 tributariæ & penſionariæ quid differant. Epil. 7, 8.
Germaniæ coalitio. 2.1.28.
Germani olim Gothis tributarij. Epil. 9.
Gerhardi Theologi Jenenſis autoritas. 3.9.48.
Genuenſes ab Hiſpanico patrocinio dehortatur Boccalinus. 2.5.45.
Gewalt: Salvus conductus tuetur ſaltèm für unrechter Gewalt. 1.4.14.
Gladius an rectè pugno vel alapæ opponatur. 1.2.15. limitatur in ſene & debili 16. eo non ſunt terminandi fines. 1.3.15.
Græci Romanorum Clientelæ ſe dedunt. 2.1.30. inter eos non eſt bellum. 3.2.15. eorum concilia. 16. primi civilem doctrinam in methodum redegerunt. 3.7. 20. non ſoli habuerunt olim benè ordinata imperia. 21. communis inter eos ſocietas. 26.
Gregorij Pontificis conſtitutio valet in Germania. 2.3.10.
Gravvinckelij de controverſia Saguntina judicium. 2.3.50.
Grotius à Livio & Floro diſſentit. 4.3. 44.

H.

Hamburgenſes recipiunt Anglos. 4.1.43. ideò inviſi apud reliquas civitates. 44. Piratas 74. numero ſupplicio afficiunt. 2.4.71.
Haſſiæ Landgrafia in tutelâ Galliæ. 2.3.45.
Helvetij Gallorum penſionarij Epil. 11. ejus rei autor. 12. rationes 13.
Henrici V. Imperatoris cum Pontifice contentio. 2.3.8.
Hæretici ſunt proteſtabiles jure gentium. 2.4.98.
Hetruriæ Dux à Genuenſium patrocinio deterretur. 2.5.26.
Hiſpani affectatæ Monarchiæ univerſalis ſuſpecti. 3.7.53. de veritate cujus dubitatur. 55. rationes pro affirmativâ. 56. & ſeqq. pro negativâ. 72. &c. ad imperandum naturaliter apti. 66, 67, 68. eorum potentia. 69, 71.
Hiſtoriæ utilitas. 3.7.122.
Hojus Profeſſor Duacenſis. 3.7.57.
Holländi olim ſub tutela Imperij 2.1.66.
Homagium propriè eſt ſubditorum. 4.4.16. non obligat in caſu neceſſitatis. 3.8.65.
Homo naturâ ſociabilis. 1.3.38.
Homicida eſt qui periturum non liberat. 1.3.30.
Honeſtas ſola ſufficit ad defenſionem. 3.8.2.
Hoſti fides ſervanda. 2. 1. 18.
Hungari hodiè Turcis tributarij. Epil. 9

I.

Jactare ſuum nemo præſumitur. 4.
Jtum primum nemo tenetur exſpectare. 3.7.134.
Identitas: boni & mali cum faciunt idem non eſt idem. 3.7.147.
Jeſuitæ: de eorum doctrinâ Cancellarij cujusdam judicium. 3. 7. 59. Hiſpanicæ Monarchiæ conſultores. 62.

Ignis

Ignis ſpeculatorius ad prodendos piratas inventus. 2.4.31.
Illyrici prædones à Regina ſua defenduntur. 2.4.62.
Immatriculatio Procuratorū. Prol.21.
Immunitas vectigalis extenditur ad noviter quæſita. 4.3.35.
Imbecillitatdm natura docet validiorum tutelâ uti. 3.8.2.
Imparitas armorum non vitiat defenſionem. 1.2.10.
Impoſſibilium nulla obligatio. 4.3.62.
Impenſæ defenſionis à quo præſtandæ. 4.4.24. & ſeqq. *earum nomine an Patronus habeat jus retentionis* 41. *majores tutor facere non debet, quàm res eſt.* 5.1.12.
Imperium Romanum cur ab extraneis affectetur Silenij Judicium. 2.1.45. *etiam hodiè ſatis validum.* 46. *ejus intereſſe vincit intereſſe Imperatoris.* 2 3.62. *poſſeſſio gradus habetur ad univerſalem Monarchiam.* 3.7.87. *ejus imminutio.* 3.8.64.
Imperator Romanus ſe poteſt in Clientelam dare. 2.1.35. *ſed hoc ignominioſum.* 39. *ei cæteri Reges primas deferunt.* 40. *ejus legatis cedunt Galli.* 41. *eum Turca vocat Patrem.* 42. *eſt corporalis Deus in terris.* 43. *diſtinguitur quà Princeps, quà Imperator.* 2.3.63. *an ſit Dominus orbis univerſi.* 2.4.83. *eſt legitimus Advocatus Eccleſiæ Romanæ.* 3.1.10. *vi Juriſdictionis univerſalis.* 16. *ejus Advocatiæ natura pendet à Jure Canonico.* 18, 20. *capitulationibus inſerta eſt.* 27. *non præjudicat rei Evangelicæ.* 35. *ejus abſurda interpretatio.* 37. *nimis indulgent Pontificibus.* 3.1.21,23. *ejus Juramentum.* 50.
Infortuniis Patronorum miſceri Clienti periculoſum. 5.1.3.
Ingerit qui ſe ultrò, ſuſpectus eſt. 3.9.35.
In continenti defendere licet, ſi læſio ſit irreparabilis. 1.2.17.
Inſpectores bonorum Eccleſiaſticorum. Epil. 4.
Intereſſe proprium excludit dilectio Chriſtiana. 1.3.32. *ſingulorum, ut omnia regna ſint quieta.* 1.3 52. *Imperii præfertur ei, quod inetreſt Imperatoris.* 2.3. 62. *commune eſt eorum, quibus eadem ſors.* 3.4.8. *item quibus eadem Reip. forma.* 10. *peperit concilium Amphyctionicum.* 21. *ejus tenaces Athenienſes.* 23. *noſtrū, ut alij ejuſdem conditionis nobiſcum conſerventur.* 33. *commune, parit mutuum auxilium.* 3.7.1,2. *aliud publicum generis humani, aliud quibuſdam commune, aliud ſingulare.* 3.9.19.
Interpretatio Senecæ. 1.3.44,45. *ad l. 50. & l. 109. ff de reg. Jur.* 1.3.66. *verborum: vis atq; injuria in l. 3. ff. de Juſt. & Jur.* 1. 4.9. 10, 12. *cauſarum belli Punici ſecundi.* 4.3.44, 45. *locorum duorum apud Ciceronem & Dionyſium Halicarnaſſeum* 4. 4.5.

Digitized by Google

Invocatio Numinis divini. Prol. 30.
Inviti an rectè defendantur. 3.9.35.
Irenarcharum in Provinciis Romanis uſu. 2.4.4.
Judæus: num in protectionem recipiendus. 2.4.92. *ex Hiſpaniâ pulſi*. 94. *civili communione non privandi*. 95. *Pontifices habent faventes*. 96. *poſſunt recipi in Clientelam ſtatuum imperij*. 97. *natura ſervi*. 3.7.36. *olim arctiſſimè inter ſe uniti*. 3.3.6.
Judicium ſincerum requiritur in Patrono cauſarum. Prol. 15.
Judex ſi deficiat ſui quiſq; vindex 1.2.4.
Judiciorum finis & uſus. 1.2.5. *privatum incipit ubi ceſſat publicum*. 6. *maritimum*. 2.4.60.
Jurisdictio non debet prorogari in hoſtem. 4.3.45. *plerumq; cohæret territorio*. 1.3.3. *cum Clientela per ſe nihil habet commune*. 5. *diſtincta conſervanda*. 12. *Pontificia in terris Evangelicorum ſuſpenſa*. 33.41. *ſecularis & Eccleſiaſtica tempore Caroli M. adhuc diſtincta*. 3.8.42. *Eccleſiaſtica non infertur ex Patrocinio Eccleſiæ*. 4.2.8. *eſt compatibilis Advocatiæ in eodẽ ſubjecto*. 14.
Civile jus ad defenſionẽ alienam neminem obſtringit. 1.3.18. *eandem tamen permittit*. 19.
Jus naturale, vid. Naturale.
Juſtitia res ſancta. Prol. 20. *hodiè corrupta*. 1.3.61. *præferenda utilitati privatæ*. 3.7.19. *cauſa præfertur antiquitati temporis*. 4.3.17. *tertio jus ſuum non adimit*. 19.
Juramentum fidelitatis propriè Vaſallos ſpectat. 4.4.18. *Clientum latè eſt juramentum fidelitatis*. 19. *intenſivè nõ extenſivè auget obligationẽ*. 21.22.

K.

Kaper. 2.4.55.
Kreutzer in der See. 2.4.56.
Kemnath/die von Kemnath *familia nobilis*. 4.4.13.

L.

Lacedæmoniorum fides accuſatur ab Athenienſibus. 1.3.56. *& ab Ageſilao*. 57.
Læſio ex poſtfacto non tollit privilegia per contractum quæſita. 4.1.77.
Latrones Jure gentium improtectibiles. 2.4.1. *in Germaniâ repullularunt*. 12. *eorum perſecutio*. 16. *receptacula*. 17.
Latrocinium quondam virtus. 3.7.9.
Legitima defenſio. 1.2.14. *Advocatia*. 1.5.18. *ſtrictè eſt quod ex lege ortum habet*.
Legati Regum cedunt Imperatoris Romani Legatis. 2.1.41. *eos reſidentes alii Reges apud Imperatorẽ habent, hic non viciſſim*. 44.
Lesbus inſula fidei cauſa laudatur. 1.3.53.
Leipziger Schluß. 2.3.33.
Lex: Corneliæ ſenſus. 1.2.12. *legis interpres*. 2.2.13. *earum contrarietas vitanda*. 2.2.14. *ſine ea nullus ordo ſubſiſtit*. 3.3.39. *fundamentales Regni habent vim contractus*. 70.
Libertas olim vendibilis. 2.1.5. *ſummum inter humana bonum*. 2.6.2.
ejus

Digitized by Google

ejus commune intereſſe.3.4.18.&c. ſemel amiſſa facilè non recuperatur. 26. defenſio cuivis permiſſa.3.5.34. Germanicæ defenſio. 3. 7. 89,109, etc.ejus dulce nomen.3.8.23.
Liberalitas ita exercenda, ne ipſi egeamus. 1 3.26.
Liberare à periculo eſt Chriſtianum. 1. 3. 30.
Liber populus Clientelam liberè contrahit. 2 13.
Liebe Getreue: propriè ſubditis ſcribitur. 4.4.17.
Liga generaliter in imperio prohibita. 2.348. quibus, 50, 51. quales. 52. Sanctæ origo. 3.7. 97.
Licent multa quæ nō expediunt.2.1.67.
Limitaneus miles in Polonia. 2.4.8.
Linguæ communio conciliat animos. 3.3. 11.
Livonia ab imperio avulſa. 3.8.63.
Locupletari nemo debet cum alterius damno. 4.4.30.
Londinenſe Emporium. 4.1.34.
Lotharingia libera declarata. 2. 1. 32. Clientelaris imperio. 33.
Lotharingica tranſactio. 2.1.34.
Lubeca: fit civitas Imperij. 3.8.62.
Lutheraniſmus ſalvâ pace religionis nō poteſt exſtirpari. 3.1.47. comprehenditur voce Chriſtianitatis. 53. eum ſe teneri defendere profitentur ipſi Imperatores. 54,55,56.

M.

Magiſtratus exſequendo Jus nulli facit injuriam. 1.4. 18. ordinat Eccleſiæ & Reip. bonum. 3.3.42.
Magerus notatur. 1.5.3,22.
Majeſtas perſonal cum reali comparatur. 2.3.67. principem ſua tuetur. 2.4.35,36.
Mandatarij populi poſſunt Clientelam contrahere,ſi habeant ſpeciale mandatum. 4.1.30.
Matrimonium an cum hoſte contrahendum.3.5.30.
Mare non poteſt limitibus claudi. 1. 2. 4.33. ejus ſecuritas jure gentium nititur. 37. ejus cuſtodes. 56.
Mauritius Saxo pro imperio arma capit adverſus Imperatorem. 2.4.35. 3.7.108.
Maximiliani Imperatoris conſtitutio de confœderationibus non eſt in uſu. 2 3.59.
Mali puniendi. 1.4.4.
Malis ex duobus minimum eligendum. 3.8.58.
Malitiis hominum non eſt indulgendum. 1.4.20. 4.3.48.
Mann und Vorſteher. 1.1.14.
Materiarum ſedes. Proleg. 4.
Medices : Petrus Medices notatur, quod cives in conſilium non adhibuerit. 2.1.68.
Mediolanenſis duciſſa auxilium denegat Florentinis Clientibus. 5.1.15.
Megapolis imperio unita. 2.1.21. antea ſui Juris. 26.
Mercatura, optima bonarum artium. 3.6.4. odioſa. 5, 6 &c. favorabilis. 11, 12, etc. amicitiam inter gentes conciliat. 13. à ſapientibus exercita. 14. an

Digitized by Google

14. an detrahat nobilitati. 16. ei civitates originem debent. 17. & potentiam. 18.
Metis, Tullum & Verdunum, nunc Gallicæ ditionis. 2.5.44
Metu extorta voluntas eſt etiam voluntas. 2. 1.17. externus parit concordiam internam. 3.7.3. qualis requiratur ad fundandam rationem ſtatus. 150. nimius, inanes ſumptus facit. 3.8 5. perniciofus. 4. injuriæ anſam præbet. 7. arma contra ſe ipſum habet. 8. alienæ offenſionis, ſæpè nos reddit tutos. 17. in dubio præſtat, quàm audacia. 18.
Militia togata. Proleg. 10.
Militare non eſt peccatum. 3.8.31.
Militariſche Salva Gvardia an rectè extendatur ad cauſas civiles. 4.3 51.
Miles ex rapto vivere amat. 3.5.21. ſine ſtipendiis haberi nequit. 4 4.23.
Miniſterium ſacrum grave. 3 8.32. vid. Sacerdos. apud Evangelicos magis reſtrictum. 40. non eſt miſcendum ſecularibus. 46. 47.
Mitilenæorum imprudens conſilium in recipiendo Pompejo. 3.5.19.
Moderamen ſervandum eſt in naturali defenſione. 1.2.9.
Monarchia Univerſalis: eam peperit diffidium. 3.7.40. ejus ſuſpectus fit Alexander Magnus. 43 46.47.48. populus Romanus. 44 45. Hiſpaniâ. 53. vid. Hiſpani. Juri naturali adverſatur. 76. & ſeqq.
Mora ſecuritati noxia. 3.5.17.
Morientium imprecationes non contemnendæ. 5.1.20.
Moſis homicidium. 3.3.5.
Municiones ſunt repagula libertatis. 2. 6. 26. ad ſuperioritatem ſpectant. 4.2.10.
Murum capite arietare velle ſtultitia eſt. 5.1.9.

N.

Nautæ debent eſſe inſtructi literis certificationum 2.4.58.
Natura ſæpè artem antecellit. 3.7.23.
Naturale jus ſine civili non obligat. 1. 3.25. circa defenſionem quid diſponat. 33. incipit ubi ceſſant Jura et leges civiles. 4.3 56.
Naturalis ratio mutuam defenſionem poſtulat. 1.3.37.
Navarræ regnum defenditur Jure protectionis à Regibus Galliæ. 1.3.10.
Necare videtur qui alimenta detrahit. 1.3.31.
Neceſſitatis caſu etiam inſcio ſuperiore Clientela licita eſt. 2 2.15. 2.5.13. valet jus naturæ. 4. 3. 60. factum quodcunq; excuſat. 2.5.26.56. ſemper exceptus. 57. ejus legem agnoſcunt Theologi. 59. licet cum hoſte paſci. 66.
Neceſſario fit ſine quo ſalvi eſſe non poſſumus. 3.7.149.
Neutralitas difficilis. 3.5 18. Senenſibus damnoſa. 22, 23.
Nobilitas an corrumpatur patrocinio forenſi. Prol. 7.
Nobilis an habeat jus armorum per ſe. 1.3.9.

Digitized by Google

Nocere non debet quod defenſionis cauſa inventum. 5.2.21.
Notitiæ primæ : earum uſus in Politicis. 3.7.10. fons omnis Philoſophiæ. 11. à gentibus agnitæ. 15.

O.

Obligatio Antidoralis. 1.3 20.4.4.53. mutua inter Patronum & Clientẽ. 4.1.7.5. 2.20. hinc inde eſſe debet æqualis. 4.1.56. inter fœderatos facit ut ſint quaſi unus ſpiritus. 4.2.6
Obſervantia comis debetur Patrono. 4.4.1. olim rigidior. 2. hodiè anguſtior. 5.
Occaſio : de ea Germanorum proverbium. 2.5.36.
Offendentis partes odioſiores quam defendentis. 1.2.11.
Operari res non debet ultra finẽ 4.3.52
Ordinarius an concurrat cum Patrono. 1.3.9.
Ordines Provinciæ inviti alienari non poſſunt. 2.1.63. regni in partem Majeſtatis venientes poſſunt ad reſiſtendum Regi Clientelam inire. 3.3.68. repræſentant totum popolum. 4.1.23.
Ordinis Teutonici Magiſter Protector commercij Hanſeatici. 3.6.29.
Ordo ſcripturæ attendendus. 3.1.51.
Orientales populi ſerviliores. 3.7.30.
Originis memoria grata. 3.3.8. &c.

P.

Pactum : Clientelare. 1.3.13. ſit temporale. 2.6.22. in tabulas redigendum. 30. inter Magiſtratum & ſubditos de Religionis exercitio quid operetur. 3.2.65. in rem ſcriptum eſt reale. 4.1.20. cum Corpore eſt perpetuum. 26. ad unguem ſervandum. 4.4.60. propter abuſum Patronorum malè audit. 64.
Paritas conjunctionem gignit animorum. 3.4.4. regiminis parit mutuum auxiliandi ſtudium. 5.
Parſimonia conſervatrix ſtatus. 3.4.32.
Parlamentum : ab eo confirmatum eſt perpetuum. 4.1.72.
Parthey gänger ; Emiſſarij. 2.4.54.
Patrocinium: 4.4.50.
Patronus : an plures eligendi. 2.1.37. ſua compendia quærit. 2.5.4.6. ejus conditionem ſcire debent Clientes. 2.6.3. poteſt eſſe alieni juris. 13. viribus inſtructus ſit ad defenſionem neceſſarius. 14. vid. Protector.
Patronatus : duplex : Eccleſiaſticus & ſecularis. 3.1.9. forenſis conſiſtit in defenſione judiciali. 4.3.4.
Patronatus Eccleſiaſticus : ejus tria capita. 3.1.3. etiam armatam defenſionem continet. 4. acquiritur. 6.
Patriæ amor naturalis. 3 3.3. ejus amantiſſimi Carthaginenſes & Phœnices. 7. 8.9.
Pax religioſa remedium præbet contra Magiſtratum gravantem in cauſa religionis. 3.3.66.
Pax univerſalis. 1.3.13. ejus reducendæ via. 59. publica non tollit naturalem defenſionem. 2 3.56. Pacem an facere poſſit dux Militaris, 2.6 9.10.11.
Penſionarij populi qui dicantur. Epil. 10.
Perfidia Turcarum & Ludovici Medialanenſis. 2.1.19.

Periculum commune habent, qui communem cauſam habent. 3. 4. 9. *magnum magnis viribus indiget.* 3. 5. 28. *futurum licet pervenire.* 33.
Perſonis ac Rebus conſtat Reſpublica. 1.2 1.
Phœnices mercaturâ celebres. 3.6.3.
Piratæ: latronibus ſimiles. 2.4 20. *contra eos lex Gabinia nata.* 33. *Romanis infeſti.* 26, 27, 28, 29. *eorum nullus finis.* 24. *Ciceronis de ijs querela.* 30. *puniti.* 43, 44. & *ſeqq. eorum varia genera.* 55. *ipſo jure ſunt diffidati.* 73, 74.
Piſani à Venetis et Ludovico Sportia in periculo. 2.5.43.
Politica ex privato bono facit publicum. 1.3.50.
Polonia habet militem limitaneum adverſus Tartaros. 2.4.8.
Pœna Advocatorum malè in officio verſantium, Pr. l. 19.
Pomerania: imperio unita. 2.1.22. *fœdus cum Rege Svetiæ.* 2.3.14. *ejus dux in fœdere Stetinenſi ſubditis proſpexit.* 2.5.18.
Pompeji M. filius piraticam exercet in Romanos. 2.4.72. *imprudentia & interitus.* 2.6.5. &c.
Poltis Thraciæ Rex Græcis & Trojanis pacem ſvadet. 4.3.27.
Portarum aperitio an debeatur Protectori. 4.4 11.
Pontifex Romanus eſt in perpetua Clientela Imperatoris. 2.1.36. *ejus arcanū in eligendis pluribus Patronis.* 37. *ejus Majeſtas inepta.* 38. *Jus Patronatus ſecularibus eripere ſtudet.* 2.3.7. *ejus dominatus.* 3.1.17. *ambitio.* 19. *quidam Imperatoribus debitum honorem exhibuere.* 3. 8 41. *alij Patronos agnoſcunt non Judices.* 4.2.7. *ejus primatus ſine fundamento.* 9.
Populus non moritur. 4.1.18.
Poſſeſſio longa ſæpè mutat Jus. 2.6.24.
Poſſumus non, quod nec commodè poſſumus. 5.1.18.
Poſtlimium non eſt inter Clientē & Patronum. 4.1.3.
Porcellus ruſtico carior quam talentum diviti. 5.1.11.
Potentia: naturaliter dominatur imbecilliori. 2. 6. 15. 3.8.9. *Patroni ſit proportionata ad objectum.* 17. *Patronos reddit ſuſpectos.* 18. 19. *nimia reddit inviſos.* 3.7.80.
Privatus ſua defendit Jure dominij. 1.3.1. *Privatum intereſſe, vid. intereſſe. Privata utilitas ad Remp. referenda.* 1.3 49.
Princeps ſua defendit jure territorij. 1. 3.1. *an concurrat cum Patrono.* 9. *tenetur legibus ſaltem directive.* 3.3.67 *prudens noſſe debet ſtatum aliorum Principū.* 3.8.16. *mortalis eſt, Reſp. æterna.* 4.1.11. *tenetur ſtare contractibus anteceſſorū.* 4. 1. 71. *in ea nulla præſumitur injuria.* 4.3.59.
Principia vera à conſiliis hodiè exſulant. 1.3.60.
Privilegia commerciorū an ſint revocabilia. 4.1.32. & *ſeqq. extenduntur ad familiares & ad noviter quæſita* 4.3.32, 33. *ijs qui abutitur privatur.* 5.2.19.

Præ-

Præſumitur ſemper bonus qui ſemel talis. 3.2.28.
Præſentiam ſuam in bello ſi Patronus promiſit præſtare tenetur. 4.3.23.
Prævenire ſæpe præſtat quàm exſpectare hoſtem. 3.7 125.
Primulaus Bohemiæ Rex Philippi Sveri partes infeliciter eligit. 3.5.20.
Prior tempore potior jure. 4.3.12. *ei tamen præfertur juſtiorem cauſam habens.* 17.
Provocatio extrema Patrono haut eſt permittenda. 2.6.27.
Proteſtatio facto contraria eſt inutilis. 2.5.15. *ſuperiori intimanda.* 20. *eã omittens fit ſuſpectus.* 21.&c. *in receptione Protectionis hoſtilis neceſſaria.* 4.3.57.
Prætextus falſi à defenſione removendi. 1.4.5. *religionis pernicioſiſſimus.* 3.3.44.
Præſidia Patrono in locis Clientelaribus non facilè concedenda. 2.6.15.
Prædam Diis offerre ex latrocinio inſania eſt. 2,4. 41. *juſſu publico fit legitima.* 53. *extra bellum eſt purum latrocinium.* 65,68.
Proceres regni invito Rege Clientelam an poſſint contrahere. 2.2.1.*vid.Ordines.*
Proceſſus fulminatus quid. 3.1 33.
Protector fœderis. 3.8.69. *Svevici, Hanſæ Teutonicæ.* 71. *non poteſt collectare Clientem.*4.2.18.*nec perſonalia aut mixta munera exigere.* 21. *nec hoſpitationem indicere.* 23. *eſt unus ſpiritus cum Cliente.*4.3.6. *Clientum animos reconciliare debet.* 26. *non tenetur defendere cauſam injuſtam.* 47. *non tenetur ultra vires.*61.*Salariarius quis dicatur.*4.4.51. *quærere debet Clientum non ſuam utilitatẽ.* 67. *non niſi requiſitus patrocinatur.* 5.2.4. *abuti poteſt officio, committendo & omittendo.* 5.2.23,24.
Præſcriptio valet inter gentes etiam. 4.1.62. *per eam jus quæſitum nemini auferendum.* 63.
Protectio: ejus cauſæ ex parte Protectoris. 3.9.1. *nec ſuperioritatem parit, nec Juriſdictionem.* 4.2. *per tot. eſt Juris naturalis.* 4.2.2. *quædam irregularis.* 3,4,11. *generalis comprehendit omnem injuriam.* 4.3.55. *ſine ſpe lucri præſtanda.* 4.4.61. *ceſſat ubi nulla juvandi ſpes.* 5.1.8. *ejus cognata* Epil.1.

Q.

Quantitas rei major an minor ſit Jurisdiſpoſitionẽ non mutat per ſe. 5.1.10.

R.

Rabularum artificia. Prol.16.
Ratihabitionem admittit temporis anguſtia. 2.2 4,
Raubſchlöſſer. 2.4.17.
Ratiocinatio falſa peperit ſeceſſionem inter gentes civiliores. 3.7.39.
Ratio Status: ejus fons. 3.7.5. *primus gradus.*37. *ſecundus gradus.*50. *tertius.*52. *quartus.*85.*quintus*.97. *ſextus.*98 *in Italia renovata.*113.*multis verbo damnata, facto approbata.* 114, 115,119. *non eſt nova aut planè damna-*

damna-

damnabilis. 117. 118. *imbecillitatis tutela.* 120. *ex ea deprompti conſilij exemplum in hiſtoria Romana.* 123. *& ſeqq. nititur principiis moralibus.* 136. *& ſeqq. publicâ utilitate.* 142. *Theologia non adverſatur.* 139. *propter abuſum nō eſt tollenda.* 144. *præſupponit res majoris momenti.* 148. *quatuor habet requiſita præcipua.* 151. *vera communem ſalutem tuetur.* 152. *JCtis non incognita.* 157. *ſæpè defendit aliena.* 159.

Regalia ad ea refertur interdum Advocatia. 2.3.7.

Reges totius orbis rationem habere debent. 1.3.58. *primas deferunt Imperatori.* 2.1.40. *à Romanis nomen impetrabant.* 3 2.17, 18. *eorū cauſa vertitur in cauſa unius.* 3.4.11,12.

Regia manus Barbaris pro lege. 2.1.27.

Reichsvögteyen. *Epil.* 5.

ReichsStädte: *ſimpliciter dictæ differunt* von Kaeyſerlichen Freyen ReichsStädten. 2.3.74/75.

Religio an armis defendenda. 3.3.18,19. *in genere quid ſit.* 21. *non vult cogi.* 22. *& ſeqq. ſeditioſa & blaſphema non eſt toleranda.* 31, 53. *ejus obtentu.* 43. *Exercitium quatenus concedendum.* 47. *ejus cauſa plurima edicta publicata in Galliis.* 49.

Remediis aſperioribus prudenter utendum 3.3.46.

Reſidentes Legatos Reges alij apud Imperatorem habent. 2.1.44.

Reſpublica: quædā major dicitur quædam minor. 1.3.41. *& ſeqq ſingularū finis ordinatur ad univerſum.* 1.3.51. *ejus forma non eadem omnibus gentibus apta.* 3.4.2. *ubi eadem, paris cognationem. vid. Paritas, & Intereſſe commune. Reſpublicæ naturalē antipathiam habent cum Regibus.* 3.4.17, 18.

Retentionis jus pro expenſis defenſionis eſt legibus conſentaneum. 4.4.44.

Rivalem non patitur imperium. 2.5.22. *vid. ſuſpicio.*

Romanorum: Clientela. 2.1.3 *ode pietate, Machiavelli Judicium.* 2.5.37 *de eadem Scipionis & aliorum teſtimonia.* 38,41. *de fide, querela aliarum gentium.* 39. *ſociis defendendis orbis dominium adepti.* 40 *ambitio.* 3.4.13. *Majeſtas in defendendis alienis.* 3.9.9. *& ſeqq. in fœderibus ſervandis religio.* 4.3.43.

S.

Sacerdos: ſunt forma gregis. 3.8.33. *ei de ſufficientia vitæ proſpiciendum eſt,* 36,37. *non debent eſſe πολυπράγμονες.* 38. *avari.* 39.

Saguntinorum fides. 3.2.10. *manibus quomodo parentatum ſit.* 5.1.21. *contra rationē Status deſerti.* 3.7.126. *fiunt ſocij Romanorum.* 4.3.38.

Salarium Patroni. vid. Schutzgeld.

Salvus conductus: ejus formula. 1.4.14.

Salva Gvardia militaris. 4.3.51.

Salviani Maſſilienſis de avararitia Patronorum querimonia. 4.4.63.

Sanctum: Sanctius eſſe debet quod ſolo Jure defenditur. 2.4.34.

Sapientia & ſapere differunt. 1.1.7.

Sclavi

Digitized by Google

Sclavi partes Henrici II. Imp. ſecuti. 3. 5. 24.
Scriptura non eſt de Eſſentia conventionum. 2. 6. 32. *præbet argumentum prioritatis. vid. Ordo.*
Schnaphanen. 2.4 69.
Schutz und Schirm. 1.1.13. treulicher Schutz. 3. 1. 15. Landvögtenlicher *quid differat à* Lands-Fürſtlichem. 1.3.2.
Schutz und Schirm Brieffe. 2. 6.31.
Schutz und *Defenſion* Geld. 4. 4. 47. *ſuperiori ſolutum eſt inter Regalia.* 48.
Schutz und Schirmsverwandte *an veniant nomine ſubditorum.* 4.3.30.
Senum cauſa eſt favorabilis in materia defenſionis. 1.2.16.
Seditio Religionis prætextu, coercenda. 3.3.53.
Servitutē in ſuo alij conſtituere quilibet poteſt. 2.1.7. *naturalis apud Ariſtotelē quomodo accipienda.* 3.7.35.
Seebrieffe. 2.4 58.
Senatus repræſentant populum. 4.1.22.
Servitia Clientelaria. 4 4.4.
Similitudo morum parit amicitiā. 3.4.6
Silon Gallicus Scriptor Hiſpanorum ingenium commendat. 3.7.67.
Spira ſuum habet Patronum 2.3.42.
Specialia præferuntur generalibus. 4. 2. 22.
Statu Clientis planè mutato perimitur obligatio Clientelaris, 5.2.12.
Status Imperij etiam inconſulto Imp. fœdera contrahunt. 2.3.12. *etiā cum exteris.* 43. *& ſeqq. pro libertate imperij.* 65. *cautelis tamen adhibitis.* 2.5.1. *& ſeqq. cum Svecia & Galliæ Regibus Clientelam habent.* 27. *Evangelici jus ordinandi Eccleſias habent.* 3.3 40. *à Carolo V. diſſentiunt.* 3.7.102. *quilibet, tenetur publicæ ſaluti advigilare.* 109. *&c.*
Status Imperij non eſt purè Monarchicus. 2.3.66. *de eo Crantzij Judicium.* 3.7.73. *ejus mutationem ſibi Gallia periculoſam habet.* 90.
Stationes : Stationarij : eorum erigo. 2.4.2 *eos Tiberius auxit.* 3. *etiam Medis & Perſis cogniti.* 5. *à Juſtiniano abrogati.* 11.
Status ſui quilibet eſt Dominus. 2.1.6.
Stallhoff zu London. 4.1.34.
Stratagematum uſus licitus. 3.7.140.
Sveciæ Rex Patrocinium ſuſcipit Pomeraniæ. 2.3.44.
Superioritas : ſuperioris cauſa in omni contractu excepta cenſetur 2.3.58, 60. 2.5.2, 12. *quomodo reſervetur.* 2.5 11. *Imperatori reſervata in fœdere Stetinenſi.* 2 5 17.
Suſpicio, ſemel radicata, Principum animis difficulter evellitur. 2.5.25. *imperantibus familiaris etiam adverſus amicos,* 28. *vid. Rivalis.*
Subditi Clientum olim tenebantur militare Patrono. 4 4.3. *eorum intereſt quales Patronos accipiant.* 2.1.50. *non poſſunt eſſe in coditione regendi & parendi ſimul.* 58 *in conſiliū adhibendi ubi de alienando agitur.* 68.

ſuo

ſuo facto non poſſunt intervertere Jus Principis. 2.2.7. quatenus poſſunt Clientelas ſubire. 2.5.16. habent migrandi beneficium.3.3.55. in cauſa religionis inter Magiſtratum gravantem & Patronum auxiliantem conſtituti quomodo ſegerere debeant. 63,64. eorum intereſt ſub bono Principe diu manere.3.8.25. diſpenſationem ſubjectionis ipſo jure habent in caſu neceſſitatis. 61. alterius, poſſunt eſſe Clientes alterius. 4.2.15. ſuperſtitione Laicorum crevit potentia Clericorum.2.3.4.

Succeſſor in dignitate tenetur ex contractu anteceſſoris. 4.1.73.

Spri natura ſervi. 3.7.36.

T.

Tabulæ prætectoriæ. 2.6.34.

Tartarorum & Turcarum conſilia barbara.3.7.29. contrà eos Chriſtianorum intereſſe commune. 32.

Tempus extrinſecè rebus accedit. 4.3.18. Clientelæ, ubi finitum, finitur Clientela. 5.2.15. ejus anguſtiã ſupplet ratihabitio. 2.2.4.

Termini Juriſdictionum non ſunt confundendi. 1.3.12. non gladio faciendi.15. diſciplinarũ nõ movendi.1.5.6.

Territorium, defenditur à Principe. 1.3.1. eorum diſtinctio à jure gentium. 1.3.14. non poteſt alienari à Domino ſine conſenſu Vaſallorum. 2.1.55. non probatur ex jure Advocatiæ. 4.2.16.

Tiberij Imp. & Davidis Regis Iſraelitarum inter ſe comparatio. 3.7.146.

Togati milites. Prol. 10. requiſita eorum vid. Advocatus.

Trahere in jus. 1.4.15. tractum eximens punitur. 16.

Tranſlatio regni. 2.5.51.

Tranſactio Paſſavienſis, Advocatiæ Imperatoriæ eſt coordinata. 3.1.42,43. Trajectina inter Angliæ Regem & Hanſeaticos. 4.1.37, 47.

Trevirenſis Archiepiſcopus in Clientelâ Galliæ. 2.3.46.

Turca; cum eo an Clientela ineunda. 2.6.21.

Tutelam privatam gerere poteſt modicè rerum peritus.4.8.49. quicunq; non prohibetur.50. oneroſ munus.17.

Tutior via ſemper eligenda.3.9.39.

V.

Varietas caſuum. 3.2.2.

Vaſallus tenetur Dominum defendere. 1.4.22. invitus alienari non debet. 2.1.63.

Vaſqueſius, Regis Hiſpaniarum in Concilio Tridentino Legatus. 3.7.70. de univerſali Monarchiâ judicium. 75.

Vaterland/Teutſcher Nation.2.3.17.

Venetorũ fides à Gallis incuſatur.1.3.55.

Verba in tempus concepta, ad modum rei non ſunt extendenda. 2.5.6. liquida in contractibus adhibenda.9. dant legem contractui 4.3.58.

Vicinia, bona commendatur. 3.5.2. mala incommoda. 3,4. parit bella 5. perdidit Adama & Zeboim. 6. mala minuit precium rei. 11. ſtudioſis incommoda legibus corrigitur. 13. bona,

Digitized by Google

bona, Principi retinenda, mala avertenda. 14,16. *fundamentum defenſionis.* 31. *eam non defendens peccat.* 32,35.
Vindicta privata locum habet, ubi ceſſat publica. 1.2.6.
Vincula duo fortius ligant. 1.3.24.
Vis, an omnis injuſta 1.4.8. *duplex.* 12. *nemini regulariter inferenda.* 3.7.124.
Vires propriæ examinandæ. 3.8.1,3. *ultrà eas Patronus non tenetur.* 5.1.1,2.
Victus bello, victori tenetur ad expenſas. 4.4.46.
Unio Proteſtantium. 2.3.31. *electoralis.* 3.7.106.
Univerſitatis natura eſt perpetua 4.1.27. *naturaliter incrementa habet & decrementa.* 79. 80.
Vogt. 1.1.14. und Schirmsherr Päpſtlichen Stuls. 3.1.11.
Vogtrecht. 4.4.50. *actiones eo nomine patrono competentes,* 52, 54. *an excludat repetionem expenſarum in defenſionem Clientis factarum,* 58. *illud anticipans infuturum obligatur.* 5.2.9.
Vorſteher. 1.1.14.
Vogtey. 1.1.13.
Voluntas coacta non eſt, quæ ex duobus alterum elegit. 2.1.16. *etiam metu extorta, eſt voluntas.* 17.
Uſus vocabulorum magiſter. Prol. 24.
Utilitas privata ad publicam referenda, 1.3.49 *eam alieno incommodo augere contra naturam.* 3.9.20. *ejus duplex conſideratio,* 22. *quatenus in damno vitando occupatur, defenſionis locum obtinet.* 24. *quomodo rectè dijudicanda.* 27, 28. *fons legum civilium.* 43,44,45.

W.

Walliæ Principis Eduardi dictum de extrema provocatione. 2.6.29.
Wertheimenſes Comites habent Jus clavium in monaſterio quodam, unà cum patronatu. 4.4.12.
Wirtembergiæ Dux olim Reichsvogt in 24. Städten. *Epil* 6.

Z.

Zevecotius à Romanis hiſtoricis diſſentit. 4.3.45.
Zwinglius penſionem Helveticam Gallis diſſuaſit. Epil. 14.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google